© Orto Botanico di Napoli, Italy

FLORA NAPOLITANA

VOLUME SECONDO

PARTE SECONDA;

OSSIA

TOMO QUARTO.

NAPOLI;
DALLA STAMPERIA FRANCESE
1830.

1831-1832.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

© Orto Botanico di Napoli, Italy

FLORAE NEAPOLITANAE

SYLLOGE,

SISTENS PLANTAS OMNES IN REGNO NEAPOLITANO USQUE ADHUC DETECTAS.

LECTORI BENEVOLO

Quantum iam excurrit lustrum ex quo primam seriem plantarum Florae Neapolitanae, assiduis, tum ejusdem cultorum, tum meis ipsius laboribus, collectam, in hujusce Florae *Prodromo* publici juris facere curavi. Hoc quidem temporis intervallo, quum botanophilorum chorus solertissimus regni provincias fere omnes quoquoversus peragrasset, meisque alacrioribus quibuscumque potui exemplis et consiliis respondisset, plantarum nostrarum scientia in tantam molem excrevit, ut appendicibus variis earumdem enumerationem tradere, aliisque opusculis inserere usque fuerit opus. Hinc profecto factum est, ut quinque jam exstent appendices ab anno 1811 ad annum 1826 a me deinceps evulgatae, unde plantarum centena multa in primum Florae Neapolitanae Prodromum sint inserenda, eidemque adjicienda. Nec omnino censeo praetereundas quaecumque, et in Horti Regii Neapolitani evulgationibus ab anno 1812 ad 1829, et in variis botanicarum mearum excursionum relationibus interspersae conspiciuntur.

Eodem autem annorum cursu, quum herbaria ditissima, Parisiis in primis alibique inspicere, propriamque augere bibliothecam, atque praeclarissimorum virorum consiliis uti mihi datum fuerit, de plantis a me antea evulgatis commentaria vel emendationes cognovi, de quibus in appendicibus vel in operibus supradictis sermonem facere sollicitus fui.

Fateri tamen oportet, iisdem lucubrationibus tam assidue auctum et fere dixerim tentatum, *Florae Neapolitanae Prodromum* valde informe et fere chaoticum evassisse. Qua de re, ii potissimum quaesti sunt amicissimi mei, qui per assiduum literarum commercium mihi favent.

Nec silentio praetereundum, quod absque *Florae Neapolitanae* auxilio, operis nempe nimis pretiosae et tardae evulgationis, ipse sic vitiosus *Prodromus* plantarum neapolitanarum notitiam mancam et scientiae usui, Geographiae botanicae in primis, minime accommodatam praebet: desunt enim plerumque loca natalia, desunt synonima et commentaria utiliora, et quod in majus scientiae detrimentum vertit, ejusdem tribus vel generis plantae, pluribus in locis absque ordine fere discerptae quaerendae sunt.

Hujusmodi igitur rationibus permotus, et quantum in me est, scientiae commoda potius quam propria respiciens, ad hanc *Syllogem* concinnandam animum nunc potissimum adpuli, quum *Florae Neapolitanae* quartum volumen exordiri debuerim. Qua scilicet arrepta occasione, illud in primis fuit curae, ut plantas omnes in meo herbario asservatas accuratiori examini subjicerem, species aliquot huc usque neglectas adumbrarem, plantas falso nomine inscriptas emendarem, incertas vel dubia auctoritate in *Floram Neapolitanam* invectas eliminarem.

In hac igitur *Sylloge*, de illis tantum plantis sermo erit, quae meis oculis inspicere et observare potui. Illas vero perpaucas, quae gravissima auctoritate inter nostras indigenas enumeratae fuere, ad cujusque generis calcem apposito signo notatas inserui.

Quibus tantum rite cognitis summa specierum plantarum vascularium nostrae Florae ad numerum 3300 ascendet: numerus quidem insignis, si caeteris paribus, cum aliorum regionum Floris conferre volueris; quod si, reliquas omittens, de Flora tantum Gallica hujusmodi comparationem instituere placebit, habita ratione diversitatis regionis illius, ejusdem climatum varietatis vel terrarum latitudinis, nec non perlustratorum numeri et doctrinae, argumentum nobis praestantissimum suppeditabis. Plantarum enim vascularium summam in Flora Gallica, ex recentiorum scriptorum revisione, 4000 non excedere constat.

Huc adde, quod nostrarum plantarum cognitarum numerus a vero Florae Neapolitanae censu longe absit: quod facile tibi persuaseris, si considerare volueris quot adhuc remanent regni loca a botanicis nondum perlustrata, vel variis anni tempestatibus repetitis vicibus minime inspecta. Quare nostrae Florae recensionem apud posteros magnopere augendam esse absque jactantia licet praedicare.

Pauca denique de methodo, quam in hac concinnanda *Sylloge* sequutus sum liceat praemonere. Et primum quidem omnium, Linnaeanum systema in *Florae Neapolitanae* redactione usque adhuc adhibitum in ejusdem operis conti-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

nuatione servare satis duxi: familias tamen, uti dicunt naturales, pro quovis genere indigitare curavi. Specierum iam cognitarum nomina tantum et loca natalia retuli: observationes vero et synonima quaedam, tum denique illis adjeci cum illarum diagnosim clariorem reddendam mihi necessarium visum fuit. Plantas quas ipse primus in Prodromo et opusculis variis adumbravi vel nuperrime detexi, iterum accuratius reformavi vel fusius descripsi. Auctorum citationes plerumque neglexi, praesertim cum sermo fuerit de plantis recensitis in cl. *Willdenowii*, *Schultesii*, *Candollii* et *Sprengelii* operibus, quae omnium manibus vulgo versantur.

Hoc tandem te amicum lectorem monitum volo, me quanta potui maxima modestia opiniones meas protulisse, quum aliis subscribere non potui; etenim, scientiae tantum et veritatis amorem in singulis meis laboribus et curis mihi semper proposui; quod si aliquando et ipse deceptus a veritate aberravi, vehementer obtestor, ut indulgeas, meosque labores unico scientiae bono susceptos auctoritate tua benevolentiaque substineas. Vale.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

FLORAE NEAPOLITANAE

SYLLOGE.

* Indicat plantas in *Florae neapolitanae* voluminibus I — III. jam evulgatas.
† Indicat plantas minus cognitas, vel a me nondum visas.
Plantae in *Florae Neapolitanae Prodromo*, vel in ejusdem *appendicibus* relatae, de quibus in hac Sylloge nulla habetur ratio, quaeque, e *Flora Neapolitana* pro nunc delendae sunt.

Classis Monandria
Monogynia
Canneae.

* 1. Canna indica. In Calabriae occidentalis paludibus: *Paludi del fiume Rosarno.*

Chenopodieae.

1. Salicornia amplexicaulis. In inundatis salsis Tarenti: *Salina grande.*
* 2. S. herbacea. In maritimis inundatis: *Fusaro, Maremorto, Lago salso* presso *Manfredonia.*
— — var. Acetaria *Pallas.* In maritimis salsis Peucetiae: *Trani.*
* 3. S. fruticosa. In inundatis salsis. *Fusaro, Maremorto, Lago salso.*
* — — var. macrostachya. Ibidem.
4. S. radicans Smith. An. S. fruticulosa *Tinei*? In salsis maritimis Gargani: *Viesti al Calvario ed al Pantanello.*

Valerianeae.

* 1. Centranthus ruber *DC.* Valeriana rubra *L. Ten. Fl. nap. t. III. p. 29.*
— — B. *flore roseo.*
— — C. *flore albo.*
In muris obvius. var. C. in Insula Inarime, prope aediculam divi Nicolai, ad *Epomaei* cacumen.
* 2. C. angustifolius. Valer. L. *Potenza.*
* 3. C. calcitrapus. Valeriana L. *Agnano, Montenuovo, Pesto.*

Haloragеae.

* 1. Hippuris vulgaris. In aquis limpidis obvia.

Digynia.

Haloragеae.

* 1. Callitriche verna. In aquis lente fluentibus: *Sebeto.*
* — — A. Foliis omnibus elongato-obovatis. *Fl. Dan. t. 129.*
* — — B. Foliis oppositis subrotundis, fructu tetragono. Callitriche Plinii *Column. Ecphr. p. 315. t. 316.*
* — — C. Foliis superioribus ovalibus, inferioribus lincaribus emarginatis. C. intermedia *Willd. et Ten. Fl. nap. Prodr. p. I.*
* — — D. Minima. C. aestivalis *Thuill.* In Aprutii stagnis: *Lavino presso S. Valentino.*
* 2. C. autumnalis. Cum praecedente.
* 3. C. brutia *Petagn. et Ten. Fl. nap. tom. III.* p. 4. C. tenuifolia *Pers. Syn. 1. p. 6.*
In stagnis Calabriae: *Scrisà, Cotrone.*
4. C. pedunculata. *Dec.* In stagnis cum praecedente
5. C. truncata *Guss. Ibidem.*
Psilurus nardoides Trinius. Fund. Agrost. p. 93. Roth Enum. I. p. 14. Nardus aristata Will. I. p. 315.
In apricis siccis: *Monte Nuovo.*

Classis Diandria
Monogynia.
Jasmineae.

1. Jasminum officinale. In dumetis *Calabriae et Japygiae* (*Thomas*). *Fondi* (*Notarjanni*).
* 1. Ligustrum vulgare. In sylvis et sepibus.
* 1. Phillyrea latifolia. In dumetis et collibus maritimis: *Fusaro, Licola, Gargano* (*agli Oliveti del Capitolo di S. Angiolo, a Vico*).
* 2. P. spinosa. Phillyrea 1 *Clus. p. 51.* ic. optima. In collibus maritimis. *M. Nuovo.*
* 3. P. media
— — B. *virgata*
— — C. *ligustrifolia*
— — D. *buxifolia*
— — E. *oleaefolia*
In dumetis et collibus maritimis varietates omnes colligi possunt: *Fusaro, Licola, Montenuovo, Persano, Gargano.* In variis hujusce montis locis (*Peschici, Oliveto del Capitolo*), necnon in Principatus Citerioris nemoribus (*Persano*) P. *latifoliae* et P. *mediae* arbores 20-30 pedum altitudinem, et bipedalem diametrum non raro attingunt. In Apulia indistincte super eas, sicut super *Oleam sylvestrem, Oleam sativam* inserere solent indigeni.
* 4. P. levis. *Monte nuovo.*
* 5. P. angustifolia. *Fusaro Licola.*
6. P. obliqua *Fusaro?*
* 1. Olea europaea.
* — — A. *sylvestris.* Foliis ovatis, ramis spinescentibus.
* — — B. *bifera.* O. Cajetana *Petagn. Inst. bot. tom. 2. p. 19.*
In collibus maritimis sponte provenit; abunde al *Bosco di Ginosa, a Termiti, al Gargano, nel Principato Citeriore: vulgo Olivastro.* B. in agro *Venafrano.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Var. B. bis vel ter quotannis floret, unde in eadem planta variae aetatis fructus a diverso florescentiae tempore provenientes conspiciuntur. Ceterum foliis aliisque characteribus ab O. europaea specie haud differre videtur. Repetitis vicibus per plures annos a me, et a caeteris *Florae neapolitanae* scrutatoribus frustra quaesita, singularis haec Oleae species vel varietas, fortuito casu solertissimo scientiarum cultori D. *Leopoldo Pilla*, proximo superiori autumno obviam venit, in pago Venafranae ditionis, quod *Ciorlano* vocant. Quum ejusdem dilectissimi juvenis studio in *Hortum Regium* fuerit haec planta translata, et cl. *Petagnae* de eadem observationes in posterum ad trutinam revocare, nec non ejusdem characteres accuratiori examini subiicere occasionem praebebit.

Flores polygami.

1. Fraxinus excelsior

In nemoribus: *Persano*, *Sile*, et alibi.

2. F. rostrata. Foliis trijugis, foliolis lanceolatis glabris argute dentato-serratis sessilibus acuminatis basi cuneatis floribus nudis, samaris nervosis lanceolatis utrinque attenuatis junioribus mucronatis. Guss. plant. rar. pag. 374 tab. 63 An. F. oxycarpa Will?

In nemoribus et sylvis maritimis Calabriae: *Stilo*, *Cirò*, *Cariati*; Lucaniae: *Policoro* (Guss.).

3. F. Ornus.

— — A. *Juglandifolia*. Folio latiore undulato rarius et altius crenato, fructu angustissimo. *Mich. Cat. pag. 225. tab. 107. fig. 5.*

— — B. *Garganica*. Foliis costa nervis petiolisque glabris subbicrenatis, dentibus irregularibus, fructu utrinque attenuato obtuse mucronato, corymbis fructiferis confertis. *Mich. l. c. fig. 1.* (*Orniello maschio* : *Gargano*).

— — C. *Rotundifolia*. Folio subrotundo latiore altius crenato, inferne subrufa lanugine secundum costam et nervos obducto, fructibus apice latioribus obtusis quandoque retusis, corymbis fructiferis laxiusculis. *Mich. l. c. tab. 107 f. 2.* F. *rotundiore folio* C. B. *Pin. 416.* F. *rotundifolia Lam. Encycl. non Will.* (*Orniello femmina: Gargano*).

— — D. *Cordata*. Folio latiore et rotundiore acuminato fructu brevi cordiformi. *Mich. l. c. fig. 6.*

— — E. *Angustifolia*. Minor; foliis oblongis fructu tenui retuso. *Mich. l. c. fig. 7.* F. *subpubescens. Ten. Flor. Nap.* non *Valh.* an *Ornus monspeliensis Duham?*

In nostris memoribus. A. *Bosco dell' Acerra*, *Carditello*, *Maddaloni*. B. C. D. In monte Gargano sponte, et abunde *alla chianca di Cuonzo dopo monte Barone a due miglia da S. Angelo;* Ibique vulgo coluntur var. B. C. ad mannam colligendam. E ad sepes circa Neapolim: *Camaldoli*. Var. A. Ad vites sustinendas circa Florentiam ut et apud nos vulgo adhibetur.

4. F. rotundifolia *Will et Roth.*

Ad sepes (rara)

Obs. Folia tantum bijuga: foliola obovata subrotunda vel elliptico-subrotunda: subduplicato-serrata; gemmae obtusae:

5. F. parvifolia *Will.* non *Lam.*

Ad sepes Calabriae: *sulla strada di Angitola presso il Pizzo.* (*Thomas*).

Onagrariae.

* 1. Circea lutetiana. In sylvis circa Neapolim. *Ponti rossi*, *Valle di S. Rocco*, *Camaldoli*; et in sepibus Principatus citerioris: *Sessa.*

2. C. alpina. In Aprutii montibus (*Schouw*).

Rhinanthaceae.

* 1. Veronica spicata var. *canescens*. V. spicata et V. maritima *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 4. et Fl. nap. tom. 1. pag. 3.* V. neglecta *Ten. Fl. Neap. Prod. emend. et add. ad calcem Indicis semin. H. R. Neap. pro anno 1829. pag. 19; an Vahl. et Spreng?* In Principatus Ulterioris et Aprutii montibus: *Incoronata*, *Majella*, *Piano di cinque miglia*, *Capo d' acqua.*

* 2. V. aphylla. In editioribus montibus: *Samnii: Matese; Aprutii: Majella*, *Monte Corno*, *M. Costone.*

* 3. V. alpina. *Ibidem.*

— — B. *Integrifolia* Schrank et Ten. Fl. nap. prodr. *Majella.*

— — C. *Pumila*, foliis ciliato-villosis. *M. Costone* (*Guss.*).

* 4. V. serpyllifolia. In pascuis humidis. *Fusaro.*

— — B. *Alpina*, V. nummulariifolia *Thuill.* V. tenella *Allion.* an V. repens *Clarion? Piano di cinque miglia*, *Majella.*

* 5. V. Beccabunga. In fossis et fontibus a maritimis ad summas alpes.

* 6. V. Anagallis. Ad rivulorum margines. *Seleto.*

— — minor. V. *anagalloides Guss.* In pratis et inundatis exsiccatis: *Tavoliere*, *Canale del demanio*, *Pesto.*

* 7. V. scutellata. In pratis montosis Lucaniae: *Potenza;* Aprutii: *Castelluccio*, *Revisondoli;* Calabriae: *Sila.*

* 8. V. officinalis. In omnibus pascuis sylvaticis montosis: *Monte S. Angiolo di Castellammare*, *Monte della Stella nel Principato Citeriore*, *Montevergine*, *Matese*, *Majella*, *Pollino.* etc.

9. V. latifolia. Ad Campaniae montium declivia: *Costa di S. Angiolo presso Frasso* (*Lostritto*).

* 10. V. Teucrium.

— — B. *angustifolia*. V. dentata *Ten. Fl. nap. Prodr. et Fl. Nap. tom. III. p. 14.* Teucrium IV tertia species *Clus. pag. 329 ic.*

In pratis montosis siccis: *Matese*, *Majella*, *Sile*; B. in *Aprutio* et *Pollino.*

* 11. V. Chamaedrys. In sylvaticis depressis: *Valle di S. Rocco.*

12. V. prostrata. M. *S. Angiolo di Castellammare.*

— — B. pilosa *Willd. Pollino*, *Majella*, *Monte S. Angiolo di Castellammare.*

13. V. Orsiniana. Caule ascendente erectiusculo, foliis cordato-ellipticis vel cordato-oblongis rugosis, superioribus latioribus ovato-cordatis, omnibus profunde laciniato-dentatis, racemis elongatis, floribus longe pedunculatis, calycibus 4-5-partitis capsulisque hirsutis. Planta tomentoso-incana, foliis pallide virentibus. *Ten. Fl. nap. prodr. App. V. pag. 4.* V. latifolia b. minor; V. nana laciniata. *Roem. et Sch. Syst. Veg. 1. pag. 113.*

In herbidis editioribus Aprutii: *Monte dei Fiori* (Orsini) *Majella*, *Monte Corno.*

Obs. Distinctam constituere speciem mihi visa est, ob folia laciniato-dentata duplo breviora, caule ascendente, racemis pedicellisque elongatis, statura partibusque omnibus duplo minori. A. V. *prostrata* discrepat in primis capsulis hirtis non glabris.

14. V. Urticaefolia. In nemoribus Aprutii: *Monte Corno*, *Pizzo di Sivo*, *Chiarino.*

* 15. V. montana. In sylvis montosis humilioribus: *Valle di S. Rocco*, *Camaldoli*, *S. Angiolo di Castellammare*, *falda del Monte della Stella.*

* 16. V. arvensis.

— — A *elongata*. Erecta, simpliciuscula. In arvis communis.

— — B. *humilis*. Prostrata ramosissima. In pratis siccis montosis: *Velino*, *Monte de' Fiori*, *Majella.*

* 17. V. Acinifolia.

— — A. Elatior villosa. V. *romana* Allion. In pascuis depressis: *Fusaro.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B. Humilis glabriuscula. In montosis: *Revisondoli, Roccarasa, Piano di cinque miglia.*

18. V. praecox. In arvis montosis Aprutii: *Velino, Monte dei Fiori.*

19. V. didyma. Caule procumbente foliisque ovatis profunde crenatis obtusis hirsutiusculis, floribus solitariis, pedunculis fructificantibus reflexis, capsulis didymis lobis rotundatis, stylo exserto. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. VI. Spreng. Syst. veg. t. 1. pag. 75.* V. agrestis *Ten. Fl. nap. t. 1. p. 6. Flora della Provincia di Napoli e medica t. 1 p. 10, non Spr. Reich. etc.*

— — *Flore albo.*

In campis cultis circa Neapolim, et alibi communis.

Obs. A sequenti differt capsulae diametro longitudinali duplo transversali breviore, lobis sphaericis, sutura carinali complanata, stylo exserto, foliis ovatis, planta molliuscula, villosiuscula pallide virens. Corolla calycem aequat vel superat, nec calyce multo minor est sicut cl. Spreng. dixit.

20. V. agrestis *Spr. et Reich.* In pascuis siccis montium Aprutii: *Monte de' Fiori, Majella, a Grotta Caprara.*

Obs. Folia ovato-oblonga, capsulae obcordatae lobis carinatis, stylum obsoletum. Planta rigidiuscula glabriuscula laete virens. V. *agrestis* L. et V. *didymae* synonima difficillime eruuntur, quum apud botanicos indidiscriminatim una vel altera eodem V. *agrestis* nomine descripta conspiciatur. Icon *Reichembachii; Iconogr. bot. Cent. 3 p. 66 tab. 227 f. 440.* V. *agrestem veram* probe repraesentat; eidem quoque referendae sunt Ic. *Fuchsii. Hist. 22 et Bauh Hist. 3 pag. 367*; sed ic. *Fl. Dan. t. 449. Dod. pempt 31, Lob.* Ic. *464 et Curtis Fl. Londin.* nov. *edit. fasc. 31, tab. 1,* V. *didymae* potius quatrare videntur. V. *pulchella Bast. et Reich.* ab hac non differt

* 21. V. hederaefolia. In agris ad muros.

* 22. V. cymbalaria. Cum praecedente

* 23. V. Buxbaumii. Floribus solitariis pedunculatis, caule erectiusculo, ramis demum decumbentibus, foliis profunde serratis hirsutis, corollis calyce multo longioribus, capsulis obreniformibus dilatatis, lobis compressis dissitis carinatis, stylo prominulo. *Ten. Fl. nap. tom. I pag. 7 tav. 1. Spr. Syst. veg. 1 p. 75.* V. agrestis byzantina. *Sibth. Fl. gr. t. 81* V. flosculis oblongis pediculis insidentibus Chamedryos folio maior *Buxb. Cent. 1 p. 26 tab. XL. fig. 2!*

In arvis et inter segetes circa Neapolim, et in Principatu citeriori communis primo vere.

Obs. Cl. *Buxbaumius* hujus speciei differentiam a V. *filiformi*, qua cum a multis adhuc male confunditur, probe distinxit his verbis « Differt a » minore (tab. XL. fig. 1 quae est V. filiformis) non solum partium » omnium floris in primis magnitudine, sed et foliorum colore splen» dente viridi; in minore subglaucus, flores eleganter coerulei striati, » caulesque quoque erectiores ». An. V. *persica* Poir. a V. *persica Besser*, quae est V. *filiformis*, certis characteribus differat ulterius investigandum.

* 24 V. verna. In pratis montosis: *Velino, Sile.*

* 25 V. peregrina: *Fusaro.*

† 26 V. fruticulosa. In alpibus nostris; *Petagn. Inst. bot. 2 p. 25.*

† 27 V. hybrida. In montibus Apuliae; *Petagn. l. c. 2 p. 25.*

Lentibulariceae vel Utricularieae.

* 1. Pinguicula grandiflora. Calcare recto subulato longitudine floris, corollae labio superiore inferiore multo breviore laciniis subrotundis integerrimis crenulatis vel leviter emarginatis, fauce villosa, germine staminibus superincumbente, capsula conica. *Lamark Dict. Encycl. 3 p. 22. Ill. gen. t. 2 tab. 14 fig. 2. Pers. Synops. 1 p. 17 R. et S. Syst. Veg. 1 p. 189. Spr. Syst. veg. 1 p. 48. Ten. Fl. nap. tom. III p. 17* excl. locis natalibus, quae ad sequentem speciem pertinent.

Ad aquae stillicidia in Aprutii montibus: *Vallone di S. Spirito, Grotta Caprara, Valle di Orfenta, Pietra Camela, Roseto, Pizzo della Cavata.*

* 2. P. hirtiflora. Calcare subulato corollam subaequante, laciniis subaequalibus subrotundis profunde bilobis, fauce villosa, germine staminibus superincumbente. *Ten. Fl. Nap. Prodr. pag. VI et Fl. Nap. tom. III pag. 18*, excl. locis natalibus ad praecedentem spectantibus. P *vulgaris Petag. Inst. 2 p. 38 ex loco natali.*

Ad fontium scaturigines montium Stabiarum et Principatus Citerioris: all'*Acqua Santa di Monte S. Angelo di Castellammare*, all'*Avvocatella*, alla *Molina presso la Cava*, e presso la *Trinità di Cava.*

Obs. In utraque specie faux pilis obsita observatur, sed P. *hirtiflora* ab altera differt corallae laciniis subaequalibus omnibus profunde bilobis. Characteres ex scapi pubescentia desumpti in hujus generis speciebus variis nullius momenti existimandi sunt: ipsa enim P. *hirtiflora* scapo superne glabro vel villoso ludit.

* 1. Utricularia vulgaris. In rivulis *Sebeti* et alibi.

* 2. U. minor. *Ibidem.*

Labiatae.

1. Ziziphora serpyllacea *M. B.* Z. *capitata Ten. Fl. nap. prodr. Append. III; ad calcem Fl. nap. vol. III pag. 379.* In arvis Apuliae.

* 1. Lycopus europaeus. In fossis paludosis. *Sebeto*; et in Principatu Citeriori.

* 2. L. exaltatus. *Fusaro.*

* 1. Rosmarinus officinalis.

— — B. humilis, ramis pendulis humifusis.

In dumetis maritimis: *Fusaro.* B in saxosis apricis Montis Gargani: *Salita di S. Angelo*, et Aprutii: *Mattone di Pettorano.*

* 1. Salvia officinalis.

— — B. *grandiflora.* S. *grandiflora Ten. Ad. Fl. neap. prodr. Append. V. pag. 3 non Etling.*

* — — C. *angustifolia*, foliis auritis.

B. ad sepes *Lucaniae* prope *Lagonegro* et in Apulia: *Savignano.* C. ad declivia Montis *Salviani* lacum Fucinum spectantia.

* 2. S. glutinosa. In sylvis obvia: *Valle di S. Rocco.*

* 3. S. argentea. *Fl. neap. prodr. pag. 7 et Fl. nap. tom. III pag. 27* S. *candidissima* Ten. ad Fl. neap. app. V. an Guss. Fl. Sic. prod. 1 pag. 16 exclusis synonimis?

In pascuis siccis montosis Calabriae, Lucaniae, Apuliae, Aprutii. *Pollino, Lecce, Martina, Gargano al Passo di Ferro a Montecalvo al piano del Camposanto di S. Angelo, Manfredonia, Piano di cinque miglia.*

Obs. Planta consulto a me ad veram suam speciem jampridem relata, deinde pro S. *candidissima* sumpta, accuratiori investigatione subjecta iterum ad S. *argenteam* amandari censeo. Titubationi ansam praebuit S. *candidissimae* diagnosis ex *Florae Siculae Prodromo* ad nostrae plantae characteres magis accomodata: sed cum S. *crassifoliam Sibthorp*, cujus speciei S. *candidissimae* botanici omnes, ipseque Florae Siculae cl. Auctor synonymum faciunt, in Flora Graeca meis oculis inspicere potui, toto caelo a nostra planta diversam agnovi. In icone S. *argenteae* in ejusdem *Fl. Graecae tab. 27* exhibita folia magis oblonga et minus lanata quam in nostra conspiciuntur, quod locorum differentiae tribui potest. S. *candidissima* habet caulem aphyllum semipedalem, folia cordata tantum bicrenata numquam croso-dentata nec sinuata, corollas glabras galeae apice incurvo, bracteas calycibus multo breviores. S. *argentea* vero caule gaudet 1-2-pedali brachiato folioso, folia profert cordato-oblonga, cordato-orbiculata vel tantum oblonga, basi obliqua profunde crosa dentata et sinuata, radicalia utrinque dense lanata, caulina villosa omnia aestivatione minus lanigera vel glabriuscula, denique corollas triplo majores galea falciformi pilis purpureis hirta habet. Sint ne steriles summi verticilli in S. *candidissima* non ausim adfirmare; nam in *Fl. gr.* tales non dicuntur, nec in icone repraesentantur. S. *argenteam Siciliae* incolam facit *Boerh. Lugd. bat. 1 pag. 163* cum synonymo *Sclarea sicula folio argenteo subrotundo. Conf. Dict. Encycl. t. 6 p. 629.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

An sub eadem planta duae species lateant, quarum altera ad S. *patulam* Desf. pertineat, ulteriori disquisitioni commendare juvat. *Lucaniae, Apuliae* et *Calabriae* plantae in hanc magis quatrare viderentur, nisi floribus albis labio inferiore flavicante, nec roseis, verticillisque superioribus omnino sterilibus praeditae essent.

* 4. S. Sclarea.

— — B. spicis numerosis pyramidatis late-bracteatis S. *pyramidalis Petag.*

In pratis et collibus siccis: *Gargano presso le falde di S. Angelo.* Var. B. in Calabria: *Sinopoli vecchio, Oppido;* in Principatu Citer.: *Rocca di Cilento;* et in Gargano: *Macchia Pastinella.*

* 5. S. Tenorii Spr. S. *Barrelieri Ten. Fl. nap. tom. 1 pag. 9 tab. II.* non *Etling.* S. *haematodes Gusson. pl. rar. p. 11.* an Linn.? exclus. syn. S. *virgata Savi bot. etrusc. 2 p. 4.*

In collibus apricis Campaniae, Lucaniae, Apuliae, Calabriae; *Gole d' Itri, Ginosa, Conversano, Cosenza.*

6. S. pratensis.

— — B. *grandiflora.*

— — C. *viscosa.*

In pascuis montosis. B. *Velino.* C. *Rocca di mezzo, Monte de' Fiori.*

7. S. elata *Host.* Flora Austr. tom. 1. p. 24. *Gargano.*

Obs. In nostra planta folia sunt basi cordata minus crosa et brevius petiolata quam in austriaca sed reliquae plantae partes descriptioni cl. Autoris, et specimini quod in Horto plantarum austriacarum Vindobonae ipse legi, probe respondent.

8. S. Garganica; Foliis radicalibus et caulinis prioribus cordato-oblongis sinuato-undulato-crispis bicrenatis rugosis scabris, ramis virgatis, bracteis cordatis calyce brevioribus, verticillis superioribus caducis. Planta pilis glanduliferis undique villoso-glutinosa. *Ten. Index Sem. H. R. N. pro anno 1829* (in notis).

In pratis *Gargani.* Perennis. Caulis 2-pedalis, folia laete virentia radicalia 4-5-poll. long. 2-3 lat., caulina sensim minora, Corollae rubro roseae calycibus duplo majores.

S. *campestri, et S. Sylvestri affinis*, a quibus tamen recedit foliis sinuato-undulatis, floribus duplo majoribus, pilis glanduliferis.

* 9. S. Horminum. Apulia Peucetia: *Ginosa.*

* 10. S viridis.

— — B. foliis cordato-subrotundis. S. *Rosani Ten. Fl. neap. Prodr. app. IV. pag. 1.*

In Lucaniae et Apuliae pratis argillosis: *Ginosa, Conversano.*

* 11. S. verbenaca. In pascuis sabulosis communis.

* 12. S. clandestina *Willd. excl. syn. Sibth. Fl. gr. t. 24.*

In sabulosis maritimis: *Portici al Granatello, Posillipo alla Gajola* et alibi.

13. S. controversa. Foliis pinnatifido-lincaribus serratis rugosissimis revolutis, caulibus foliosis, corollis calycibus hirsutissimis muticis triplo longioribus, galea stricta subfalcata, filamentorum appendicibus filiformibus elongatis. *Ten.*

S. *ceratophylloides* B. Floribus parvis. Ten. Fl. neap. prodr. App. IV. p. 4. exclus. syn. excepto illo Sibth. Florae Graecae tab. 24.

In pascuis siccis Calabriae; *Monteleone.*

Obs. Cl. *Reichembach* in suo laudatissimo opere de *Plantis criticis* (cent. 6. p. 18. ic. 721.) quum de *Salvia clandestina Lin.* disserere voluisset, vix habere plantam a tam multis ignoratam probavit; imo, juxta ejus sententiam, *Sibthorpius* solus veram *Linnaei* plantam novisse asserit. Deinde, de ejusdem stirpis synonymis agens, *Barrelieri Horminum sylvestre inciso folio, caesio flore, italicum (Ic. 220),* quod ab eodem *Linnaeo* ad *Salviam clandestinam* trahitur, et ipse ad suam plantam quoque laudat; sed ubinam in Italia crescat omnino nescire fatetur; quum *Salvia clandestina* omnium Auctorum *Florae italicae* a Linnaeana planta alienam esse contendat. Itidem *Linnaeus* ipse plantam omnino graecam, *Barrelieri* synonymo indulgens, pro italica sumisse, et caulem quoque ascendentem, qui in *Salvia clandestina* est erectus, ab illo icone petiisse, suspicatus est.

Scriptorum omnium *Italicae Florae* deceptionis caussam quaerens, quum praetiosissimae *Florae Graecae* volumina duo priora singulari fortuna possideam, investigationem meam sic exordiri duxi, ut primum et ante omnia *Florae graecae* descriptionem cum illa a *Linnaeo* tradita, quamque ipse cl. *Reichembach* botanicis commendat comparaverim.

Descriptio S. *clandestinae* Fl. Gr. haec est.

« S. foliis pinnatifidis lincaribus serratis rugosissimis pilosis, caulibus foliosis, calycibus muticis.

» Radix fusiformis biennis multiceps. Caules plurimi spithamaei ascendentes » parum ramosi, foliosi tetragoni villosi. Folia petiolata patula linearі- » pinnatifida vel subbipinnatifida rugosissima revoluta, serrato-pilosa. » Rami floriferi simplicissimi plerumque solitarii; verticilli remotiusculi » sexflori; bracteae cordatae integerrimae pilosae calyce breviores; Flo- » res brevius pedicellati, colore et forma fere prioris (S. *multifidae*) » et galea angustiore; calyx pilosissimus dentibus superioribus fastigiatis » et demum quasi obliteratis, staminum appendices elongatae filiformes » obtusae.

En S. *clandestinae Lin.* descriptio (Sp. pl. 2. p. 36.).

» S. foliis serratis pinnatifidis rugosissimis, spica obtusa, corollis calyce » angustioribus.

» Caules 4-goni obtusi villosi ascendentes spithamaei ramis superne saepius » duobus; folia oblonga pinnato-sinuata rugosissima crenata obtusa pe- » tiolata, in caule 2-3-paribus; spica truncata verticillis remotis, bra- » cteae cordatae trifloraе, calyces pilis glutinosis, labio superiore pli- » cato, corolla violacea vix calyce duplo longior, labii inferioris medio » lobo albo.

Quas descriptiones si rite comparare volueris ad eamdem plantam nullomodo pertinere facile tibi suaseris; nec minus miraberis, quod *Barrelieri* synonymon a Reichembachio ad S. *clandestinam* relatum, cl. *Smith* in *Fl. Gr.* ad S. *multifidam* amandandum censeat his verbis: *Synonymon Barrelieri a Linnaeo citatum, ad praecedentem* (S. *multifidam*) *rectius amandatur, ut jamdudum me monuit dum in vivis erat ipse amicissimus Sibthorp.*

Quod Si hoc loco icones 23 et 24. Fl. Gr. proferre potuerim, plantam *Barrelieri* minime ad ic. 24, sed ad ic. 23, hoc est ad S. *multifidam* pertinere luce meridiana clarius ostendissem. Est autem haec eadem S. *multifida*, quae jure meritoque italicam *Barrelerius* facit; nam apud nos et in agro Romano, et in Florentino, nec non in aliis Italiae locis frequentissime crescit. Itidem nostra planta S. *clandestinae* Linnaei descriptioni adamussim respondet, et ad Barr. iconem sicut ovum ovo refertur. S. *clandestina Reichembachi*, econtra (ic. 721) ab ic. S. *clandestinae* Fl. Gr. tantum differt, quantum et haec ab icone S. *multifidae* ejusdem Florae. Quapropter si quadrata rotundis miscere nolimus, S. *clandestina Fl. Gr.* cum S. *clandestina Linn.* sp: confundere non audebimus; ita et S. *clandestina Reich.* ab utraque diversam judicabimus.

Hanc tamen S. *clandestinam Reich.* in H. Regio cultam quotidie sub oculis habeo, et haec est illa revera S. *ceratophylloides Vahl. Willd. Enum. et Link.* (non *Arduini*), quae ni fallor, a *cl. Link.* (quem cl. Sprengelius in Systemate Vegetabilium sequutus est) pro S. *clandestina* sumpta, et *Reichembachi* allucinationis caussa fuit.

Hisce praemissis, rationi magis consonum puto has sequentes species cum synonymis sic recensere.

α Salvia clandestina *Linn.* (ex descriptione, ex loco natali et syn. *Barrel.*; nam si in Linnaeano herbario alia planta S. *clandestinae* Florae graecae omnino similis asservatur, haec ad S. *controversam* Ten. amandanda erit. Hujus synonyma erunt.

Salvia multifida Sibth. Fl. Gr. tab. 23. S. *polymorpha Link. et Hoff.* p. 149. S. *pratensis minor. Savi.* Fl. pis. p. 23. S. *pratensis praecox Pers.* Synops. p. 26. S. *clandestina Bert.* Amaonit. 74. o 238. et *Guss.* Fl. Sic. prodr. p. 18. *Ten.* Fl. Nap. prodr. App. IV pag. 3.

β Salvia controversa Ten. Syll. S. *clandestina. Sibth. et Smith.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Fl. Gr. 1 p. 18 tab. 24, excl. synonymis, non *Linn.* sp. pl. An S. *clandestina* Lin. herb? an *S. laciniata Link.* enum. alt. 1. p. 16?

× Salvia ceratophylloides *Willd.* enum R. S. t. 1. pag. 263. exclus. syn. Arduini, et *Sicilia* e locis natalibus. S. *clandestina Reich. iconogr. bot. cent. 6 fig. 721* non Lin. nec Sibthorp. S. *clandestina Link* enum.alt. p. 16; an *Moretti* Osserv. sulla Fl. veron. p. 19.?

In hac flores parvi, verticilli approximati, corollae galea fornicata labium inferius parum excedente, filamenta mutica omnino ut in descriptione R. S. loc. cit. et in icone Reich. repraesentantur. In planta *Florae graecae*, vero, corollae pallidae verticilli remoti, corollae galea erecta genu inflexo, filamenta appendicibus elongatis filiformibus instructa deprehenduntur.

14. S. oblongata Valh. In Lucaniae pascuis, et in *Fusaro presso la Torre*.

15. S. triloba. In collibus aridis maritimis *Calabriae* orientalis: *Giojosa;* Japygiae: *Taranto, Lecce, Brindisi.*

16. S. ceratophylla L. S. *ceratophylloides*. A. Floribus amplis corollis coeruleis. Ten. *Flor. neap. prodr. App. IV pag. 4* et Guss. *plant. exsic. ex Calabria.* S. *ceratophylloides* Presl. *Fl. Sic. pr. p. 9.* Arduini specim *2. t. 2.*

In collibus aridis *Calabriae*, prope Rhegium (Guss.).

Obs. Sicut recte monuit cl. *Reich.*, planta *Arduini*, quae plerique botanici ad S. *ceratophylloidem* amandaverunt, ad S. *ceratophyllam Lin.* omnino pertinere debet.

† 17. S. haematodes. In Apulia. *Petagna Inst. tom. 2 p. 49.*

Lemnaceae.

* 1. Lemna gibba. In aquis lente fluentibus.

* 2. L. trisulca *Ibid.*

* 3. L. minor *Ibid.*

4. L. arhiza *Ibid.*

* 5. L. polyrrhiza *Ibid.*

Cyperaceae.

* 1. Cladium germanicum *R. et S. Schoenus Mariscus L. Ten. Fl. Nap. tom. III. pag. 37.*

In stagnis et rivulis: *Pesto, Calabria.*

Digynia.

* 1. Anthoxanthum odoratum. In pascuis commune.

Classis Triandria

Monogynia

Valerianeae.

* 1. Valeriana dioica. In pascuis humidis montosis Lucaniae et Apuliae: *Martina. Potenza.*

* 2. V. officinalis. In umbrosis humidis; prope Neapolim: *Ponti Rossi, Agnano, Camaldoli;* et Principatus Citerioris: *Vallo.*

* 3. V. montana.

— — B. alpina V. *cuspidata Bert. Excerpta.*

In pascuis montosis prope Neapolim: *M. S. Angelo di Castellammare;* Hyrpinorum: *M. Vergine*; Samnii: *Matese;* Aprutii: *Velino, Majella.* Var. B. in summis cacuminibus montium Aprutii: *Velino, M. Corno, Pizzo di Sivo, Costone.*

* 4. V. tripteris. *Monte Vergine, Velino, Matese. M. S. Angelo di Castellammare al piano di Faito.*

* 5. V. tuberosa. In nostri Regni montibus: S. *Angelo di Castellammare, Cerealto, Gargano S. Marco in Lamis M. Sagro, Pollino;* et in montibus *Lucaniae*, et *Aprutii.*

* 6. V. saljunca. In summis alpibus Aprutii: *Velino, Costone, M. Corno, M. Amaro, Bacucco.*

† 7. V. saxatilis. In alpibus nostri Regni: *Petagn. Instit. t. 2. pag. 77.*

* 1. Fedia cornucopiae. In arvis Insulae Caprearum, Apuliae, Calabriae.

* 2. F. echinata. In arvis Aprutii.

* 3. F. olitoria. F. locusta lejocarpa Reich. Pl. crit. cent. 2. tab. 60 fig. 121. In arvis Aprutii: *Velino, Assergio.*

4. F. carinata. In arvis: *al Fonte della Cannavata in S. Mango del Cilento* in Principatu citeriori.

* 5. F. dentata. In arvis.

* 6. F. coronata. In arvis Lucaniae, Apuliae, Aprutii etc.

— — B. fructuum aculeis uncinatis.

Obs. Coronae dentes nunc membrana longiores, nunc breviores conspiciuntur, idcirco differentia inter F. *discoideam* et F. *coronatam* a sola radiorum coronae proportione quaesita nimis infirma videtur.

7 F. pumila. In arvis Aprutii: *Aragno, Camarda.*

Obs. Ex collatione speciminum F. *pumilae* e Gallia acceptorum cum iis F. *sphaerocarpae* cl. Gussonii, nec non e meliori qua potui auctorum investigatione, eas plantas specie non differre habeo persuasum. Characteribus nullius momenti libenter posthabitis, illis videlicet a plantae magnitudine, vel foliorum incisione caulisque asperitate desumptis, cum caeteros characteres ad trutinam revocare vellem eos valde infirmos, nec ad specierum differentiam statuendam satis idoneos comperi. In utraque planta capsula adest subglobosa, inflato-compressa, loculi fertilis dorso lanceolato elevato-marginato in lobum truncatum coronae excurrente, dentibus duobus lateralibus minoribus, Loculi steriles dum inter se contrahuntur rimam efformant irregularem plus vel minus hiantem, unde fructus capsulae tricoccae faciem adsumit. Cl. *Gussonius* suae plantae capsulam altera facie umbilicatam declaravit, attamen quum eodem tempore illam subtricoccam dixisset, satis veram ejusdem structuram adumbrasse fateri oportet. Minus fauste pictor F. *sphaerocarpae* capsulam repraesentavit, quum loculorum infertilium suturam omiserit ac ejusdem in loco foveolam centralem naturae omnino contrariam protulerit.

8. F. mixta Vahl. *Velino, Bilancino.*

* 9. F. eriocarpa. In Aprutii et Lucaniae arvis.

10. F. brachystephana; capsula globosa utrinque gibba, loculo fertili dorso elliptico elevato marginato in lobum truncatum producto, corona campanulata sexdentata capsula quadruplo breviore dentibus uncinatis abbreviatis *Ten. Relaz. del viaggio di Abruzzo* (1830) pag. 43.

Caulis semipedalis subangulatus angulis scabris; folia linearilanceolata integerrima, bracteae in fructu patentes margine scariosae ciliatae; capsula subtricocca glabra inflata, dorso villoso carinato, loculis binis abortientibus, sutura non umbilicata, corona membranacea utrinque glabra dentibus levibus uncinatis. Capsula fere F. *pumilae*, at utroque latere gibbosiore et corona membranacea aucta. Ab affini F. *coronata* differt fructu glabro loculo fertili dorso gibbo elevato, bracteis in fructu patentibus.

Cum affinibus F. *pumila* et F. *coronata* inter Aprutii segetes habitat.

† 11. F. puberula *Bertol. inedit.* Inter segetes Calabriae orientalis Guss. pl. rar. pag. 15.

Chenopodieae.

1. Polycnemum arvense.

— — B. *recurvum.* In Aprutii pascuis montosis siccis. *Avezzano, Tagliacozzo, Navelli, Piano di 5 miglia, Caramanico, Lavino presso S. Valentino.*

Irideae.

* 1. Ixia Bulbocodium

— — B. *Flore albo.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In pascuis montosis Campaniae : *Majorano di Monte presso Cajazzo ;* Apuliae: *Gargano, Monte Sagro, Monte Spigno ;* Lucaniae : *Carbone;* Principatus Citerioris: *Monte della Stella.* B. in Callipolis arvis.

* 2. I. minima. Scapo bipartito bifloro , spathis corollae tubum longe excedentibus , stylo staminibus breviore , stigmatibus inclusis , foliis filiformi-compressis sulcatis flexuosis recurvis brevissimis *Ten.* I. *bulbocodium var. minima* Ten. *Fl. Neap. prodr. pag. VII. Ixia parviflora.* Ronconi *Ixiae novae speciei descriptio cum tab. Neap. 1815. in 4. Romulea Columnae* Sebast. et Mauri *Fl. Rom. prod. 1818. tom. 1. pag. 18. Ixia Columnae* R. et S. *Syst. Veg. mant. Class. III. pag. 30. Sisyrinchium Theophrasti.* Colum. *Ecphras. 1. pag. 327.*

In sabulosis maritimis circa Neapolim: *Granatello , Bagnoli.*

* 3. I. purpurascens. Scapis unifloris , corolla purpurea petalis tribus exterioribus extus viridibus fusco-lineatis , stigmatibus staminibus brevioribus , foliis linearibus sulcatis erectis praelongis. *Ten. Fl. Nap. tom. I. pag. 13. tab. 3.*

In collibus Calabriae ulterioris , circa Rhegium.

4. I. ramiflora. Scapo basi ramoso , ramis alternis ; corollis spathas superantibus, stylo staminibus breviore , stigmatibus inclusis; foliis linearibus medio latioribus sulcatis erectis. Romulea ramiflora *Ten. Append. ad Indic. semin. H. R. N. pro anno 1827.* (in notis) *Atti della Reale Accademia di Scienze ,* tom. 3. cum ic. (inedito). An I. *Bulbocodium* B. *caulescens scapo nudo multifloro.* Lapeyr. *suppl. ad Histoire abrégée des plantes des Pyrénées pag. 9?*

In pascuis Apuliae: *Tavoliere ;* et prope Neapolim: *S. Maria del Pianto.*

Obs. Ab. I. Bulbocodio differt scapo ramoso, corollis duplo minoribus, stigmatibus inclusis; ab. I. minima dignoscitur scapo elato multifloro , corollis majoribus.

* 1. Gladiolus segetum. *Glad. communis* Petag. Inst. 2. p. 83. Ten. Fl. nap. tom. I. pag. 11.

— — B. *spica disticha floribus minoribus.* G. *Ludovicae* Jan. Inter segeter circa Neapolim et alibi.

2. G. byzantinus. In Aprutii segetibus.

3. G. imbricatus. In pratis montosis siccis: *Capri ; Gargano : alla mezzana della Cerasa prima di Montenero ;* Calabriae : *Frascineto , Porcile.*

Obs. Dispositio florum in his speciebus mire variat, idcirco characteres ab illa desumpti nullius momenti censendi sunt. Sint ne in G. *byzantino* semina revera alata , sicut in *Flora Tauro-Caucasica* petuntur vel potius ab arilli conformatione dum maturescunt talia appareant ulterius investigandum erit. Characteres firmiores ut G *byzantinus* et G. *segetum* a G. *communi* dignoscantur , mea quidem sententia in filamentorum cum antheris proportione , necnon in laciniarum corollae dispositione requirendi sunt. G. *byzantinus* autem habet antheras filamentis longiores , et corollae laciniam superiorem incumbentem , lateralibus confluentibus , tectam. In G. *communi* , cujus flores duplo minores sunt , antherae filamentis breviores , at corollae laciniae ut in praecedenti dispositae conspiciuntur. G. *segetum* , vero corollae lacinias discretas profert , superiori omnino divaricata , atque antheris filamenta subaequantibus gaudet.

* 1. Morea fugax. *Iris fugax. Ten. Fl. nap. tom. I. pag. 15. tab. IV.* an a M. *sisyrinchio* diversa ?

In pascuis siccis Apuliae: *Manfredonia ;* extra urbem qua ascenditur ad *Montem S. Angelo* ; Lucaniae : *Tursi.* Dauniae : *Conversano ;* Japigyae: *Ginosa.*

Obs. I. *fugax* Flor. Neap. I. *Sisyrinchii* Botanici fere omnes synonymon faciunt , et id sane haud immerito. Monere tamen liceat , *cl. Delile* nuperrime specimen *Iridis* in Aegypto lectum ad me misisse , pro *I. Sysyrinchio* sumpta , et plantae neapolitanae ex asse simile idcirco petalis intus barbatis nec omnino imberbibus praeditum. Ipse autem cl. auctor in schedula specimini apposita , suam plantam , addidit , in *Fl. Aegyptica* tanquam diversam speciem descripturus Ob scapum ramosum , cl. *Ker.* in suis *Iridearum* generibus (pag. 42) meam plantam quoque ab I. *Sisyrinchio* differre suspicatus est. Quibus differentiis color petalorum demuo addere oportet , qui in planta nostra pallide cyaneus non purpureus observatur. Silentio denique haud preterire censeo , hanc plantam a *M. fugace Andrew* petalis haud imberbibus differre , perperam nempe in Fl. Neap. loc. cic. ob exsiccatum specimen talia dicta fuerunt. Hisce monitis , si accuratioris investigationis gratia ab *Iride Sisyrinchio Lin.* plantam nostram certis characteribus differre probaverint botanici , novo nomine illam inscribere opus erit , et *Moream meridianam* appellare.

* 1. Iris tuberosa. Ad sepes circa Neapolim. *Valle di S. Maria de' Monti ai Pontirossi , Camaldoli, tra le scale della Chiesa;* in Apulia: *Tavoliere;* in Principatus citerioris submontosis etc.

* 2. I. pseudo-acorus. In fossis et ad fluviorum et canalium ripas. *Agnano , Acerra , Ponte carbonara , Sele , Laghi di Velia* etc.

* 3. I. foetidissima. In sylvaticis humentibus: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

* 4. I. graminea. *Salerno, Piana di Eboli, Potenza, Lago salso, Lecce.*

* 5. I. biflora. *Gargano.*

* 6. I. florentina. Ad muros circa Neapolim , *Ponti rossi ;* in Aprutio. *Iris pallida.* Ten. *Fl. nap.* t. III. p. 36.

* 7. I. germanica. Ad sepes et agrorum margines circa Neapolim: *Trecco , Pozzelle ,* et alibi.

* 8. I. pumila. *Salerno , Basilicata , Lecce, Manfredonia, Gargano , al Piano di Fedele prima di S. Marco.*

† 9. I. squalens. *Gargano.* Petag. *Inst. tom. 2. pag. 88.*

* 1. Crocus sativus. *Monte de' Fiori* (*Orsini*).

2. C. longiflorus. *Rafin. Caratteri. pag. 84. tab. 19. fig. 2.* (1810). C. *odorus* Biv. *manip. 3. pag. 8. tab. 2.* (1816).
Capsula elliptica (5. lin. long. 2. $\frac{1}{2}$ lat.) albida estriata exsiccatione utrinque attenuata lacte violacea , semina ventricosa violacea vel rubro-purpurea , utrinque exquisite mucronata.

In pascuis montosis Calabriae: *Serra, Mongiana;* et in Principatu Citeriori : *Monte della Stella.*

3. C. Thomasii. Tunicis radicalibus reticulato-fibrosis; foliis proteranthiis erectis , margine ciliato-glandulosis ; scapo supra basim vaginifero, spatha duplici pellucida, tubo corollae limbo longiore , laciniis ovato-lanceolatis obtusis concoloribus , venis saturatioribus , fauce hyalina villoso-glandulosa ; stigmatibus odoris erectis inclusis truncatis corolla multo brevioribus ; capsula estriata seminibus cuspidatis. *Ten. Memor. sulle spec. e var. di Crochi della Fl. Nap.* 1820. pag. 12. tav. 4. excl. syn. Hoppe , et *Monte della Stella* e locis natalibus. C. *Sativus.* Thomas in literis (fide speciminis et ex loco natali). Gay. *Observat. sur deux mémoires de Botanique* (Bullet. Univers. Juill. 1827).

— — B. *Ciliis foliorum obsoletis.*

Capsula estriata turbinata lutescente , demum oblonga ferruginea (7. lin. long. 3. lin. lata).valvis cuspidatis ; semina obovata utrinque acuta intense violacea.

In sylvis montosis Calabriae : *La Serra ;* (Thomas) Lucaniae: *Le terza , Potenza alle Faje , ed a Montocchio.*

* 4. C. pusillus. Tunicis radicalibus membranaceis plerumque circumscissis , foliis synanthiis lineari-setaceis revolutis linea alba latiore exaratis , scapo infra basim vaginifero spatha duplici opaca ; corollae limbi subinfundibuliformis laciniis oblongo-lanceolatis demum inflexis , fauce glabra flavescente laciniis exterioribus striatis , stigmate incluso trifido staminibus lon-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

giore, laciniis filiformi-cucullatis ciliolato-crispis, capsula estriata seminibus muticis. *Ten. Fl. nap. tom. III. pag. 33. et Mem. sopra i Crochi pag. 8. tab. 2. R. et S. Syst. Veget. Mantis. 1. pag. 272.* C. *biflorus var.* C. *Crocus Tenorii Gay. l. c. pag. 26.*

— — A. Corollae laciniis interioribus albis fauce flava.

— — B. Corollae laciniis interioribus coeruleis fauce hyalina unguibus maculis rhombeis fuscis pictis. *Ixia Bulbocodium.* Petag. *Instit. I. pag. 80*, ratione loci.

— — C. Major, C. *lineatus* Jan. Elench.

Capsula oblonga utrinque obtusa albida 8. lin. long. 4. lata in maturitate pallide-rufa valvis longe aristatis; semina rubra ovalia levia mutica.

In pascuis sterilibus submontanis: A. circa Neapolim: *Valle di S. Rocco;* B. *nella Valle di Orsolone*, et in Lucania: *Montescaglioso.* C. *Monti di Caserta;* in Lucania, *Potenza;* et in Apulia: *Gargano.*

5. C. Imperati. Tunicis radicalibus membranaceo-filamentosis, foliis proteranthiis glaucescentibus basi latioribus deflexis; scapo supra basim vaginifero; spatha duplici opaca; corollae tubi campanulati laciniis ovalibus obtusis subemarginatis, fauce nuda aurantiaca, stigmate incluso trifido staminibus longiore lobis cuneiformibus incisis crenulatis, capsula oblonga acuminata violacea sexstriata, seminibus fulvis reticulato-erosis altero latere exscavatis. Ten. *Memoria sui crochi pag. 10. tab. 3.* C. *Vernus. Ten. Fl. Neap. Prodr. pag. VII*, et *Fl. med. univers. 1. pag. 21* (quoad loca natalia non quoad descriptionem) *Fl. Nap. tom. III. pag. 34.* C. *minimus* A. *italicus.* Gay. l. c. excl. syn. C. *suaveolens.* Bert. C. *officinalis var. praecox*, Notarjanni. Viaggi bot. tom. 1. pag. 30.

— — A. Corollae laciniis intus concoloribus violacco-purpureis externe tribus exterioribus pallide-violaceis striis plumosis atro-violaceis interioribus pallidis concoloribus basi tantum venosis.

— — B. Corollae laciniis unicoloribus extus pallide-fulvis.

— — C. Flore albo. C. *albiflorus;* Hortulan.

Capsula oblonga (11. lin. long. 4. lin. lat.) albido-violacea striis ad angulos intense violaceis, exsiccatione rufa valvis muticis spathis persistentibus cincta, semina suborbicularia utrinque rotundata superficie reticulato-erosa.

In pascuis montosis. A. et B. *Capri, Monte S. Angiolo di Castellammare, Frasso presso il Monte Taburno.* (Lostritto) C. *All'Acqua Santa sopra il Monte S. Angelo di Castellammare, ed alla valle del Molino tra quel Monte ed Amalfi.*

Obs. In pluribus speciminum centenis, elapso anno in Insula Caprearum, in Monte divi Angeli Stabiarum et ad Taburni radices lectorum spatham semper duplicem vidi. Hac nota, nec non foliis proteranthiis varie flexis incurvis glaucescentibus, non synanthiis erectis laete viridibus, corollae limbo campanulato laciniis ovali-oblongis, nec infundibuliformi laciniis ovatis, stigmatibus intense croceis, habitu robustiori floreque minime suaviter odoro a C. *suaveolenti* Bertoloni satis differre censeo. Colles humiliores et nemorum regiones habitat; nempe a 300 ad 3000 pedum altetudinem.

6. C. vernus.

— — B. *grandiflorus.* Spatha simplici flore purpureo unicolore campanulato, fauce exalbida pilis obsoletis. C. *vernus* B. *Ten. Mem. sui Crochi pag. 5. tab. 1.* C. *vernus var. Neapolitanus Ten. Fl. neap. Prod. app. V. pag. 4.* C. *vernus angustifolius magno flore Cup. Hort. Cath. p. 61.*

— — C. Flore albo.

In Aprutii montibus: *Tittone, Majella, Monte Corno, Monte Grande.* B. in montibus Campaniae: *Frasso* ad Taburni radices (*Lostritto*), *Majorano di Monte* prope Galatiam; in Lucania: *Potenza, Faito, Montocchio;* Calabriae: *Piano di Pollino;* in Principatu ulteriori: *Cerealto.* (Guss.) C. *Pizzo di Sivo.* (*Orsini*).

Obs. Ab alpinis regionibus ad humiliores descendit; nempe a 6000 pedum altitudine ad 500 cum *Quercubus Cerris, Castaneis* etc.

† 7. C. suaveolens. Itri (Bertol.) An C. *officinalis, var. altera serotina. In collibus siccis calcareis circa Fundos.* Notarjanni *Raccolta di Viaggi Fisico-botanici effettuiti dai collaboratori della Fl. Nap. tom. 1.* Rapporto del viaggio in terra di Lavoro del Sig. *Notarjanni.* pag. 30.?

Urticaceae.

1. Ficus carica.

Ad muros frequens.

Cyperaceae.

* 1. Schoenus nigricans. *S. ferrugineus.* Ten. Fl. Neap. Prod. non Humb. *Fusaro, Licola.*

* 2. S. mucronatus. *Bagnoli;* in littore Paestano etc.

* 3. S. compressus L. *Scirpus caricis* DC. In humidis montosis Aprutii.

* 1. Fimbristylis annua. Ad Crati oras prope Consentiam.

* 1. Scirpus palustris. Ad rivulorum margines communis.

* 2. S. campestris. In Calabriae paludosis. *Sila.*

3. S. setaceus. *Monte Corno.*

* 4. S. Savii. *S. acicularis. Ten. Fl. Neap. Prod. S. setaceus ibid. pag. VIII. et Flora medica pag. 28. In inundatis ad rivulorum margines: Fusaro, Bagnara, Scilla.*

* 5. S. Holoschoenus

— — B. *australis.*

In paludibus. B. *Fano di Corno.*

* 6. S. romanus. *Fusaro.*

* 7. S. mucronatus. Fl. Nap. tom. III. pag. 977. S. *triqueter var.* B. DC. Fl. Fr. 1. pag. 236. *Mondragone, Carditello.*

* 8. S. sylvaticus. *Sila.*

* 9. S. maritimus.

— — B. *tuberosus* R. S.

— — C. *macrostachys. S. maritimus* E. R. et S.

— — D. *longepedunculatus. S. maritimus.* D. R. et S. Moris. S. 8. t. 11. fig. 8.

Var. B. Ad *Agnani*, et *Fusari* lacum et in Apuliae et Japygia: *Lecce.* C. et D. in lacubus Principatus Citerioris: *Fiume nero, Pozzi tondi* olim, portus Veliae.

* 1. Eriophorum angustifolium. *Sila.*

Obs. An *S. hybrida* All. cum nostra planta adsociauda sit nescio adfirmare; haec enim juxta ejusdem auctoris descriptionem (All. Auct. Fl. Ped. p. 9) semina exhibet utrinque complanata (ut in *S. integrifolia*): sed cum *corona quinque aristata*, dum in nostra planta corona denticulata tantum occurrit. Hanc *S. integrifoliae* seminis structuram optime indigitavit Linneus primus his verbis: *Pappus corona denticulata*, et cl. Savius addens *semine urceolum denticulatum glandulosum.* Hoc charactere, radice annua et minori hispiditate haec species ab affini *S. arvensi* differt; verum caeteri quia maxime variabiles nullius momenti habendi sunt. Caulis nempe plus minusve hispidus, folia tum integerrima

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

tum pinnatifida vel incisa, laciniis rotundatis, obtusis vel lanceolatis acutis, lobo extremo majore rotundato vel minore acuminato conspiciuntur. In nostra planta flores semper pallide-coerulei observantur, nunquam rosei, sicut apud auctores omnes, *Cupano* tamen excepto, dicti sunt. Harum specierum characteres et synonyma meliori quo existimo consilio elaborata, hic adjiciam.

S. arvensis; corollis quadrifidis radiantibus, foliis circumscriptione lineari lanceolata integris pinnatifidis incisisve cauleque hispido; coronae dentibus minimis calyculo brevissime petiolato, 8-12-aristato, aristis seminibus tetragonis brevioribus, receptaculo villoso. Perennis. *S. arvensis.* Willd. Smith, Savi, Guss. *Trichera arvensis.* R. S. *Knautia arvensis.* Duby Bot. Gall.

S. sylvatica; cor. 4-fid. radiantibus, foliis circumscriptione ovali-oblonga indivisis, in petiolum coarctatis, cauleque hirsutiusculo, coronae dentibus minimis, calyculo brevissime petiolato 10-16-aristato, aristis semina subtetragona aequantibus. Perennis. *S. sylvatica.* Willd. *Trichera sylvatica.* Duby. l. c. excl. syn. *Scab. integrifolia.* Linn.

S. integrifolia; corollis 4-fidis radiantibus, foliis circumscriptione lanceolato-oblonga indivisis, incisis pinnatifidisve, lobis laciniisque obtusis vel acutis, cauleque hirsutiusculo, coronae dentibus minimis, calyculo brevissime petiolato denticulato mutico, seminibus compressis, receptaculo villoso. Annua *Sc. integrifolia.* Lin. Willd., Savi, Ten. et Guss. *Sc. bellidifolia.* Lam. an. *Knautia hybrida.* Duby. l. c.

* 4. S. silenifolia Kit. In Alpinis Aprutii: *Majella a Scrimacavallo nelle rupi che guardano l'Orfenta.*

* 5. S. Columbaria. *Reich. an Lin? Sc. Columnae* Ten. Fl. Nap. I. pag. 29. tav. VII. S. *uniseta* Savi, non S. *Saviana* Reich.

— — B. *Prolifera.*

— — C. *Humilis.* S. *longe pedunculata.* Donn.

In nostris collibus sylvaticis obvia. *Var.* C. in Aprutii sepibus.

Obs, Quum plurium auctorum sententiam sequens, meam S. *ambiguam* pro vera S. *Columbaria* sumendam primum arbitratus fuerim, evidentiori harum plantarum diversitate evictus, in peculiarem speciem alteram describere a rei natura haud absonum putavi. Rursus vero, postquam cl. Reichembach S. *Columbaniae* diagnosim e seminum characteribus quaesivit, *S. Columnae* eos adprime respondentes inveniens, ejusdem auctoris sententiae aequo animo subscripsi.

* 6. S. ochroleuca. In collibus siccis: *Bari, Martina, Lecce, Calabria.*

* 7. S. ceratophylla; caule fistuloso glabro, foliis radicalibus lyratis crenatis holosericeis, caulinis bipinnatifidis, laciniis linearibus falcatis, involvcro florem aequanti; corollis 5-fidis radiantibus, capitulis fructiferis globosis, calyculi extremi limbo expanso, pappo 5-feto exserto stipitato. Ten. *Fl. Nap. I. pag. 31. tav. VIII.*

— — B. humilis: an S. *mollis* Willd. Enum. suppl. *Reich. Cent. IV. pag. 42. t. 353. fig. 534.?*

In sylvaticis montosis. Var. A. *Lagonegro, Majella, Valle di S. Spirito, Monte Corno, Monte de' Fiori.* Var. B. *Pizzo di Sivo.*

Obs. Species intermedia inter Sc. *bannaticam* et Sc. *agrestem*, ab utraque tamen differt foliis radicalibus utrinque holosericeis, floribus coeruleis. A S. *bannatica* foliis minus compositis laciniis angustioribus, et a S. *agresti* foliorum circumscriptione ovali-oblonga, setis duplo longioribus diversa existimatur. S. *pauciseta* Jacq. ab hac differt seminibus pappo obliterato: caeterum ad S. *agrestem*, potius quam ad S. *ceratophyllam* referenda est. Nostra planta foliis minime filiformibus, inferioribus viridibus non cinereis calycibus non brevissimis a S. *gramuntia.* Lin. differt.

* 8. S. brachiata *Smith.*

In asperis lapidosis montium Lucaniae et Calabriae: *Cassano, Europoli, Amendolara* (Guss.) *Pollino, a dolce dorme.*

* 9. S. rutaefolia Vahl. S. *urceolata* Desf.

In sabulosis maritimis: *Pusaro.*

Obs. Quum receptaculi palcae exteriores pro involucri laciniis botanici plerique acceperint, calycem multifidum S. *urceolatae* tribuerunt, qui in utraque planta 5-fidus tantum est. Hac allucinationis causa ablata, de harum plantarum identate non amplius haeremus. Sc. *rutaefoliae* definitio et synonyma haec erunt.

Sc. *rutaefolia*; corollis subradiantibus 5-fidis, foliis subcarnosis ramulis junioribus villosiusculis caeterum glaberrimis, radicalibus obovato-oblongis, pinnatifido-dentatis, caulinis pinnatis foliolis linearibus, summis linearibus indivisis, dentibus laciniisque obtusis, anthodio monophyllo 4-5-fido, paleis 4-5-receptaculi exterioribus linearibus viridibus foliaceis, anthodii lobis alternatim adpressis, seminibus glabriusculis angulatis oblongis, corona obsolete denticulata. *Vahl Simb. 2. pag. 26.* Willd. *Sp. 1. p. 533.* S. *maritima rutae maritae folio* Bocc. Sic. 74. tab. 40, et 95. t. 52. Sc. *urceolata* Desf. Atl. 1. pag. 122. R. et S. Syst. 3. p. 70. *Ten. Fl. part. della Prov. di Nap. 1. pag. 85.* Guss. *Fl. Sic. Prodr. 1. p. 163. (Ab omnibus excl. syn.* Barr. ic. tab. 245 *). Asterocephalus urceolatus* Spr. *Syst. 1. 1. p. 383.*

* 10. S. crenata Cyrilli. S. *coronopifolia.* Sibth.

— — A. *Glabriuscula.*

— — B. *Hirsuta.*

— — C. *Nana humifusa.* S. *pterocephala* Pet. *Inst. t. 2. p. 239* et Ten. *Fl. nap. Prodr. p. 11* non Lin.

Varr. A. C. *Capri, Castellammare, Amalfi, Montefinestra, Gargano.* B. *Calabria.*

* 11. S. ambigua; corollulis 5-fidis radiantibus, foliis radicalibus oblongis vel obovatis dentato-crenatis lyratisque, caulinis lanceolatis, laciniis inciso-serratis extima deltoidea, superioribus linearibus; calyculi externi margine inflexo, pappo 5-seto exserto stipitato. *Ten. Fl. nap. Prodr. App. V. p. 7., et Fl. nap. t. III. p. 126.*

— — A; foliis membranaceis margine et rachi ciliatis; caule 1-2-pedali erecto, basi villoso; receptaculis elongato-cylindraceis; floribus purpureis. S. *Columbaria* Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 11. et Fl. nap. I. pag. 24.* S. *Saviana* Reich. *Hort. bot. 1. pag. 38. t. 53.* S. *grandiflora* Guss. *Fl. sic. Prod. 1. p. 26.* an Scopoli *Del. Fl. Ins. 3. p. 29. t. 14?*

— — B; caule divaricato prostrato, foliis carnosulis lucidis glabriusculis minus incisis, capitulis pauciforis, corollae tubo longissimo, floribus coeruleis, raro purpureis. S. *maritima* Ten. *Fl. nap. Prod. l. c. an Lin?* an S. *glabra carnosa foliis virentibus, flore coeruleo vel purpureo.* Herm. Parad. 221. f. 221? an S. *maritima rutae caninae folio,* Barr. Obs. 38. ic. 245.?

C. *Prolifera*, foliis magis incisis.

Var. A. in collibus et campis sterilibus totius Regni habitat: *Tavoliere, Gargano, Majella, Cosenza, Bari, Posillipo, Castellammare;* B. in arenosis maritimis: *Fusaro, Licola, Granatello;* C. in Adriatici et Jonii litoribus: *Pescara, Giulia nova, Lecce.* Annua et biennis.

Obs. Flores nunquam lutei ut in S. *grandiflora* Scopolii; annua vel biennis non perennis. Perperam certe cl. Reich. (Hort. bot. Cent 1. p. 38.) hanc plantam pro S. *uniseta* Savii, quam mutato nomine S. *savianam* dixit, in ic. 53 repraesentavit. Haec icon adamussim nostrae S. *ambiguae* respondet, quae a S. *uniseta* magnopere differt in primis corona seminis non expansa, sed margine incrassato inflexo: idcirco cum *Spongostemmis* laudati auctoris militat. De hac planta confer quod scripsi in *Fl. nap.* l. c.

* 12. S. atropurpurea. In Calabria: *Capocolonna.*

* 13. S. holosericea *Bert. Ten. Fl. nap. III. pag. 121.* S. *pyrenaica Fl. nap. Prod.* pag. 69. an *Allionii? S. alpina saxatilis incana Micheli.* Till. Hort. Pis. p. 154.

Pollino, Matese.

* 14. S. argentea *Lin. Willd. R. S. Sibth. Sc. alba* Scopoli. *Sc. pilosa* Guss. *Pl. rar. pag. 64. tab. 12.* an. *Asterocephalus pilosus* Lagasca et Spr? *excl. syn. Tenorii.* S. *maritima* Mayer *pl.* exsic. ex agro Patavino. Moretti Dec. I. n.° 4. Reich. pl.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

crit. cent. 4. pag. 13, an *S. ucranica* Lin. All. Nocca? an *S. eburnea* Sibth?

In montosis Aprutii: *Chiarino, Aquila*; et in collibus maritimis: *Fusaro, Baja.*

Obs. De hac specie confer quod scripsi in *Fl. nap. III. p. 115.*

* 15. S. cretica.

In rupibus Calabriae: *da Capo dell'Armi a Capo di Bova.*

* 16. *S.* graminifolia.

In rupibus Aprutii: *Monte Corno, Intermesole.*

* 17. S. transylvanica.

In Aprutio: *Lavino*; in utroque Principatu et Lucania: *Ginosa.*

* 18. S. joppica.

In Calabriae arvis: *Tiriolo, Taverna nova, Maida, Marcellinara.* (Guss.)

* 19. S. leucantha.

Popoli, Aquila, Matese, Monte di Mezzo, Pollino.

Rubiaceae.

* 1. Sherardia arvensis. In arvis communis.

* 1. Asperula levigata. In sylvis montosis frequens.

* 2. A. taurina. Ibidem.

* 3. A. longiflora *Kit.*

— — B; caule elongato, foliis internodio multo brevioribus. A. *tinctoria* Ten. *Fl. nap. prodr. p. 12. et Fl. nap. I. p. 36,* non Lin.

— — C; caule decumbente abbreviato, foliis internodia subaequantibus. A. *aristata* Ten. *Prodr. pag. 69.* an Lin?

In Stabiarum montibus: *Monte di S. Angiolo;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Valle oscura, Majella.*

* 4. A. flaccida; foliis quaternis glabris molliusculis planis, inferioribus approximatis oblongis intermediis late linearibus subaequalibus, summis inaequalibus, floribus corymbosis axillaribus et terminalibus; corollis glabris tubo filiformi limbo triplo longiore, laciniis (luteis) ellipticis integerrimis rotundatis muticis extus pubescentibus; fructibus tuberculatis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 130. tav. CX.* A. *flaccida* Ten. Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. p. 5. excl. syn. A. *aristatae* et A. *longiflorae.*

In montibus Samnii: *Monte di Mezzo, Matese;* Aprutii: *Valle oscura.* (Guss.)

Obs. Tubo corollae limbo 3-plo non 6-tuplo longiore, ac laciniis rotundatis muticis ab A. *longiflora* dignoscitur.

* 5. A. cynanchica.

— — B. *pyrenaica.* A. *pyrenaica* Ten. *Fl. nap. I. pag. 37.* A. *nitens* Guss. *Pl. rar. pag. 70. tab. 13. f. 2.* An A. *nitida* Sibth?

Ad montium declivia Samnii, Aprutii. *Var. B.* in aridis alpinis: *Majella, Monte Corno.*

* 6. A. neglecta; foliis quaternis hirtis acutis internodio longioribus, floribus terminalibus fasciculatis, seminibus globosis hispidis. Guss. pl. rar. pag. 69. t. XIII. fig. 1.

In pratis alpinis: *Majella, Monte Corno.*

* 7. A. palustris; caulibus decumbentibus, ramis divaricatis; foliis anguste linearibus quinis senis vel quaternis enerviis margine scabris, summis oppositis linearibus, corollis 3-fidis laciniis apice pubescentibus muticis obtusis; fructibus glabris Ten. *Flor. nap. III. pag. 131. tav. CIX.*

In paludibus circa Neapolim: *Sebeto* (rara). Perennis.

Obs. Ab affini A. *tinctoria* differt foliis non ovato-oblongis trinerviis, superioribus angustissimis linearibus enerviis, exsiccatione non nigrescentibus; nec non habitu laxo decumbente non rigido erectiusculo.

* 8. A. arvensis. In arvis communis.

* 9. A. tomentosa; caule diffuso tomentoso basi suffruticoso, foliis quaternis crassiusculis revolutis obtusis tomentoso-incanis, inferioribus ovalibus vel ovali-oblongis, superioribus oblongo-linearibus, floribus fasciculatis corollis luteis extus villosis laciniis aristatis. *Ten. Fl. nap. t. I. p. 34. tav. IX.*

— — B; caule superne glabro, foliis elongatis corollisque glabris. A. *maritima* Ten. in literis. A. *commutata* R. S. S. V. 2. pag. 267.

In rupibus Insulae Caprearum.

Obs. Cultura omnino glabra evadit.

* 10. A. odorata. In sylvis montosis ab Aprutio ad Calabriam.

1. Ernodea montana Smith. Pavetta foetidissima Cyr. Pl. rar. fasc. I. p. 8. tab. I. Ten. Fl. nap. prodr. pag. 12.

In rupibus Calabriae: *Cassano, Amendolara, Trebisacce* (Guss.) *Rotonda.*

* 1. Galium rotundifolium.

— — B. G. ellipticum Presl. G. Barrelieri Salzm. Botan. Zeit. 1821 et Loisl. Fl. Gall. 2. edit. t. II. pag. 114.

In Samnio: *Matese;* Aprutio et Calabria. Var. B. *Aspromonte, Serra di S. Bruno.*

* 2. G. mollugo.

— — B. pubescens.

— — C. elatum.

In sylvaticis humidis. Varr. B. C. in Aprutio: *Majella, Valle di S. Spirito.*

* 3. G. lucidum.

— — A; foliis virescentibus oblongo-linearibus; planta elata panicula diffusa. G. *erectum* Ten. Fl. nap. prodr. XII.

— — B; foliis glaucis; floribus majoribus. G. *cinereum* All. Gaudin l. c. G. *pallidum* Presl. et Guss.

— — C; caule nano; foliis inferioribus spathulatis. G. *aetnicum* Biv. Manip. 4. pag. 21. G. *aetnense* Presl. Fl. sic. Prodr. p. 6. G. *trinacrium* R. et S. Syst. 3. p. 238.

— — D; foliis virescentibus elongatis tenuissimis confertissimis reflexis plerumque octonis. G. *tenuifolium* Vill. R. et S.

— — DD. *Wulfenii;* caule pedali et cubitali, panicula non admodum diffusa, fructu ruguloso. G. *tenuifolium* Wulf. Roem. Archiv. et R. S. pag. 236. (in notis) G. *aristatum* Ten, Fl. nap. prodr. pag. 12.

— — dd. floribus purpureis longius aristatis. G. *Wittmanni* Ten. *Relaz. del viag. in Abruzzo* pag. 48.

Ad sepes collium et montium Var. B. *Gargano, Monte S. Franco.* DD. *Camaldoli, Monte S. Angiolo di Castellammare.* dd. *Monte Finestra, Monte S. Angiolo, Majella a Scrimiacavallo.*

Obs. In nostra planta antherae primum purpureae deinde nigrae nunquam flavae, petala trinervata. In *var. dd.* aristae dimidiam corollae longitudinem aequant.

4. G. aristatum *Lin. et Gaud.* Fl. Helv. I. pag. 422. excl. syn. *Barr.* et *Bocc.* G. *linifolium* Lam.

In montibus aprutii: *Pizzo della giumenta* (*Orsini*).

* 5. G. sylvaticum.

— — B. *Barrelieri*; planta majore; foliis bipollicaribus utrinque attenuatis, margine et dorso scabris; floribus exiguis. *Bar. Ic. 354. f. 583. Bocc.* Mus. p. 2. t. 75.

In sylvaticis montosis. *Var. B.* in nemoribus Montis Virginis in Hirpinis, et in montibus Stabiarum.

Obs. Nostra planta G. *aristato* proximior est, sed petalis muticis in primis diversa. A typo speciei, cujus specimina exsiccata ab Helvetia accepi, differt omnibus partibus, floribus exceptis, duplo triploque majoribus; foliis superioribus quoque octonis; floribus duplo minoribus. *Bar.* et *Bocc.* synonyma ratione loci ad nostram plantam certe spectant.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 6. G. campanulatum Willd. Gl. *glaucum* Jacq. an Linn? G. *montanum* Poll. In Calabriae orientalis collibus: *Cassano.*

* 7. G. verum.

— — B. *hirsutum.*

In herbidis montosis Regni. Var. B. *Gargano, Calabria.*

* 8. G. purpureum: *Matese, Velino, Majella, Monte de' Fiori.*

* 9. G. sylvestre Poll.

— — A. G. *austriacum* Jacq. et Ten. Fl. nap. III. p. 134.

— — B. *Bocconi.* G. *sylvestre Bocconi* Gaud. *Fl. Helv. I. p. 430.* G. *lucidum* D. Ten. *Fl. nap. III. pag. 137.*

— — C. *alpestre.* G. *pusillum* Ten. *Fl. nap. prod. pag. 12.* e *Fl. nap. prodr. suppl. IV. in Fl. nap. III. pag. 5.*

— — D. *supinum.* G. *sylvestre supinum* Gaud. *l. c. p. 431.*

In pascuis montosis editioribus siccis Majellae: *Scrimacavallo, Monte Corno, Matese.*

Obs. Petala trinervata intus glandulis nigris punctata aestivatione evanidis.

* 10. G. baldense: *Majella, Monte Costone, Monte Corno.*

* 11. G. saxatile: *Monte Corno.*

12. G. magellense; foliis octonis lanceolato-linearibus utrinque attenuatis rigidis internodiis brevioribus glabris integerrimis nitidis cuspidatis; floribus axillaribus terminalibusve geminis vel ternis, corollis albis muticis, fructibus glabris, caulibus setaceis flaccidis caespitosis. *Ten. Relazione del viaggio in Abruzzo* pag. 48.

In monte Magella: *a Scrimacavallo.* Perenne.

Obs. A G. *saxatile* differt habitu graciliori flaccido prostrato, foliis angustioribus acutis inermibus exsiccatione non nigrescentibus; A G. *baldense* differt foliis duplo angustioribus, internodiis brevioribus, caulibus flaccidis setaceis, planta exsiccatione non nigrescente.

13. G. megalospermum: *Velino.*

* 14. G. palustre.

— — B. *elatius.* G. *palustre elongatum* B. Guss. *pl. exsicc. ex Calabria.*

Ad rivulorum ripas: *Persano, Pesco Costanzo.* Var. B. *Bagnuoli, Fusaro, Pascone, Mazzoni di Capua, Calabria.*

15. G. elongatum Presl. Del. Prag. 119. G. *palustre* Bert. *amoenit. p. 13. et Guss. Fl. sic. Prodr. I. p. 171.*

In paludibus ad rivulos circa Neapolim: *Sebeto.*

Obs. Ob folia linearia minime obovata, caulemque levissimum quam maxime elongatum ramosissimum, cum praecedente haud confundendum esse censeo.

16. G. microspermum Vahl. G. *agreste* var. A, *fructu glochidiato* Roechel *Plant. Bannat. Capri, Astroni.*

Obs. Planta e basi ramosissima, exsiccatione non nigrescens, flores purpurei, fructus undique hispidi.

17. G. parisiense Lin. et Loisl. G. *litigiosum* DC. *Avezzano.*

Obs. Caule stricto elato, planta exsiccatione non nigrescente, fructibus setis deciduis vel omnino glabris a sequenti discernitur.

* 18. G. anglicum Will. Enum. G. *microcarpum* Ten. App. ad Cat. sem. H. R. N. 1817. an Vahl?

Monte nuovo prope Puteolos.

Obs. Caulis simplex rigidus strictus; planta exsiccatione evadens nigerrima; fluctus glaberrimi; flores purpurei.

* 19. G. divaricatum. In collibus siccis Lucaniae.

Obs. Caulis simplex, rami gracillimi divaricati; planta exsiccatione nigrescens, fructus glabri.

* 20. G. Aparine *Lin.*

In arvis commune.

* 21. G. murale Allioni. G. *minimum* R. S. *Sherardia muralis* Lin.

Lucania: *Bivongi, Sessa in Cilento.*

* 22. G. verticillatum. G. *murale* Spr. excl. synon. *Campotenese, dirupata di Morano.*

* 23. G. tricorne: *Valantia Aparine* Pers. non Linn., non Willd.

In agris Samnii et Lucaniae.

* 24. G. saccharatum All. G. *verrucosum* Smith. *Valantia Aparine* Lin.

In agris Samnii, Apuliae, Peucetiae, Lucaniae, Calabriae.

* 25. G. cruciatum *Smith. Valantia cruciata* Linn.

Ad agrorum margines commune.

* 26. G. pedemontanum *All. Stilo, Sila.*

* 27. G. vernum *Hall. Valantia glabra* Vill. et Kit. non Linn.

In nemoribus montosis Campaniae, Samnii, Aprutii.

* 1. Valantia hispida. L. V. *aculeata* Ten. *Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. t. III. p. 5.*

Fondi, Portella, Peschici al Gargano.

* 2. V. filiformis. *Pizzo, Martina.*

* 3. V. muralis. *Baja, Miseno, Pesto.*

1. Rubia splendens. In sepibus frequens.

2. R. peregrina. R. *tinctorum* Ten. *Fl. Nap. t. I. pag. 40*, quo ad loca natalia. Cum praecedente.

3. R. tinctorum. In Aprutii sepibus: *Camarda, Fano di Corno.*

4. R. angustifolia.

In insula Caprearum: *Anacapri a Monte Solaro presso il diruto castello.*

* 5. R. Bocconi *Petagna.* In rupibus maritimis: *Baja, Miseno, Capri, Fondi, Ginosa, Martina.*

* 1. Crucianella maritima: *Fusaro, Pesto, S. Eufemia.*

* 2. C. angustifolia.

— — B. *mucronata.* Apulia: *Lecce, Lucania.*

* 3. C. latifolia.

In collibus aridis Calabriae: *Reggio, Corigliano;* Lucaniae: *Castellabate, Perdifumo;* Aprutii: *Fucino.*

* 4. C. monspeliaca. Calabria.

Gentianeae.

* 1. Exacum filiforme: *Piana di Casalicchio nel Cilento.* (Giord.)

Plantagineae.

* 1. Plantago major.

— — B. *Palustris*; foliis basi sinuatis.

— — C. *Minima.*

In cultis pinguibus. Var. B. in turfosis ad Montis Cornu radices; *Selve di S. Nicola.*

* 2. P. media. In Aprutii montibus.

* 3. P. brutia; foliis ovatis septemnerviis remote profundeque dentatis, scapo angulato, spica ovato-oblonga compacta glabra, bracteis ovatis acutis calycibusque glabris, filamentis albicantibus. Ten. *Fl. nap. tom. III. pag. 147. tav. CXIII.*

In pascuis montosis Calabriae. Abunde in monte *Pollino.*

Obs. Filamentis minime purpureis, duplo brevioribus, scapo tereti, spica basi ovata non attenuata interrupta a praecedenti dignoscitur.

* 4. P. lanceolata.

— — B; foliis 5-7-nerviis lanceolatis scapisque erectis pilosiusculis, spicis ovatis bracteis ferrugineis, Pl. *lanceolata alpina.* R. S. *Syst. Veget. 3. p. 116.* P. lanceolata var. montana Ten. *Relaz. del Viag. di Abruz. pag. 47.* (exclus. synonymis). *Fl. nap. t. III. pag. 148.* Pl. *lanceolata rufa.* Ten. *Prodr. pag. 12.* P. *atrata* Ten. *Fl. nap. prodr. App. IV. non Hoppe.*

— — C; foliis lanceolatis subdenticulatis 5-nerviis scapoque angulato pubescenti, spica ovato-cylindrica nuda. P. *lanceolata* C. Fl. Nap. l. c. P. *hungarica.* Waldst. et Kit. Pl. hung. tab. 205. Pl. *ambigua* A. Guss. Prod. Fl. sic. 1. p. 185.

— — D; spica ramosa.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Ad agrorum margines et in pascuis siccis. Var. B. in montibus editioribus: *Majella*, *Matese*; C. *Capri*; D. *Majella* a *Tittone*.

5. P. victorialis. *Gerard*, DC. *et Ten. Fl. nap. III. pag. 150.* P. *argentea*. Will. non Lam. P. *capitata*. Ten. *Fl. Nap. prodr. pag. 59.* Presl. Fl. sic. prod. pag. 64. P. *Preslii*. Ten. *Fl. nap. Prod. suppl. V.* p. 7. P. *ambigua*. C. *sericea*. Guss. *Prod. Fl. sic.* l. c. (fide speciminis).

In collibus et montium declivis siccis: *Capri al Monte Solaro*, *Monte de' Fiori*, *Monte di Pizzoli*, *Monte Corno*.

Obs. Foliis angustissimis basi in longum petiolum attenuatis, scapis basi et radicis collo densa lana obductis, nec non spica globosa a P. *lanceolata alpina minor* abhorret. A P. *sericea* vero bracteis calycibus longioribus, foliis pilis rigidis patentibus hirtis basique dense lanatis distat.

* 6. P. criostachya; foliis lanceolato-ovatis vel lanceolato-oblongis subdenticulatis 5-nerviis basi lanatis, scapis angulatis, spica ovato-oblonga lanata, bracteis ovatis acutis undique lanuginosis calyce brevioribus. Annua. *Ten. Fl. nap. III. p. 149. tav. CXII. fig. 2.*

— — B; planta subcaulescens; foliis lato-lanceolatis basi parce lanatis spica cylindrica. P. pseudo-lusitanica. R. S. Syst. veg. 5. p. 121? P. *lusitanica* Ten. *Fl. nap. prodr. l. c. et Fl. nap. t. III. pag. 149. in notis.* (Planta prope Parisios lecta).

— — C; *crinita*; pistillis persistentibus praelongis.

In collibus aridis arenosis, maritimis, et supra muros obvia. Var. B. in Apulia: *Tavoliere*, in *Calabria*, *Reggio*. C. *Capri*.

Obs. A *Pl. Lagopo* differt scapo a basi ad apicem angulato, bracteis argenteis in spiculam omnino occultatis, non nigricantibus glabriusculis lanceolatis exsertis.

* 7. P. Lagopus.

— — A. *Major nigricans;* scapo tereti, bracteis maximis glabriusculis fuscis, foliis argute denticulatis. P. Lagopus vera Lin. et Sibth. Fl. Gr. t. 144. Perennis.

— — B. *Minor*; scapo basi angulato, foliis subintegerrimis, bracteis albicantibus.

Var. A. In pascuis Lucaniae et Apuliae. B. In arvis incultis. In Italia superiori var. B. in arvis quoque legi. *In via Mutinam inter, et Bononiam.*

* 8. P. Bellardi.

— — B. *hirta.*

In collibus siccis. *Var. B. Al Monte Nuovo*, prope Puteolos.

* 9. P. albicans.

— — A; foliis argenteis lanceolato-linearibus spicaque abbreviatis.

— — B. *Sarmentosa.* Foliis sericeis linearibus praelongis, scapo demum spiraliter contorto. P. *maritima incana lavandulae-folio calabrensis, radice sarmentosa. Bocc.* (ex loco). An. P. *velutina* Poiret?

— — C; spicis apice lanato-proliferis.

In collibus maritimis: *Lecce*, *Policoro*, *Reggio*. B. in saxosis *Reggio*. C. *Lecce*.

* 10. P. sericea Kit. et Ten. Fl. nap. III. pag. 151. tav. CXII. fig. 1. (perperam in icone P. *capitatae* nomen inscriptum est) P. *argentea* Lam., DC., Duby, et Ten. Prodr. P. *ambigua* C. Guss. Prodr. (fide speciminis).

In Calabria: *Pollino;* Aprutio: *Monte di Rotella*, *Monte dei Fiori*, *Monte Bacucco*, *Pizzo di Sivo*, *Velino*.

Obs. A praecedenti foliis argenteis, pilis sericeis adpressis, radicis collo omnino glabro in primis differt.

Nomen cl. *Lamarckii* etsi minus antiquum, nomini *Kitaibellii* ad confusionem evitandam praeferendum videtur.

* 11. P. recurvata. Ten. Fl. nap. tom. III. p. 154. P. *graminea et* P. *serpentina* Guss. *Pl. exsicc. ex Calabria.*

— — B. spicis proliferis. P. *serpentina* Ten. Relaz. del viaggio di Abruzzo pag. 48.

In montibus Aprutii: *Pizzoli*, *M. de' Fiori;* Calabriae: *Aspromonte*, *Sila*, *Corigliano;* Apuliae: *Gargano* (*M. Sagro*, *e Montecalvo*) Japygiae: *Ginosa.*

Obs. A P. *serpentina* discedit in primis bracteis ovatis flores aequantibus non lanceolato-linearibus flores excedentibus, nec non foliis angustissimis integerrimis sub lente ciliatis, planta exsiccatione nigrescente aliisque notis.

An nostra planta ad P. *recurvatam* Lin. rite spectet, dubius haereo: est enim sequentibus notis ab illa diversa.

In P. *recurvata* scapi dicuntur filiformes foliis brevioribus, dum in nostra sunt crassiusculi et foliorum longitudinem multoties excedunt. P. *recurvata* annua et acaulis repraesentatur, dum nostra in densum cespitem ut in P. *subulata* basi lignescente perennat, folia denique subtus pubescentia dicuntur, quae in nostra planta utrinque glaberrima observantur. Idcirco si in posterum botanicorum consiliis invitatus in novam speciem illam excipere potuerim, P. *angustifoliam* appellandam censerem.

* 12. P. subulata. L. P. *triquetra.* Pers. et Ten. *Fl. nap. prodr. app. IV.*

In collibus aridis Calabriae: *Cariati;* Japygiae: *Brindisi*, *Otranto;* Peucetiae: *Monopoli;* Aprutii: *Aquila*, *Costone*, *Majella*, *Revisondoli.*

13. P. montana Lam. Spr.

— — B.; foliis dentatis.

In pascuis subalpinis Aprutii: *Velino*, *Majelletta*, *M. Corno*, *Pizzo di Sivo.*

* 14. P. maritima.

— — B. *Macrorrhiza.*

— — C. *Montana;* foliis membranaceis integerrimis. P. *alpina* Ten. *Relaz. del Viag. di Abr.* (ratione loci). An cum P. *serpentina* quandoque confusa?

In salsis inundatis Apuliae; *Pantano Salso*, *Pantanello di Viesti;* Calabriae, Campaniae: *Fondi.* Var. B. in pascuis montanis. *Velino.*

Obs. In B. folia carnosa semiteretia subdentata: in C. folia membranacea; in utraque folia linearia elongata scapum plerumque attingentia et spica laxa, unde a P. *alpina* secernunt.

* 15. P. alpina.

— — B. *Minima.*

Monte di Accumoli. Var. B. *Monte Corno* (Orsini).

Obs. Folia membranacea lanceolato-linearia vel utrinque attenuata integerrima, utrinque glaberrima margine ciliis perpaucis vel nullis, basi subvillosis; spica brevi densa, bracteis ovatis glabris.

* 16. P. serraria.

— — B. *Hybrida*; foliis praelongis a medio ad apicem incisis serratis hirtis collo radicis dense lanatis, scapo patente-piloso spicis crassis densis 2-4-pollicaribus. An species propria? *Ten. Fl. Nap. tom. III. pag. 156.*

In pascuis communis: *Eboli*, *Pesto*, *Bovino*, *Tavoliere.* Var. B. *Gargano*, et in Aprutio.

* 17. P. macrorrhiza. An *Coronopus Prochytae* Col. *Ecphr. t. p. 258.*

— — B. foliis linear-spathulatis inciso-dentatis pinnatifidis; bracteis squarrosis. P. *neglecta* Guss. Fl. sic. prodr. 1. pag. 191. an. P. *ceratophylla.* Link?

— — C. *Hirta.*

In rupibus maritimis. *Capri*, *Miseno*, *Fusaro.* B. *Baja*, *Monte Nuovo.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 18. P. Coronopus.

— — A. *Depressa* Ten. Fl. nap. III. p. 158.

— — Aa. Depressa G. Fl. Nap. III. pag. 158.

— — B. *Elata* P. Cupani Guss. Prodr. 1. p. 190.

— — C. *Columnae* Col. Ecphr. 153. Ten. Fl. nap. III. p. 158. non P. *Columnae* Gouan.

— — D. *Jacquini* P. *Jacquini* Willd. et Ten. Fl. part. I. p. 100. P. *Columnae.* Gouan. III. p. 6.

In arenosis maritimis Aa. *Reggio.* B. in pascuis montosis; perennans. C. *Ischia.* D. *Pusaro.*

* 19. P. amplexicaulis. In arenosis maritimis Calabriae: *Melito, Spartivento* (Guss.).

* 20. P. arenaria Kit.

— — B. *Garganica*; elata glabriuscula, internodiis viscosis.

In litoribus Calabriae, Adriatici. B. *Gargano.*

Obs. P. *garganica*; herbacea, caulibus erectis ramosis, foliis linearibus integerrimis basi ciliatis erectis hispidulis, capitulis ovatis foliatis, bracteis ovato-lanceolatis glabris passim capitulis longioribus, foliolis calycinis obtusis.

Caules 2-3-pedales basi fusci, viscoso-hispidi, internodia remotissima, folia opposita linearia, in ramis junioribus fascicula foliorum minorum amplexantia hispidula basi ciliata, margine subrevoluto, capitula ovata opposita, pedunculi foliis duplo longiores hispidiusculi; involucra 3-6-phylla, foliolis basi dilatatis passim capitulis longioribus, foliola calycina concava obtusa, apice fasciculo pilorum instructa, semina nitida oblonga niga.

A P. *squarrosa* discrepat caulibus erectis non decumbentibus, bracteis sub singulo flore nullis, planta non tomentoso-incana, caule basi viscoso; a P. *arenaria* recedit partibus non omnibus piloso-canis absque visciditate, sed hispidis et caule basi viscoso, pedunculis floribus duplo longioribus, seminibus oblongis nec ovatis, foliolis involucri capitula subaequantibus basi cordatis in folium lineare elongatis nec ovatis: An. sp. distincta? Ind. sem. H. R. N. pro anno 1829 in notis pag. 17.

* 21. P. Cynops.

— — B. *Genevensis.*

In pascuis siccis: *Avezzano*; Lucaniae: *Sessa*; Var. B. *Majella, Monte di Roseto.*

* 22. P. Psyllium.

In sabulosis: *Granatello presso Portici: Pontirossi.*

Caprifoliaceae.

* 1. Cornus sanguinea. In nemoribus communis.

* 2. C. mascula. Ibidem et in sepibus.

Chenopodieae.

* 1. Camphorosma monspeliaca. In collibus maritimis: *Bari, Lecce, Basilicata.*

Rosaceae.

* 1. Alchemilla Aphanes.

In arvis siccis: *Bagnuoli.*

— — B. *incana.*

In agris et inter segetes Aprutii: *Assergio.*

* 2. A. alpina.

In pascuis subalpinis: *Matese*, et in Aprutio.

* 3. A. hybrida. Ibidem.

* 4. A. vulgaris.

— — B. *fissa.* A. *palmatifida* Tausch. ex Spr. Mant. 3. p. 312. A. *fissa* Gunth. et Schum. ex Reich. Icon. t. I. t. IV. fig. 10.

In pascuis montosis: *M. della Stella.* B. *Majella.*

Polygamae.

Urticaceae.

1. Parietaria officinalis.

— — B. *Longifolia.*

In arvis et ad muros communis. Var. B. in nemoribus Magellae *Valle di S. Spirito.*

Obs. Flores masculi corollis rotatis laciniis patulis; flos foemineus pyramidatus.

2. P. judaica. Cum praecedente.

Obs. Flores masculi tubulosi laciniis conniventibus; flos foemineus ovatus. Folia et caules in utraque admodum variant. Conf. Lam. Ill. tom. 853. fig 1-2.

3. P. filiformis; cauliculis flexuosis procumbentibus; foliis ovatis utrinque attenuatis pellucido-punctatis petiolos subaequantibus, glomerulis trifloris, duobus lateralibus hermaphroditis intermedio masculo, involucro primario diphyllo, partiali tetraphyllo, calycibus quadrifidis *Ten.*

In insulae Caprearum muris humidis umbrosis: *Salita di Capri.* Floret Majo et Junio. Perennis.

A. P. *judaica* differt foliis utrinque acuminatis longe petiolatis, caulibus laxe procurrentibus (10-15 poll.) fere capillaribus, caespitem non efformantibus, corollisque neutiquam tubulosis; a P. *lusitanica* differt inprimis radice perenni. P. *cochinchinensis* nomine in hortis culta occurrit, sed a P. *cochinchinensi* haec differt inprimis characteribus generis, quibus ad *Boehmeriam* a neotericis relata fuit; deinde differentia foliorum, quae in nostra planta alterna et non opposita observantur.

1. Sanguisorba officinalis. *Majella, Pollino, Sila.*

Onagrariae.

* 1. Isnardia palustris. In Calabriae paludibus, *Fondaco del Fico, Cinquefrondi* (Thomas).

† 1. Trapa natans.

In stagnis maritimis: *stagni del littorale all'Est di Gallipoli, al Ponte di Samari presso Torre S. Giovanni.* (Marinosci. *Viaggio in Gallipoli, nella Raccolta de' Viaggi Fisico-botanici effettuati da' collaboratori della Flora Napolitana*; tom. II. pag. 180. (anno 1812) e Giornale Enciclopedico anno. 6. tom. IV. pag. 105.).

Digynia.

Papaveraceae.

* 1. Hypecoum procumbens.

— — A. *Major*; caulibus erectis subpedalibus, foliis glaucis laciniis obtusiusculis, petalis pallide luteis, siliquis demum erectiusculis. *Ten.* Fl. nap. III. p. 164. H. *procumbens* DC. Lam. Lob. Dod. Clus.

— — B; planta semipedalis, foliorum laciniis angustioribus laete viridibus. H. *procumbens* Sibth. et Guss? H. *erectum* Ten. Fl. nap. prod. pag. 14. non *Lin.* H. *procumbens* C. Ten. *Fl. nap. III. pag. 165.*

— — C; planta spithamaea, foliis latioribus glaucis petalis ovato-oblongis trilobis. H. *procumbens* D. Ten. *Fl. nap. tom. III. pag. 165.* H. *pendulum* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 14.* non *Lin.*

In arenosis maritimis. A. *Lecce.* C. *Ginosa.*

2. H. glaucescens; siliquis arcuatis compressis articulatis, petalis exterioribus dorso glabris oblongis angustis obsolete trilobis, interioribus tripartitis, lacinia centrali planiuscula subciliata foliorum laciniis obovato-cuneiformibus obtusis mucronatis. *Guss. Pl. rar.* pag. 79. tab. 15.

In arenosis maritimis Calabriae, Lucaniae, Japygiae: *Reggio.*

Tetragynia.

Celastrineae.

* 1. Ilex aquifolium.

— — B. *heterophylla*; foliis dentatis spinosis integrisque.

In nemoribus.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Caryophylleae.

* 1. Sagina apetala.

In ruderatis et in arvis siccis.

* 2. S. procumbens.

In pascuis montosis.

* 1. Moenchia quaternella Ehrh. et Spr. (*Sagina erecta* L.).

In pratis Japygiae: *Ginosa*, *Martina*; et in Lucania: *Potenza*, *Monte della Stella*.

Crassulaceae.

* 1. Buillarda Vaillantii DC. *Tillaea Vaillantii* Linn.

In inundatis Lucaniae: *Lagonegro*, *Lauria*, *Montallo*; et in Calabria: *Cotrone etc.*

Potameae.

1. Ruppia maritima. Lin. *Buccaferrea cyrrhosa* Petag. *Inst. Bot. tom. 3. pag. 1826.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 45.* *Lago di Licola.*

* 1. Potamogeton natans.

In aquis lente fluentibus. *Vetojo presso Aquila*, *Fondi* et alibi.

* 2. P. fluitans. Cum praecedenti.

* 3. P. hybridus; foliis inferioribus immersis planis oblongis vel linearibus, superioribus natantibus oblongo-ovatis breviter petiolatis, spicis cylindraceis, pedunculis folio brevioribus. *Petagna* Inst. bot. t. II. pag. 289. Ten. *Fl. nap. prodr. p. 13.* non Thuill. P. *heterophyllus*. Ten. *Fl. nap. t. III. pag. 166.* excl. syn. excepto illo ejusdem *Pet.* et deleta observatione. J. B. hist. 2. pag 481. quoad iconem, cui apposita est evidenti errore descriptio *Graminis majoris aquatici*. Lob. Ic. 4.

In lacu *di S. Egidio* prope *S. Giovanni Rotondo* in monte *Gargano.*

Obs. Foliis natantibus basi rotundatis vel subcordatis non productis, immersisque oblongo-linearibus planis non undulatis a P. *heterophyllo* differt. A P. *plantagineo*, cui magis affinis est, discedit in primis pedunculis foliis brevioribus omnibusque partibus duplo minoribus. Icon *Bauh.* loco citato nostram plantam perbelle repraesentat.

* 4. P. perfoliatus. *Fucino.*

* 5. P. compressus. *Fondi.*

* 6. P. crispus. *Sebeto*, *Regii Lagni.*

* 7. P. serratus R. S. *Ibidem.*

* 8. P. densus. *Fondi*, *Regii Lagni.*

* 9. P. pusillus. *Sebeto*, *Laghi di Astroni.*

* 10. P. pectinatus. In lacubus salsis: *Fusaro*, *Fondi*, *Lesina.*

Classis Pentandria.

Monogynia.

Borragineae.

* 1. Heliotropium europaeum. In arvis arenosis et ruderatis.

* 1. Myosotis sylvatica.

— — B. *humilis*. *Velino*, *Monte S. Angiolo di Castellammare*, *Serra di Calabria*, *Gargano.*

In pascuis alpinis. *Velino*, *Scrimacavallo di Majella.*

2. M. rupicola. Smith.

In saxosis alpinis editioribus: *M. Amaro*, *M. Corno.*

* 3. M. palustris With. et Spr. *M. scorpioides* D. Linn. *M. scorpoides* Will. et R. S.

Ad rivulos Aprutii et Samnii: *Monte di Mezzo*, *Pesco Costanzo.*

* 4. M. caespitosa. Ad rivulos montium Lucaniae: *Potenza*; Calabriae: *Sila.*

* 5. M. arvensis.

— — B. *ramosissima.*

In arvis et campis sterilibus.

6. M. intermedia. *Link.* In arvis Aprutii.

7. M. collina *Ehrh.* In montosis siccis frequens. *Matese.*

* 1. Rochelia Lappula. In arvis et campis sterilibus Aprutii: *M. di Pizzoli*; in Daunia: *Tavoliere.*

* 1. Lithospermum arvense.

— — B. pedunculis incrassatis. *L. incrassatum.* Guss.

— — C. *pusillum*; flore caeruleo. An. species propria? An. *L. minimum.* Moris Elench. plant. Sard. fasc. 2. p. 7?

In collibus apricis: *S. Maria del pianto* prope Neapolim: in *Gargano.* B. in montosis Aprutii: *Salviano*, *Velino*; Calabriae: *Aspromonte*, *Sila*; C. in Calabria: *Mormanno.*

* 2. L. apulum. Apulia: *Lecce*, Lucania.

* 3. L. tinctorium.

— — B. *incanum.* An *Anchusa tinctoria* L?

In Apuliae arvis et sabulosis maritimis: *Manfredonia*, *S. Angelo*, *Viesti*, *Barletta*, *Saline*, *Lecce*; in Calabria: *Morano* etc.

* 4. L. officinale. *Ischia*, *Capri*, *Fusaro*, *Sessa del Cilento.*

* 5. L. purpurco-coeruleum.

In nemoribus et sepibus: *Valle di S. Rocco*, *Camaldoli.* etc.

* 6. L. calabrum; caulibus basi lignescentibus stoloniferis floriferisque erectiusculis hirtis, foliis ovali-oblongis utrinque obtusis strigosis, racemis laxis subsimplicibus pauciflоris, floribus sessilibus, corollis exiguis calyce brevioribus, seminibus levibus. *Ten. Fl. nap. tom. III. pag. 177.* Ad rupes Calabriae: *Corigliano.* *Perenne.*

* 7. L. rosmarinifolium; fruticosum erectum, foliis linear-lanceolatis margine revolutis supra glabriusculis, corollis calyce triplo longioribus, seminibus levibus nitidis. *Ten. Fl. nap. III.* p. 178. tav. CXIV. *Fl. nap. prod. suppl. II. pag. 65. Synops. pag. 33. L. fruticosum*; Pet. Inst. Bot. t. II. p. 310. non Linn. *L. graminifolium* B. Schult. *Syst. veg. tom. IV. pag. 47.*

In rupibus calcareis Insulae Caprearum (*alla salita di Anacapri*); *Amalfi*, *Vietri*, *Salerno.*

Obs. Pulcherrimus hic frutex a L. *fruticoso Lin.* abunde differt foliis oblongo-lincaribus superficie superiori glabra lucida, folia *Rosmarini* omnino aemulantibus, non angustissimis supra strigoso-hispidis.

A L. *graminifolio Viv.* (*Pulmonaria suffruticosa.* L.) differt inprimis, caule fruticoso in lignosum arborescentem caespitem excrescente; foliis triplo brevioribus, latioribus, glabris. Huc sane referendum *cl. Bocconi* synon. *Lithospermum umbellatum latifolium* Plant. sic. pag. 75. tab. 74. Ipse cl. auctor, quum plantam hanc ad montem *Peregrinum* prope *Panormum* nascentem, a L. *angustifolio umbellato Gasp. Bauh.* (Pulmonaria suffruticosa L.) distinguere conatus fuisset, hujus iconem, eodem loco (pag. 76. tab. 40. fig. 4. et tab. 41) prope nostrae plantae iconem, depingi curavit.

Non nisi typographica menda, cl. Schultes, *Lith. rosmarinifol. Ten.* eodem tempore duobus Lith. speciebus, proximis quidem at diversis, nempe *fruticoso* et *rosmarinifolio* potuit inscribere. Conf. *Ten. Flora medica univ. e partic. di Nap.* (1814) tomo I. pag. 3, *Guss.* Fl. sic. Prodr. 1. p. 109.

* 1. Anchusa Barrelieri Lehm. et R. S. *Monte Vergine*, *Cerealto*, *Majella*, *M. S. Franco*, *M. de' Fiori.*

Obs. Calyces obtusissimos petit cl. *Lehman*, at in nostra potius acuti sicut in icone *Barr.* 333. observantur.

* 2. A. angustifolia Lehm. et R. S. *Matese.*

Obs. In nostra planta calyces profundius incisi et acutiores sunt quam in Ic. Zann. Ist. tab. 20; caeterum cum Ic. Lob. 576. fig. 2. et Lehman. descriptioni haec species satis convenit.

* 3. A. undulata.

— — B. foliis angustissimis.

In arvis Campaniae ad *S. Agatham*, *Capuam*; In Apulia: *Tavoliere*; in Calabria: *Sila*, *Corigliano*, *Rossano.* B. *Catanzaro*, *Cirò.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 4. A. hybrida; foliis oblongo-lanceolatis, sinuato-dentatis subundulatis villoso-hispidis, bracteis ovato-cordatis lanceolatisque; calycibus 5-dentatis semi-5-lobis fructiferis inflatis pendulis, stylo post anthesim vix exserto. *Ten. Fl. Nap. I. p. 45 tav. XI. Buglosum sylvestre* Barr. ic. 326.

— — B; foliis subintegerrimis villosiusculis.

— — C; flore albo.

In arvis et ad agrorum margines communis. Var. C. in Puteolorum agris incultis occurrit.

Obs. Ab A. *officinali* differt in primis calycibus non profunde 5-fidis laciniis angustioribus post anthesim conniventibus non divergentibus. Ab A. *undulata* stylo fere incluso nec perbelle exserto discedit. Hac nota A. *crispa* Viv. quoque ab A. *undulata* B, cui maxime affinis difficillime dignosci potest, sicut e speciminibus authenticis edoctus fui. Itidem planta Corsica est vix palmaris, foliisque lincaribus sinuato-dentatis, dentibus calycibusque obtusis gaudet.

* 5. A. italica Retz. Obs. 1. p. 12. Foliis lato-lanceolatis superioribus basi cordatis, caule 2-4-pedali ramosissimo. *Cirsium italicum* Fuchs. *ic. 143. Buglossum angustifolium majus.* Moris. *hist. 3, p. 438. S. XI. tab. 26. fig. 1.* dextra. *A. officinalis* Savi *Pis. 1. p. 204.*

— — B. *Humilis;* foliis angusto-lanceolatis superioribus utrinque attenuatis, caule pedali et infra, parce ramoso. *A. paniculata* Sibth. et Lam. ill. t. 92. An species propria?

Ad agrorum margines *Eboli, Pesto.* Var. B. in campis argillosis cultis insularum Inarimes et Caprearum.

6. A. officinalis.

— — B. *Anchusa angustifolia.* Pollich. Gmelin et aliorum, non Lin.

Ad agrorum margines et secus vias.

Obs. Majori hispiditate, nec non calycibus profunde 5-fidis minime inflatis laciniis demum reflexis ab A. *hybrida* dignoscitur.

* 1. Cynoglosum officinale.

— — A. *Canescens; tomentosum. C. officinale* A. Willd. p. 760.

— — B. *Villosum; pallide virens.* Col. Ecphr. 176. t. 175. C. *montanum* Ten. *non* Lam.

— — C. *Minor.* an C. *nebrodense* Guss?

In montosis apricis Aprutii. B. *Monte della Stella.* C. *Salviano; Aspromonte* (Gus).

Obs. De hac specie confer quod scripsi in Fl. Nap. III. pag. 181.

* 2. C. pictum.

— — B; floribus albis.

In pascuis et ad viarum margines obvium.

* 3. C. clandestinum. In Calabria.

* 4. C. Columnae; virescens, molliter villosum; foliis radicalibus et inferioribus petiolatis elliptico-lanceolatis, superioribus sessilibus basi dilatatis cordato-amplexicaulibus; racemis ebracteatis laxis, corollis planiusculis calyces subaequantibus, laciniis calycinis ovali-oblongis, vel lanceolato-linearibus; staminibus inclusis; nucibus pelviformibus in medio muricatis, margine inciso-radiatis. *Ten. Fl. nap. III. p. 183. tav. CXVI.* et *Fl. part. di Nap. I. p. 117.* Col. *Ecphr. t. 178.*

In montosis Stabiarum: *Monte S. Angelo;* et Aprutii: *Majella, Morrone.* (*Anversa*, in Aprutio ulteriori, *Col.*).

* 5 C. apenninum. In pratis montosis Samnii: *Matese, Piano di cinque miglia, Revisondoli;* Aprutii: *Majella, Monte Corno;* Calabriae: *Pollino.*

* 6. C. magellense; caule ascendente villoso; foliis lineari-lanceolatis, radicalibus tomentoso-incanis, caulinis villoso-lanatis, racemis bracteatis compactis; corollis calycem subaequantibus lobis conniventibus rotundatis apice lanatis laciniis calycinis lineari-oblongis, staminibus inclusis, nucibus centro levi vel linea longitudinali tantum muricato, margine inciso-radiatis muricatis. *Ten. Fl. nap. III. p. 183. tav. CXVI.* Col. *Ecphr. I. t. 174.*

Ad rupes et in pascuis montosis Aprutii: *Velino, Majella, Monte S. Franco, Li Renani, Forca di Vado, Lama bianca, Chiarino.*

* 7. C. cheirifolium. C. *argenteum* Lam. an *Anchusa lanata* Lin? *Cynoglossa media argentea apula campestris;* Col. *Ecphr.* 1. t. CLXXI.

Ad rupes calcareas meridiem spectantes Samnii, Aprutii, Hirpinorum, Lucaniae, Apuliae et Calabriae.

* 1. Pulmonaria officinalis.

In montibus Apuliae: *Gargano a Cagnano*, et in *Valle di Alberona* prope *Biccari;* Aprutii: *Morrone.*

* 2. P. mollis. P. *officinalis* B. *foliis immaculatis Ten. Fl. nap.*

In montibus Aprutii et Samnii.

* 3. P. angustifolia. In montibus regionis australis et meridionalis obvia.

* 1. Symphytum officinale.

— — B. floribus rubris.

In paludosis et ad rivulorum ripas: *Gargano al Monte Sagro.* Var. B. *Bagnuoli, Sarno, Sele* et alibi.

* 2. S. tuberosum: *Sessa nel Cilento.*

* 3. S. bulbosum Schimp. et Reich. S. *tuberosum* Ten. In sylvis circa Neapolim.

Obs. Habitu graciliori, radicis collo in tuberum non excrescente, foliis majoribus ovatis, corollis multo minoribus fornicibusque longe exsertis a priori differt. *Confer Fl. nap. III. p. 187.*

* 1. Cerinthe aspera.

— — B. *unicolor;* staminibus inclusis.

Ad sepes et in campis utraque varietas occurrit.

* 2. C. maculata. C. *minor Ten. Fl. nap. III. p. 187.* excl. synon.

In pascuis montosis.

3. C. auriculata; foliis maculatis, radicalibus spathulatis in petiolum brevissime productis, caulinis oblongo-spathulatis basi constrictis auriculis ampliatis rotundatis caulem amplexantibus, laciniis calycinis subaequalibus, corollis purpureis fundo luteo 5-fidis acutis conniventibus. C. *maculata Ten. Fl. Nap. III.* pag. 188. excl. syn., et *Viag. in Basilicata e Calabria* pag. 117.

Caules simplices superne dichotomo-racemiferi, undique glaberrimi. Folia radicalia et caulina bipollicaria laete viridia glaberrima nec nisi senescentia maculata et margine scabra. Flores omnino similes illis C. *glabrae*, sed duplo minores, laciniisque acutis erectis, calycis laciniis subaequalibus. Corolla fundo flavo, medio laciniisque purpureis. Antherae luteae corollam subaequantes. Nuces majusculae ovatae nitidae, purpureo griseoque variae.

Haec planta habet folia C. *asperae* absque asperitate, et flores C. *maculatae* absque laciniis luteis divergentibus.

In pascuis montosis Lucaniae: *Monte di Ruggia presso Rotonda, piano di Pollino.*

† C. minor. *Nelle praterie della pianura di Lacina a Bagnuoli.* Guss. e Casale; *Viaggio nel Distretto di Avellino* (*Raccolta di viaggi fisico-botanici* tom. I. p. 148. 1812).

* 1. Onosma montanum, O. *echioides* Petag. Inst. 2. p. 320. (ratione loci). In asperis montosis Hirpinorum: *Monteforte;* Picentinorum: *Montefinestra, Monti di Salerno, di Caea;* Lucaniae: *Potenza, Novi;* et in montibus Aprutii.

2. O. stellatum.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B. foliis revolutis candicantibus. O. *montanum* B. Ten. Fl. nap. III. p. 188. O. *stellulatum* Ten. Fl. nap. prod. app. IV. in Fl. nap. III. p. 5. *Gargano.*

Obs. Foliis duplo triploque longioribus angustissimis margine revolutis, a praecedenti differt.

* 1. Asperugo procumbens.

In herbidis montosis regionum mediae et septentrionalis Dauniae: *Tavoliere, Gargano,* (*Cerignola, Colonna*). Aprutii: *Majella, Pizzo di Sivo.*

* 1. Lycopsis arvensis.

— — B. flore albo.

In arvis Puteolorum.

* 2. L. variegata Lin. Scop. et Host. Fl. Austr. I. p. 253. L. *bullata* Cyr. *Pl. rar. fasc. I.* t. II f. 3. Ten. *Fl. nap. t. III. pag. 179. tav. CXV.* sub nomine L. *bullatae.*

In arvis communis.

† 3. Lycopsis pulla Petag. *Inst. 2. p. 322.* Communis.

† 4. L. vesicaria *Pet. l. c.* Communis.

* 1. Borago officinalis. In cultis et ad agrorum margines.

* 1. Echium vulgare.

— — B. caule paniculato.

In arvis siccis montosis: *Gargano.* Var. B. *Granatello.*

* 2. E. tuberculatum. E. *vulgare* A. Ten. Fl. nap. t. I. pag. 49.

— — B. *Hispidum;* floribus majoribus.

In arvis siccis.

Obs. Longitudine bractearum ab E. *vulgari* primo intuitu dignosci potest. In E. *vulgari* nempe bracteae calycem non attingunt, dum in E. *tuberculato* illos multum superant. Reliqui characteres fere utrique speciei communes dici possunt. In E. *tuberculato* caulis est magis paniculatus et corollae plerumque angustiores observantur. Var. B. ob majorem hispiditatem ad E. *vulgare* magis accedit; quippe quae ab una ad alteram speciem transitum fere faciens, earum junctionem suadere videtur.

* 3. E. pustulatum.

In arvis Calabriae: *Reggio, Cassano;* Lucaniae: *Potenza;* Aprutii: *Camarda, Assergio;* Japygiae: *Brindisi, Gallipoli, Ugento, Lecce.*

Obs. A duabus speciebus praecedentibus satis differt caule divaricato ramosissimo, floribus foliisque duplo minoribus.

* 4. E. violaceum Lin. mant.

— — B; *caule elato;* racemis divaricatis bracteis lanceolato-linearibus. E. *australe* Ten. non Lin.

— — C; *piloso-pubescens;* caule prostrato, bracteis basi cordatis. E. *creticum* Lam. et Ten. non Lin.

Ad agrorum margines. Var. B. *Bagnuoli, Fusaro, Pozzuoli.* C. in Apulia: *Gargano.*

Obs. Calycinis laciniis angustissimis longissimis, idcirco corollae tubo longioribus, haec species ab omnibus affinibus facillime dignosci potest.

* 5. E. plantagineum.

— — B; flore albo.

— — C; floribus majoribus. E. *grandiflorum* Ten. Prodr. suppl. 1. pag. 59.

In pascuis arenosis.

* 6. E. arenarium *Guss. Pl. rar. pag. 88.* tab. 17. E. *diffusum* H. R. Parisiensis (fide speciminis) non *Sibth.*

In arenosis maritimis Calabriae orientalis: *Reggio, S. Leonardo, Capo Rizzuto;* Japygiae: *Taranto, Pulsano, S. Cesarea* (Guss. l. c.).

* 7. E. calycinum Viv. E. *prostratum* Ten. Fl. nap. tom. I. pag. 50. tav. XII.

— — B; corollis pallidis subregularibus calycem non excedentibus. An E. *parviflorum* Roth?

In lapidosis maritimis Insulae Caprearum: *Salita di Anacapri;* in Apulia: *Polignano, Conversano.* Var. B. in pascuis et lapidosis maritimis: *Pesto, Acropoli;* Apuliae: *Conversano.*

* 8. E. italicum. E. *italicum* A. Ten. *Fl. nap. t. I. p. 48.* (excl. syn. E. *pyrenaici*) E. *altissimum* Jacq.

In pascuis montosis demissis siccis Apuliae: *Savignano, Tavoliere;* Aprutii: *Roccamorice, Caramanico, Matese, Monte Casino.*

* 9. E. pyrenaicum. E. *italicum* B. Ten. Fl. nap. I. p. 48. E *asperrimum* M. B. et Lam.

10. E. pyramidale. *La Peyrouse Abregé de Pyr.* p. 90. n. 3. *Flor. Pyr. ined. tab. 66* et R. S. t. IV. p. 22. sub E. *pyrenaico.*

In Aprutii pascuis sterilibus: *Piano di 5. miglia.*

Obs. Cum E. *pyrenaico* haud confundendum censeo. Haec species enim cum E. *asperrimo* ramis remotis nec non floribus in densos capitulos fere congestis potius convenit. Ejusdem florum dispositionem optime adumbravit cl. *Duby in Bot. gall. I. p. 332*, capitula pedunculata axillaria eidem tribuens. In E. *pyramidali* autem rami sunt confertissimi, et flores in racemos e basi profunde bipartitos deinde valde elongatos seriatim et distincte disponuntur, unde habitu omnino diverso primo intuitu ab E. *pyrenaico* distinguitur. Ab E. *italico*, cui magis accedit, hoc differt racemis pyramidatis floribusque caeruleis.

Nostra planta variat pilis albidis vel luteis, sicut in plantis pyrenaicis inspexit cl. Decandollius, qui E. *luteum La Peyrouse* non nisi ad E. *pyramidale pilis luteis* referendum esse autumat.

Primulaceae.

1. Androsace vitaliana R. S. *Aretia vitaliana* L. *Gregoria vitaliana* Duby Bot. Gall. edit. altera. tom. I. p. 383.

In alpinis jugis editioribus: *Monte Amaro, Focaleto;* in Magella: *Costone, Monte Corno.*

1. Androsace villosa. Iisdem in locis et in *Velino.*

1. Primula Balbisii *Lehm.* P. *ciliata Moretti*, an *Schrank?*

In glareosis alpinis: *Velino, Monte Amaro, Focaleto;* in Magella: *Matese, Monte Casino, Monte Corno.*

Obs. Nostra planta foliis non tantum villosis sed villoso-viscosis gaudet. In ea sunt quoque calyces et scapi subangulati, idcirco P. *ciliata Schrank* non video quantum suis caracteribus a P. *ciliata* Moretti differat.

2. P. auricula: *Majella al Monte Focaleto.*

Obs. Non nisi elapso anno in itenere per Aprutium suscepto haec pulchra species cum praecedenti promiscue crescens primum mihi se obtulit, quapropter ad nostram Floram eam iterum vindicandam duxi. P. *auricula* foliis glaucis farinosis glaberrimis, non viridi-lutescentibus villosis neutiquam farinosis a P. *Balbisii* differt.

3. P. acaulis. In nemorum decliviis ad boream spectantibus: *Valle di S. Rocco, Vallate della Cava.*

4. P. elatior. In nemoribus Aprutii.

Obs. Calycibus corollae adpressis nec inflatis a sequenti in primis dignoscitur.

5. P. Columnae; foliis ovatis basi oblique cordatis dentato-crenulatis rugosis petiolatis villosis subtus canescentibus, petiolis alatis, corollis calyces maxime inflatos subaequantibus, tubi collo cylindrico limbo plano, scapo centrali multifloro *Ten. Fl. nap. Prod. pag. 14.* (ann. 1811.) et *Fl. nap. t. I. pag. 54. tav. XIII.* P. *suaveolens* Bert. *Journ. de Botan. tom. XIV. p. 76.* (ann. 1814). P. *inflata* Lehm. *Monogr. Primul. pag. 26. tav. II.*

6. P. Palinuri: *Petagna, et Ten. Fl. nap. I. p. 57. tav. XIV.*

Ad Palinuri promontorii rupes: *Molpa.*

1. Soldanella alpina.

— — B. *minor. S. montana* Willd. Enum. et R. S.

In montibus Aprutii: *Pizzo di Sivo, Aspromonte, Pollino.*

Obs. Postquam clariss. *Roth* et *Host* S. *alpinam* a S. *montana* Willd. di-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

stinguere conati sunt, novo examini exemplaria mea exsiccata subiiecì, et iterum evictus fui nullum inter eas discrimen certis characteribus constitui posse. S. *montana* Willd. Enum. ad S. *alpinam* nuperrime quoque junxit cl. Gaudin. *Fl. Helv. I. p. 76.*

* 1. Cyclamen neapolitanum ; foliis hysteranthiis cordato-ovatis angulatis crenulatis, corollae laciniis ovatis obtusis subobliquis ad flexuram basi utrinque ungiculatis, radice rapacea maxima depressa reticulata scabra, fibris undique erumpentibus surculis lateralibus. *Ten. Fl. nap. III. p. 197. tav. CXVIII.* C. *hederaefolium* Gaud. *Fl. Helv. t. II. p. 74.* (excl. synon. fere omnib.).

— — B. *Praecox*; floribus odoris intense rubro-purpureis, laciniis elongatis acutiusculis, radice minori.

— — C. *Hastatum*; foliis hastatis. C. *Poli delle Chiaje; Giorn. med. 1824. n. 1. cum ic.*

— — D ; *flore albo.*

In sylvis et sepibus circa Neapolim: *in Gargano;* Aprutio, Lucania : *Monte della Stella;* Var. B. *Arco Felice.* C. *Castellammare.*

Obs. C. *neapolitani* folia latitudine ac figura mirum variant, scilicet a cordato-rotunda ad hastato-sagittatam, vel cordato-oblongam. Specimina passim occurrunt, quae ab angustioribus ad latiora folia transitum faciunt. Var. D. ab hortis anglicis ad me misit cl. *Strangways*, sed a Neapoli in Angliam allatam esse monuit. De nostra planta loquutum esse cl. *Gaudinum* cuique patebit, si descriptionem et synonyma *Fl. helv. l. c.* conferre voluerit. *Clusii* enim icones, *Lobelii* et *Joa. Bauh.* ab ipso sub planta helvetica relatae, absque dubio ad plantam neapolitanam pertinent. C. *hederaefolium* ab hac in primis differt corollae collo integerrimo, foliis synanthiis neutiquam crenulatis ac florescentia vernali. C. *neapolitanum* in Helvetia sponte crescens nuperrime quoque legit cl. Gay juxta Novidunum (*intra Villeneuve et Aigle*) ac mecum benevole communicavit. Ipse autem eamdem plantam florentem vidi (Octobri 1824.) in Horto *Argentoratensi*, ac a vicinis nemoribus illam translatam esse testatus est cl. Nestler, ejusdem Horti praefectus solertissimus.

De vero C. *hederaefolio* sermonem habuisse cl. *Hallerum* suspicor, dum suae plantae tuberum avellanae magnitudinis tribuit, sicut in illo observatur; neutiquam vero de C. *neapolitano*, cujus tuber illud C. *europaei* aequat ac superat.

* 2. C. hederaefolium Ait. non Sibth.

— — A ; *petalis* angustioribus acutis.

— — B ; *petalis* abbreviatis obtusis, foliis sinuato-dentatis, radice majori. An C. *repandum* Sibth?

In nemoribus. A. Aprutii; B. circa Neapolim.

Obs. Cl. Sibthorpius *Cyclamen hederaefolium* Aiton Graeciae incolam primum dixit, atque in *Floraegraecae Prodromo* recensuit. *Smithius* autem graecae stirpis characteribus rectius inspectis, diversam fecit speciem, quam in Flora graeca *Cyclamini latifolii* nomine fusius descripsit, magnificoque icone locupletavit. En igitur duo plantae satis distinctae, nempe C. *hederaefolium* Ait. non Sibth ; et C. *latifolium* Smith, cujus synonymon est C. *hederaefolium* Sibth. non Ait. Prima planta ex collatione specimina a *Siebero* in Graecia lectorum habet folia angulata obiter denticulata, subtus violacea, petiolos glanduloso-verrucosos, corollae laciniis lanceolato-linearibus ; altera vero folia profert duplo majora cordata non angulata, sed tantum duplicato-crenata, infra pallida, petiolos leves, corollaeque laciniis oblongas.

C. *repandum* Sibth. nostrae plantae et praesertim var. B. multum accedit et forsan cum ipso conjungendum erit.

1. Hottonia palustris.

Lago di Fondi.

1. Coris monspeliensis : *Calabria, Reggio.*

1. Samolus valerandi.

Ad rivulos, in humidis, et ad fossarum margines.

* 1. Lysimachia Linum stellatum : *Monte Nuovo, Monti di Terra di Lavoro.*

* 2. L. Nummularia : *Pascone, Fusaro.*

* 3. L. vulgaris : *Matese.*

* 4. L. nemorum : *Pollino, Serra.*

* 1. Anagallis coerulea. In arvis circa Neapolim, et alibi.

* 2. A. phoenicea. In arvis Puteolorum.

† 3. A. Monelli. In nostris collibus. Petag. *Inst. t. II. pag. 340.* An. A. *coerulea?*

Plumbagineae.

* 1. Plumbago europaea.

Ad sepes collium, Campaniae : *Cervaro;* Lucaniae : *Pesto;* Apuliae : *Gargano* (*S. Marco in Lamis, S. Giov. Rotondo*), *Tavoliere, Manfredonia;* Aprutii : *Roccamorice, Chieti.*

Convolvulaceae.

* 1. Convulvulus sepium.

In dumetis maritimis humentibus : *Agnano, Baja, Fusaro, Sele Morlo, Varano, Viesti.*

* 2. C. sylvaticus. Ad sepes circa Neapolim ubique, et alibi.

* 3. C. lucanus; caule volubili, foliis cordatis sagittatis vel sagittato-oblongis, basi truncatis auriculis subangulatis remotis, pedunculis tetragonis, bracteis foliaceis carinatis concavis ovato-oblongis calyce longioribus lateribus ad invicem super incumbentibus calycique adpressis, non inflato ventricosis, corollae tubo cylindraceo elongato. *Ten. Viaggio in Basilicata e Calabria pag. 118., ad Fl. nap. Prod. app. V. pag. 9. Fl. nap. III. p. 210.* Ad sepes Lucaniae : *Auletta, Lauria*; et Apuliae : *tra Varano e Cagnano alla Madonna della Marina nel Gargano.* Anno 1829, prope Romam (extra *Porta Portese*) cl. *Mauri* comite quoque legi.

Obs. A C. *sylvatico* differt calycibus ovato-oblongis, bracteis foliaceis adpressis, non basi exquisite cordatis nec membranaceis maxime inflato-ventricosis, corolla tubo longiore ; foliis neutiquam cordato-ovatis sed oblongo-sagittatis.

* 4. C. arvensis.

— — B. *angustifolius.*

— — C. *auriculatus*

Agrorum pestis.

* 5. C. italicus ; caule volubili foliisque hirsutis, radicalibus cordatis rugosis repandis dentatis, caulinis palmato-pedatis incisis, pedunculis 2-floris folio multo longioribus. C. *hirsutus* Ten. *Fl. nap. I. pag. 60. tav. XV.* C. *altheoides* Sibth. *Fl. gr. t. 194.* non *Linn.*

Ad sepes et in agris : *Pozzuoli, Bacola, Miseno, Gaeta, Fondi;* in Calabria : *alle siepi di Bagnara.*

* 6. C. altheoides.

In montosis cretaceis : *Capri, Castellammare,* in Lucania : *Pollica, Casalicchio, Ascea;* et in Apulia : *Bovino, Savignano.*

* 7. C. tenuissimus *Sibth.*

Ad sepes Calabriae citerioris : *Morano, Castelluccio.*

Obs. A C. *altheoide* differt foliorum laciniis angustissimis integerrimis, flore albicante dimidio minori.

* 8. C. siculus : *Calabria.*

* 9. C. pentapetaloides.

In arvis Lucaniae : *Ginosa;* Apuliae : *Troja, Monopoli;* Calabriae : *Cotrone, Cassano, Policoro.*

* 10. C. lineatus.

— — B ; foliis lineari-lanceolatis utrinque acutis, caule subsimplici, floribus albis. *Conv. spicaefolius* Desrouss. et Lam. *Dict. Enc. I. p. 549.* C. *marinus repens angusto et oblongo folio Barr. t. 1132.*

In insula Caprearum : *alla Marina del Mulo ; Manfredonia* (*Baselice*) *Marina di Ogliastro presso Licosa* (*Giordano*).

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Specimina cl. *Lang* ex Odessa, et cl. *Merat* ex Galloprovincia, a nostra planta differunt omnibus partibus triplo et quadruplo majoribus, foliis dense sericeo-argenteis ovali-oblongis vel oblongo-lanceolatis 2-5-poll. long. 5-8-lin. lat. apice obtusiusculo, floribus purpureis. In nostra autem folia sunt glabriuscula angustissima 3-lin. lata, 15-18-lin. longa acuminata et flores albi. Descriptio C. *spicaefolii* Desrouss. l. c. optime in plantam nostram quadrat. Planta Barr. ic. 1131, excepto floris colore, qui purpureus dicitur, caeterum plantae Linnaei et nostrae aequo jure referri potest; dum ic. 311 ejusdem auctoris ad plantam *Marsch. a Bieb.* et *Florae gallicae* potiori jure amandari licet. Nostra planta cultura non immutatur.

* 11. C. cantabrica.

— — B ; *terrestris.*

In collibus submontosis: *Monte Casino, Salviano; Lecce, Gargano, Potenza, Pesto, Acropoli, Eboli, Persano.*

* 12. C. Soldanella.

In litoribus: *Bagnuoli, Fusaro, Casalicchio, Pesto, Acropoli, Calabria.*

* 13. C. Imperati Vahl. C. *stoloniferus* Cyril. pl. rar. fasc. I. pag. 14. t. 5. Ten. Fl. nap. III. pag. 208. tav. 121.

In litoribus insulae Inarimes : *alla marina di S. Restituta ;* simul cum *Pancratio maritimo.*

Campanulaceae.

* 1. Campanula fragilis; caulibus diffusis, foliis simpliciter et regulariter dentato-serratis, radicalibus longissime petiolatis reniformibus vel semiorbiculato-reniformibus, caulinis inferioribus cordato-reniformibus vel cordato-ovatis summis floralibusque oblongo-lanceolatis subintegerrimis, floribus corymbosis, pedunculis 1-floris calycibus inappendiculatis, foliolis e lata basi oblongo-lanceolatis carinatis acuminatis corolla brevioribus vel eam subaequantibus; corollis campanulato-patentibus semiquinquefidis lobis extus glabris obtusiusculis subaequalibus, stylo exserto, germinibus angulatis semiovatis, non glanduloso-farinosis. *Cyr. pl. rar. nap. fasc. I. tab. II. fig. 2.* Ten. *Fl. nap. III. p. 200. tav. CXIX.* De Cand. *Monographie des Campanulées* pag. 306. excl. syn. Barr. 453. C. *crassifolia Nees D'Esenb. Syll. Ratisb. p. 6.* et *amoen. bot. fasc. 2. pag. 9. t. IV.*

— — A. *Glabra.* Obscure virens, exsiccatione nigrescens, foliorum dentibus acutis.

— — B. *Canescens.* Piloso-incana foliorum dentibus obtusis.

— — C. *Cymbalariaefolia.* Incano-hirsuta, foliorum lobo medio rotundato. C. *diffusa* Vahl. Will. Enum. exclus. synon. *Barrel. ic. 453.*

In rupibus calcareis insulae Caprearum, montium Lactariorum var. A. et B. promiscue habitant : *S. Angelo di Castellammare, Vico equense, Sorrento, Amalfi, Vietri, Salerno.* C. in Lucania : *Rotonda, S. Giovanni a Piro.* Perennis.

* 2. C. Cavolini; caulibus diffusis; foliis irregulariter grosseque dentatis, radicalibus longissime petiolatis reniformibus vel cordatis concavis cochleariformibus, caulinis inferioribus cordato-ovatis, summis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, floribus corymbosis pedunculis unifloris, calycibus inappendiculatis corollam subaequantibus vel illa longioribus, foliolis lineari-setaceis planis utrinque attenuatis, corollis campanulato-rotatis 5-fidis lobis ovatis acutiusculis extus glabris, germinibus semiovatis angulatis farinoso-glandulosis, stylo exserto. *Ten. Fl. nap. III. pag. 201.* An C. *cochlearifolia* Vahl? certe non C. *cochlearifolia* Lamarck.

— — B. *Glabra;* laete virens rigidiuscula, foliorum dentibus acutis, planta exsiccatione non nigrescente. C. *fragilis var. alpina* Ten. in *Racc. di viag. Botan. 2. pag. 82.* C. *glabra* Ten. *Fl. nap. prodr, pag. 15. Campanula saxatilis rotundifolia hispida flore caesio amplo Ital.* Barrel. *Ic. 453.* quoad illam iconis partem plantam omnino glabram repraesentantem.

— — B. *Incana ;* villoso-incana, foliorum dentibus obtusis. *Barrel. Ic. 453.* quoad phrasim et flores distinctos, calycibus hirtis evidenter praeditos.

In rupibus sylvaticis montium Aprutii: *Morrone, Foce di Scanno, (Gravina) Majella, alla Valle di S. Spirito.* Perennis.

Flores duplo minores et pallidiores quam in praecedenti, cultura perstant.

Obs. Icon *Barrel. l. c.* ob longitudinem et formam laciniarum calycis, nec non ob flores minores, ad hanc potius quam ad praecedentem speciem pertinere videtur. Ceterum synonyma sub utraque specie in *Fl. nap. l. c.* relata, incerta tantummodo haberi debent. De hac potius quam de C. *fragili* cl. Vahl. loquutum esse, dum suam C. *cochlearifoliam* descripserat, suadent characteres quidam suae plantae tributi: nempe caules debiles semipedales superne ramosi, folia grosse dentata dentibus acutis superiora sessilia integerrima dente interdum uno alteroque, flores ante florescentiam cernui, calycis laciniae corollae longiores (etsi lanceolato-subulatae dixisset). De C. *diffusa* autem, quam e Calabria se accepisse fatetur, ubi C. *Cavolini* neutiquam, sed C. *fragilis* crescit, adfirmat ab altera discrepare caulibus diffusis ramosis, foliis obtuse serrato-dentatis summis petiolatis : eamdem plantam variare quoque refert caulibus foliisque pilosissimis, laciniis calycinis latioribus, quam extremam notam in C. *Cavolini var. villosa* frustra quaesiveris. Hoc autem rectius judicare poterit amicissimus *Schouw*, ex collatione speciminum, quae elapso anno dum Neapoli morabatur ei dono dedi, cum iis in herbario *Vahliano* Hafniae asservatis.

De hac planta cl. *Pollini in Fl. Ver. t. III. p. 782* loquutus esse suspicor, quum ad suam *Campanulam Elatinem* ic. *Barrel. 453* trahere arbitratus sit. C. *Elatines All.* et *Lin.* est certe planta omnino diversa.

* 3. C. garganica; caulibus diffusis, foliis irregulariter dentato-serratis vel bidentatis subrepandis, radicalibus reniformibus vel semiorbiculato-reniformibus longissime petiolatis, summis oblongo-lanceolatis, caulinis cordatis vel ovato-cordatis, floribus racemosis axillaribus et terminalibus subfasciculatis, calycibus inappendiculatis lineari-setaceis corolla dimidio brevioribus, corollis campanulatis regularibus 5-partitis, laciniis lanceolatis acutis, germinibus obconicis, stylo exserto. Planta pallide virens vel canescens, pubescens vel hirta. *Ten. ad Fl. nap. prodr. addenda,* ad calcem *Catal. Semin. H. R. N. 1827. pag. 3. Atti della Reale Accademia di scienze t. III. ined.* (cum icone) *Fl. nap. III. pag. 203.* C. *Elatines* Petag. *Inst. bot. tom. II. pag. 367.* Ten. *Fl. nap. prod. pag. 16* non *Lin.* C. *garganica saxatilis hirsuta pendula longius radicata, amplo rotundo folio, flore parvo caeruleo Domini Michelii,* Till. *Cat. pl. H. Pis. pag. 29.*

In *Monte Gargano ;* ad rudera vetustissimi coenobii : *Montis Sacri,* nec non ad *Aediculam* et *arcem Divi Angeli.* Perennis. *Floret Junio mense.*

Obs. Foliorum forma, et pedunculorum ramificatione cum C. *Portenschlagiana* omnino convenit; ab eadem tamen lobis calycinis corolla duplo non triplo brevioribus, et corollis profunde partitis abunde differt.

A C. *diffusa*, cui caeterum simillima, differt corolla profunde 5-partita, laciniis lanceolato-linearibus revolutis, nec semiquinquefidis, lobis lato ovatis patentibus, floribus per caulem racemosis non corymbosis.

A C. *Elatine* distinguitur caule omnino diffuso minime ascendente satis firmo et 3-6-poll. alto, foliis radicalibus orbiculato-reniformibus irregulariter bicrenatis undulatis, minime ovatis, vel ovato-cordatis, nec dentibus acuminatis pectinato-dentatis, corolla aequali, pallide caerulea, nec caeruleo-purpurea.

* 4. C. rotundifolia.

— — B. foliis pubescentibus. *Camp. linifolia. Ten. Fl. nap.*

In Aprutii montosis herbidis : *Velino, Majella, Matese.* B. In Calabria, Lucania, et in Aprutio : *Monte Corno.* (Orsini).

© Orto Botanico di Napoli, Italy

5. C. Lostritti; caule debili subpaniculato, foliis radicalibus longissime petiolatis orbiculatis vel ellipticis basi subcordatis rotundatis subcrenatis petiolisque hispidiusculis, caulinis obliteratis linearibus, floribus erectis laciniis calycinis linear-setaceis patentibus corollam infundibuliformem quinquefidam glabram aequantibus vel superantibus, stigmate trilobo stylo corollae duplo breviore. *Ten.*

Radix ramosa caespitosa crassa, caules numerosi erecti vel ascendentes tenues glabri semipedales et ultra fere aphylli et ad ramulorum floriferorum ortum tantum foliolis minutissimis setaceis instructi, folia radicalia pauca fere ut in C. *rotundifolia* disposita, petioli a 6-lineas ad 2-pollices longi setis brevibus rigidiusculis deorsum spectantibus sparsi, folii discum membranaceum laete virens orbiculare 4-7-lin. diametri, vel ovale, in ambitu leviter crenatum utrinque setulis ut in petiolis sparsum, inflorescentia paniculata ex ramulis plerumque bifloris, calyx glaber tubo brevissimo 1-2-lin. obconico levi laciniis linearibus 6-8-lineas longis, in medio $\frac{1}{3}$ lin. latis utrinque attenuatis, corolla coerulea obconica nec basi nec medio ampliata, forma fere illius *Campanulae Rapunculi*, 6-lineas longa usque ad medium in 5 lacinias triangulares incisa, stamina 5 tres lineas longa, filamentis basi in membranas ciliatas expansis supra filiformibus, antheris luteis, stylus corolla dimidio brevior apice trilobus.

In collibus Campaniae: *Frasso, Costa di Cepino. Perennis.* Autumno ad finem vergente, florentem legit cl. *Lostritto.*

Obs. Ab affinibus C. *linifolia* et *rotundifolia* differt corollis omnino obconicis nec campanulatis, laciniis calycinis corollam aequantibus nec eadem triplo brevioribus, tuboque minime sphaerico, stylo corolla dimidio breviore, floribusque erectis; a C. *caespitosa* differt in primis floribus nunquam nutantibus.

* 6. C. persicifolia.

— — B. *pumila;* uniflora, laciniis calycinis latioribus glaucescentibus. C. *Magellensis* Ten. *Fl. nap. Prod. pag. 16.*

— — C. *calycina.* Reichem. *pl. crit. Cent. I. pag. 93. fig. 157.*

In rupestribus herbidis Hirpinorum: *Montevergine, Sanseverino, Cerealto;* Samnii: *al Gaudio, a S. Michele presso Frasso;* Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsino) *Majella;* Japigiae: *Martina.* Var. B. *Majella.* C. in Campaniae collibus: *Frasso, Costa di Cepino* (Lostritto).

* 7. C. Tenorii; caulibus ascendentibus prostratisque flexuosis, foliis coriaceis lucidis glanduloso-dentatis, radicalibus ovato-cordatis longe petiolatis, caulinis ovato-oblongis utrinque attenuatis, floribus racemosis, pedunculis subsimplicibus laciniis calycinis lanceolatis, corolla campanulata patula. Ten. *Fl. nap. III. p. 205.* tav. CXX. sub nomine C. Rosani et C. corymbosae. *Camp. corymbosa* Ten. *app. alt. ad Cat. H. R. N. p. 73.* C. *Tenorii* Moretti; *annotazione al prospetto di una descrizione Geogr. d' Italia del Dott. Schouw.* p. 19. (in notis) C. Tenorii DC. Monogr. Camp. pag. 309. C. *Rosani* Ten. in lit. C. *versicolor* Guss. *pl. rar. pag. 92?* non Sibth. Flor. graec.

— — B. *flore albo.*

In Lucaniae et Japygiae saxosis: *Murge, Ginosa, Grottaglie.* Var. B. *Taranto.* Perennis.

Obs. In nostra planta folia radicalia sunt minora, et brevius petiolata, quam in C. *versicolori.* Eadem folia magis cordata ovato-oblonga potius quam ovata, caulina vero magis grosse serrata conspiciuntur. Itidem C. *Tenorii* stylo vix exserto, corollaque campanulata intus circulis concentricis versicoloribus destituta, nec non panicula coarctata gaudet. In C. *versicolori* panicula est elongata multiflora et corolla plana subrotata.

* 8. C. Rapunculus.

— — B; *hirta;* caule foliisque piloso-hirtis canescentibus.

In pratis siccis: *Vesuvio, Mauro, Monte Nuovo, Camaldoli, Agnano;* Var. B. Lucaniae: *Potenza.*

* 9. C. trichocalycina; caule simplici tereti subflexuoso, foliis membranaceis subsessilibus ellipticо-oblongis acuminatis grosse argute serratis, racemo terminali subsimplici, laciniis calycinis capillaceis corollam profunde 5-partitam subaequantibus. *Ten. Fl. nap. I. p. 67. tav. XVI.* R. S. *Syst. Veg. 5. p. 153.* Spreng. *Syst. I. p. 727.* De Cand. (Alphonse). Monographie des Campanulées pag. 276. C. *alburnica* Briganti *pempt I. pag. 3.*

In sylv. montosis Lucaniae: *Sirino, Pollino;* Hirpinorum: *Cerealto, Monte Vergine;* Aprutii: *Majella;* Calabriae: *Sila.* Per.

* 10. C. latifolia. In nemoribus montium Lactariorum: *Monte di S. Angiolo, all' acqua de' porci;* in Aprutio: *Majella.*

* 11. C. Trachelium.

— — B; foliis elongatis profunde sinuato-dentatis vel pectinatis.

In montibus regni neap. regionum mediae et septentrionalis communis; B. in Aprutio: *Capo d' acqua, Bacucco* (*Orsini*)

* 12. C. urticaefolia. *Ibidem.*

* 13. C. obliquifolia; caule simplici, foliis oblique cordato-oblongis petiolatis hirsutis bicrenatis, petiolis alatis, racemis paniculatis secundis, floribus pendulis, calycibus glabris laciniis linearibus reflexis corolla triplo brevioribus, stigmate exserto. *Ten. Fl. nap. I. pag. 69. tav. XVII.*

— — B; racemo simplici.

In Aprutii vallibus: *Majella* (*Valle Buglione*) *Morrone;* Var. B. *Matese* (*Scarano*). Peren.

Obs. Racemo composito, floribus cernuis, calycinis laciniis duplo longioribus, foliisque exquisite cordato-oblongis a C. *bononiensi* in primis discrepat. *Var.* B. ob racemum simplicem transitum ad C. *bononiensem* ostenderet, nisi haec floribus patulis non cernuis, foliis serratis, calycinis laciniis corolla quadruplo brevioribus adpressis gauderet. C. *obliquifolium* sub C. *bononiensis* nomine ad me miserunt botanici plerique, unde passim cum illa confusam esse persuasum habeo. C. *bononiensis* vera, quam semel a cl. Oertzen, propre *Interamnum* lectam accepi, mihi est planta Scopolii *Carn. 2. n.° 232*, et Gaudin *Fl. helv. I. p. 158*, quae laciniis calycinis erectis lanceolatis a nostra statim dignoscitur. C. *bononiensis* descriptiones et synonyma apud auctores plerumque inexacta sunt.

14. C. sibirica; caule minus ramoso, foliis angustioribus.

— — B; floribus duplo majoribus. C. *medium* Ten. *Fl. nap. I. pag. 74.* excl. synon.

In Aprutii montibus. Var. B. *Torricella;* prope *Teramo* (*Orsini*).

* 15. C. spicata. In Aprutii alpinis: *Monte Corno, Pizzo di Sivo, Monte de' Fiori.*

* 16. C. tenuiflora; foliis radicalibus..... caulinis inferioribus sessilibus lanceolato-linearibus, superioribus amplexicaulibus basi dilatatis, omnibus crenato-undulatis, cauleque strigoso hispidissimis, capitulo terminali sessili, glomerulis axillaribus pedunculatis, bracteis ovato-cordatis, corollis tubulosis elongatis, laciniis lanceolato-linearibus erectis, stylo incluso. *Ten. Fl. nap. III. pag. 207.*

In Lucaniae occidentalis collibus: *tra Vallo di Novi ed Ascea.*

Obs. Ab affinibus C. *cervicaria* et C. *cervicarioidi* differt corollae forma 10 lin longa 2 lin lata, laciniis angustissimis acutis, florum glomerulis pedunculatis ac stylo non exserto.

* 17. C. graminifolia.

— — B. *Elata.*

— — C. *Alpina*; vix pollicaris, involucro colorato.

In glareosis montium lactariorum: *Monte S. Angelo;* Hirpinorum: *Monte Vergine, Cerealto;* Aprutii: *Velino, Majella.* Var. C. *Sorimacavallo, Monte Amaro.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 18. C. glomerata.

— — B. *pyrenaica;* foliis candicantibus subtus tomentosis. C. *glomerata* B. R. S. C. *glomerata* D. Gaudin Fl. *helv.* C. *glomerata* D. Decand. C. *petraea* Ten. *Fl. nap. I. p. 71.*

— — C. *Hermanni;* glabriuscula, floribus per caulem sparsis. *Trachelium alpinum floribus conglomeratis, foliis Asarinae rigidis et hirsutis.* Herm. *Parad. t. 235.*

In pratis submontosis Aprutii. Var. B. in glareosis: *Monte Vergine.*

19. C. aggregata W.

— — B; *corniculata* Reich. pl. crit. t. 6. tab. 555. fig. 759.

In Aprutio.

20. C. elliptica Kit. et Reich. l. c. t. 559. fig. 763.

In Aprutio.

* 21. C. foliosa; hirsuta laete virens, caule angulato simplici, foliis omnibus petiolatis cordato-ovatis bidentatis utrinque viridibus, petiolis alatis, floribus sessilibus capitato-glomeratis, involucri foliis ovato-cordatis latissimis, stylo corolla breviore, corollae laciniis conniventibus. Ten. *Fl. nap. I. pag. 71. tav. XVIII.* R. S. Syst. veget. tom. 5. pag. 126. ab utraque excl. synon. *Hermanni parad 235.* De Caud. Alph. monograph. des campanulées pag. 253.

In pratis montanis: *Pollino, Velino, Majella, Monte Corno.* Per.

Obs. Folia caulina quoque petiolata, petiolis alatis, nec non corollae tubulosae laciniis conniventibus, haec species primo intuitu a praecedenti distinguitur. Variat capitulo terminali solitario vel glomerulis axillaribus suffulto. Ob defectum foliorum in caule petiolatorum, et ob corollas patentes, icon *Hermanni*, quam ipse perperam ad meam plantam laudavi, ad varietatem C. *praecedentis* potius pertinere videtur.

* 22. C. Erinus. In arvis, muris, tectis, communis.

* 23. C. dichotoma. Ad sepes collium circa Neapolim: *Strada di S. Rocco, Camaldoli, Ischia.*

24. C. mollis.

In Principatus citerioris arvis, muris: *Salerno, Cava, Sessa, Omignano.*

Obs. Hirsutie et villositate a praecedenti parum differt, sed foliis minime oblongis at ovalibus vel subrotundis, obiter subcrenatis nec serratis, caule basi procumbente, ramis alternis subracemosis paniculam non efformantibus, floribus erectis non cernuis, calycibus minoribus sinuum appendicibus brevioribus corolla demum ampliorib us differt.

* 25. C. nutabunda; caule erecto ramoso stricto, foliis lineari-lanceolatis repando-denticulatis, pedunculis filiformibus elongatis ante anthesim cernuis demum erectis, corollis infundibuliformibus limbo 5-partito, capsulis subglobosis trilocularibus. Guss. *pl. rar. pag. 94. tab. 18. Wahlenbergia nutabunda.* De Cand. Alph. Mon. des Camp. pag. 151.

In collibus Calabriae meridionalis: *Reggio* (*Gussone*). Annua.

* 26. C. virgata. Ten. Fl. nap. I. p. 66. Phyteuma collinum Guss. *Pl. rar. p. 97. tab. 19.*

In collibus siccis Japygiae: *Murgie di Ginosa, Lecce.*

Obs. Cl. Decandollius in Monograph. Camp. pag. 203, *Phyteuma collinum* Guss. quod a C. *virgata* diversum facit, ab ea, minus habitu et foliis, quam corolla profunde 5-partita nec superne 5-loba distare ait. Si vero in ipso *Camp. virgatae* cl. detectore accuratiorem hujus plantae descriptionem consulere volueris, summam ejusdem characteris divergentiam animadvertere poteris. In *Plantarum* enim *Syriae rariorum Decad. 2. pag. 12* de *Camp. virgata* scriptum est: *Corolla monopetala campanulata 5-partita laciniis lanceolatis FERE AD BASIN FISSIS.* Verum igitur hujusce plantae characterem discriminaturus, cuinam fides danda erit, cl. *Labillardiere*, videlicet, qui loco natali suam plantam primus detexit et descripsit, vel cl. *Decandollio*, qui eam tantum siccam vidisse fatetur judicare non audebo.

* 1. Prismatocarpus Speculum.

Inter segetes Aprutii.

* 2. P. hirtus; villoso-hirsutus, caule erecto ramis patentibus, foliis ellipticis amplexicaulibus obtuse subcrenatis, floribus aggregatis, calycibus corolla brevioribus. *Ten. Fl. nap. I. p. 76. tav. XIX. Campanula hirta* R. et S. *5. p. 153.* Spreng. *Syst. I. p. 737.* Guss. *Fl. sic. Prodr. I. p. 247.*

Inter segetes circa Neapolim, in Apulia et alibi. Annuus.

* 3. P. hybridus. Inter segetes: *Capri, Lucania.*

* 4. P. falcatus; glaber, caule erecto simplicissimo, foliis ellipticis integris imis obovatis subcrenatis pubescentibus, floribus axillaribus solitariis terminalibus subaggregatis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis patentibus falcatis corolla subduplo longioribus. *Ten. l. c. p. 77. tav. 20. Campanula falcata* R. et S. *l. c. p. 159.* Spreng. *l. c. p. 737.* Guss. *l. c. p. 247.* C. *arvensis flore minimo capsula grandi* Buxbaum. *Cent. 4. p. 24. tab. 38!* Specularia falcata DC. Monogr. des Campanul. p. 345.

In collibus ad sepes et agrorum margines, inque muris: *Agnano, Gargano;* in Lucania occidentali: *Sessa, Omignano* ec.

Obs. « Hoc genus calyce, corolla, nectariis fructuque a *Campanula* exi» mie differt, ut non parum mirandum sit, auctores nostros recentiores » caeterum novis generibus faventes, saepe plus justo, genus *Prismato*» *carpum* a *Campanula* non distinxisse (Gaudin *Fl. helv. t. II. p. 167*).

Cl. De Candol. in Monogr. des Camp. *Prismatocarpi* genus pro ejusdem species capenses tantum retinuit, europeas vero, uti et has nostras, in *Specularium* inseruit.

* 1 Phyteuma orbiculare.

— — B. *Ellipticum.*

— — C. *Columnae*; glaberrimum, foliis caulinis petiolatis, bracteis quandoque elongatis. P. *orbiculare* B. Ten. *Fl. nap. t. I. p. 78.* P. *corniculatum Columnae* Gaud. *Fl. helv. 2. 178.* (quoad synonym. Column.) *Rapontium corniculatum montanum* Col. *Ecphr. I. p. 225. t. 224.*

Ad rupes montium Aprutii: *Velino, Majella, Monte Corno, Costone, Intermesole.* Var. B. *Majella.*

Obs. Columnae planta caule elatiore, foliis rigidioribus glaberrimis, caulinis petiolatis tantum gaudet, nec a P. *orbiculari* sejungi potest.

* 1. Trachelium coeruleum. In umbrosis Campaniae: *Caserta;* et in ulteriori Calabria.

* 2. Jasione montana.

— — B. *Humilis*; incano-hispida, caule diffuso.

In submontosis Aprutii: *Majella, Li renari, Pizzo di Sivo,* B. in collibus Calabriae: *Cocuzzo, Cosenza, Reggio, Bagnara.*

Lobeliaceae.

* 1. Lobelia Laurentia. In humidiusculis Japygiae: *Gallipoli, Taranto* (Gussone); Campaniae: *Fondi, Gaeta* (Nicodemi)

Santalaceae.

* 1. Thesium linophyllum *Lin. et Smith. Moris.* S. 15. t. 1. f. 3. non *Reich.*

— — B. Fructu oblongo, pedunculis sterilibus divaricatis. An T. *divaricatum* Jan?

In demissis montosis aridis vel saxosis: *Monte de' Fiori, Majella.* B. *Gargano.*

Obs. Foliis glaucescentibus crassiusculis angustioribus, caulibus ascendentibus dense paniculatis, bracteis minutissimis calyce brevioribus a sequentibus discedit.

* 2. T. montanum.

— — A; caule 6-12-pollicari erecto vel ascendente, foliis ut plurimum 3-nerviis, perigonii laciniis crispulis. T. *linophyllum* Reich. *Cent. 5. p. 32. ic. 453. fig. 645.*

— — B. *Minus.* T. *intermedium* Schr. *R. S. 5. p. 529.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — C; caule pedali, foliis latioribus sub 5-nerviis, perigonii laciniis planiusculis. T. *montanum* Ehrh. et Reich. *l. c. ic. 452.*

In pratis montosis, *Majella*, *Monte Corno*; Lucaniae: *Ginosa*, *Martina*. C. *Pizzo della Giumenta* (Orsini).

Obs. Panicula pyramidali, foliis lanceolatis membraceis laete virentibus a praecedenti differt.

* 3. T. ambiguum; thyrsoideum, caulibus flaccidis ascendentibus, foliis lanceolato-linearibus subtrinerviis, bracteis ternis lanceolatis intermedia floribus longiore, pedunculis simplicibus elongatis apice 1-3-floris, drupis ovatis reticulato-venosis tubo calycis duplo longioribus. *Ten. Fl. nap. III. p. 312.* An T. *linophyllum* Lam. *Ill. tab. 142. f. 1.* (icon mala).

In glareosis editiorum montium: *Majella*, *Monte Corno*, *Cocuzzo*. Peren.

Obs. Panicula oblonga coarctata depauperata, foliis angustissimis, bracteis calyce longioribus a praecedenti et a sequenti dignoscitur.

* 4. T. intermedium *Guss*, et *Bert.* non *Reich.* An T. *linophyllum minus* Gaud. *Fl. helv. 2. p. 235?*

In alpinis editioribus Aprutii: *Majella*, *Costone*, *Morrone*, *Monte Corno*, *Intermesole*.

Obs. Floribus subsessilibus plerumque unilateralibus a praecedenti dignosci potest. A T. *alpino* non differt nisi calyce brevi 3-fido non elongato 4-fido.

* 5. T. humile.

In collibus maritimis: *Gargano*, *Manduria*, *Reggio*.

6. T. elegans Rochel. *Reich. Hor. bot. Cent. I. p. 14. t. 19.* (mala, quoad analisym floris, nucis et ad folii iconem). Rochel; *Plantae Banatus rariores* (Pestini 1828) *pag. 36. tab. IV. fig. 2.*

In monte Gargano.

Caprifoliaceae.

* 1. Lonicera Caprifolium. In nemoribus montanis: *Castellammare*.

* 2. L. balearica.

— — A; floribus subcapitatis vel verticillatis, foliis in ramis floriferis fere omnibus connato-perfoliatis, in ramis sterilibus distinctis. L. *implexa* Ait. an L. *implexa* Willd?

— — B; floribus subcapitatis, foliis summis tantum connatis.

— — C; floribus verticillatis, foliis superioribus semiconnatis floralibus deltoideis. An L. *cyrenaica* Vivian.?

In nemoribus et dumetis maritimis B. *Fusaro*, *Licola*. C. *Pizzo in Calabria* (Thomas).

* 3. L. etrusca. *Montorio*, *Majella*, *Montevergine*, *Bagnuoli*, *Ariano*, *Troja*, *Gargano*.

* 4. L. Peryclymenum.

— — B. *villosa*.

In montibus Hirpinis.

Obs. L. *Peryclymenum quercifolia H. R. Neap.* ad hanc pertinere speciem evictus sum; deleatur idcirco quod scripsi in *Fl. nap. III. p. 214* sub L. *balearica* (in notis).

* 5. L. alpigena.

— — B; foliis subtus dense pubescentibus.

In apricis montosis Samnii et Aprutii: *Monte Capraro*, *S. Nicola presso Monte Corno*, *Monte Costone*. Var. B. *Majella, demanio di Roccamorice*.

* 6. L. Xylosteum. *Monte Corno*.

* 1. Hedera helix.

— — B. *Chrysocarpa*. H. *helix*. B. Lin. Willd. et Ten. *Osservaz. sulla Fl. Virgiliana pag. 12.* H. *Chrysocarpa* Valsh; in *Transactions of the Horticultural society t. 2. part. 2. p. 42.* H. *poetarum* Bertol. *Praelect. rei herbar. p. 79.*

— — C. *acerifolia*; foliis palmatis.

In sepibus et nemoribus communis. Var. B. in collibus (*rara*) *Villa del Duca di Gallo*. C. *Castellammare*, *Monte S. Angelo*.

Solanaceae.

* 1. Verbascum Thapsus.

— — B. Spica ramosa. V. *thapsoides* Lin. et Ten. *Fl. nap.*

— — C; foliis angustioribus, filamentis omnibus barbatis. V. *angustius* Schrank; an V. *densiflorum* Pollini *Fl. Veron. 3. p. 729.* tab. III. f. 7? non Bertol. V. *thapsiforme* Mauri *in lit.*

— — Cc. *Fl. albo.*

— — D; caule humiliori, spica spithamea densa basi floribus solitariis aucta, bracteis plerumque flore brevioribus, tomento crassiore ad luteo-aureum colorem vergente. V. *thapsiforme* Ten. *Fl. Nap. t. III. p. 215.* non Schrad.

Var. A. et B. in collibus, in fossis et in arvis sabulosis circa Neapolim occurrunt. C. in *Gargano* Cc. in monte *Epomaeo* insulae Inarimes. D. in Aprutio et in Monte Matesio.

Obs. V. *Thapsus* (*verus*) mihi est planta in qua deprehenduntur flores breviter pedicellati, corollae parvae rotatae laciniis oblongis rotundatis, filamentum longius plerumque glabrum, antherae oblongo-reniformes spica laxiuscula basi quandoque ramosa, bracteae foliaceae flores superantes.

* 2. V. macrurum; foliis decurrentibus ellipticis utrinque dense tomentosis crenulatis, superioribus cuspidatis, spica densissima et longissima basi quandoque subramosa, bracteis calycem subaequantibus, floribus sessilibus, corollis infundibuliformibus magnis, lobis orbicularibus, filamentis lanatis omnibus, antheris duobus oblongis. *Ten. ad Fl. Neap. Prodr. App. V. pag. 9. et Viaggio in Calabria pag. 117*; an *V. thapsiforme* Guss. *Flor. sic. Prodr. 1. pag. 260?*

In citeriori Calabria ad montium radices: *Dirupata di Morano*. Elapso anno in collibus circa lacum *Agnano* quoque legi. *Bienne*.

Obs. A *V. thapso* differt spica confertissima longissima 2-pedali et ultra, etiam in pinguiori solo simplicissima vel tantum uno alterove ramulo brevissimo basi instructa, corollis duplo et triplo majoribus non rotatis laciniis oblongis, sed subinfundibuliformibus lobis orbicularibus, filamentis omnibus dense lanatis.

3. V. thapsiforme Schrad Ten. *Relazione del Viaggio di Abruzzo pag. 54.*

Ad oras Fucini, prope Claudii aquaeductus aditum.

Obs. A *V. thapso*, cum quo cl. *Sprengel* junxit, hoc nostrum differt spica graciliori, tomento lutescente breviter non dense lanata, foliis caulinis inferioribus in petiolum attenuatis. *V. niveo* Ten. magis proximum, at lana in spica minime gossypino-argentea, foliis omnino non subdecurrentibus diversum existimandum. Diu ambegi an hanc plantam ad *V. cuspidatum* vel ad *V. thapsiforme* amandaverim; sed in *V. cuspidato* planta pallide viridis tomento tenuiori, corollae illis *V. phlomoides* minores, racemique valde remoti dicuntur, quod in nostra non deprehendes.

4. V. phlomoides

— — B; *nanum*.

In sabulosis maritimis: *Giulia nova*, *Pescara*.

Obs. Planta sesquipedalis et ultra, tomento denso adpresso minime secedente undique induta; folia subserrata; spica e glomerulis breviter petiolatis inferioribus remotis; bracteae cuspidatae floribus longiores; corollae rotatae 1-2-lin. diametri; filamenta longiora glabra cum antheris oblongis.

* 5. V. niveum; foliis crenatis radicalibus longe petiolatis ellipticis vel obovato-cuneatis, caulinis oblongis amplexicaulibus subdecurrentibus utrinque spicaque compacta lana gossypino-argentea induta, bracteis cuspidatis flore plerumque longioribus. *Ten. Fl. nap. t. I. p. 50 tav. XXII.*

— — B. Spica ramosa.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In pratis siccis Lucaniae: *Ginosa*, et ad Adriatici oras: *Pescara*, *Martina*; Calabriae: *Cirò* (*Guss.*). *Bienne.*

* 6. V. argyrostachyon; foliis radicalibus obovato-oblongis petiolatis per petiolum attenuatis, caulinis subdecurrentibus cuneatis, omnibus crenatis levibus, supra obscure viridibus glabriusculis subtus villosis, spica densissima basi subinterrupta lana densa gossypino-argentea undique obsita, bracteis in cuspidem setaceum longe productis. *Ten. Relaz. del viag. di Abruz. pag. 52.*

Caulis ascendens 2-3-pedalis laxiusculus leviter tomentosus, tomento deterso viridis, folia radicalia obovato-oblonga ad basim producta, cuneata per petiolum decurrentia (6. poll. long. 2. poll. lat.), caulina sensim minora in petiolum attenuata, suprema oblonga sessilia, omnia grosse dentata basi utrinque producta et subdecurrentia, spica compacta terminalis 4-8-pollicaris rariter basi fasciculis remotis paucis aucta, bracteae exteriores ovatae, interiores lanceolato-lineares, omnes in mucrone setaceo longe productae. Calycis laciniae ovato-lanceolatae planae, extus ut caeterae spicae partes lana densissima argentea obtectae. Corolla aureo-lutea pollicaris diametri, laciniis subaequalibus extus lanatis intus venosis. Stamina tria minora undique lana flava involuta antheris reniformibus, duo majora glabriuscula crocea antheris oblongis miniatis, capsula ovato-subrotunda.

In collibus apricis Aprutii: *Colle bringione, Colli prope Carseolum. Bienne?*

Obs. V. viminali Guss. *Pl. rar. p. 101 tab. 21*, et *V. niveo* Ten. affine. A priori differt foliis radicalibus obovato-oblongis per petiolum decurrentibus, foliisque caulinis semidecurrentibus, omnibus supra viridibus glabriusculis, caule humiliori laxiusculo, spica densiori, idcirco habitu omnino diverso. A *V. niveo* abludit caule stricto duplo vel triplo longiori, foliis supra viridibus caulinisque inferioribus cuneatis in petiolum attenuatis, nec ellipticis utrinque dense lanatis bracteisque duplo longioribus.

* 7. V. viminale; caule simplici, foliis oblongo-ellipticis crenulatis superne viridibus adpresse villosis inferne albido-tomentosis, racemi subconferti fasciculis inferioribus remotis, bracteis calycibus capsulisque dense tomentoso-farinosis. *Guss. Pl. rar. p. 101. tab. 21.*

In collibus siccis Japygiae: *Massafra, Castellaneta, Taranto.* (*Guss. l. c.*) *Bienne.*

Obs. Folia caulina utrinque basi producta caulem amplexantia, idcirco auriculata non semidecurrentia dici debent; auriculae autem profunde inciso-dentatae conspiciuntur: qua nota ab affinibus *V. niveo*, et *V. argyrostachyo* primo intuitu dignosci potest.

* 8. V. samniticum; caule ramoso nudo, foliis radicalibus obovatis oblongis per petiolum decurrentibus, caulinis sessilibus semidecurrentibus oblongo-cuneatis, omnibus crenulatis subundulatis rugosis superne viridibus adpresse villosis, inferne ferrugineo-tomentosis, florum fasciculis omnibus remotis subsessilibus, bracteis calycibusque dense ferrugineo-tomentosis, antheris aequalibus oblongis, filamentis albo-lanatis. *Ten. Flor. nap. tom. III. pag. 219* et *Relaz. del viag. di Abruz. pag. 54.*

In pratis sterilibus Aprutii: *al Morrone*; Samnii: *Campobasso. Bienne.*

Obs. A *V. argyrostachyo* differt caule nudo, foliis utrinque villosis, florum fasciculis omnibus remotis ferrugineo-tomentosis, bracteis duplo brevioribus. A *V. australe* differt foliis subintegerrimis caulinis oblongo-lanceolatis, florum fasciculis sessilibus remotioribus dense lanatis, caule purpureo nudo. A *V. phlomoide* foliis semidecurrentibus supra nudiusculis, fasciculis florum omnino remotis, antheris aequalibus oblongis omnibus discrepat.

* 9. V. commutatum; foliis crenulatis, radicalibus ellipticis in petiolum attenuatis supra viridi-canescentibus leviter tomentosis, racemo pyramidato composito, fasciculis subverticillatis distantibus, bracteis exiguis, filamentis albo-lanatis. *Ten. Relaz. del viaggio di Abruzzo p. 55.*

Caulis 3-4-pedalis subangulatus superne ramosus, folia radicalia pedalia et ultra, elliptica vel elliptico-oblonga in petiolum attenuata, supra pallide viridia adpresse tomentosa, subtus tomento niveo adpresso tecta, caulinia sensim minora sessilia subdecurrentia, superiora ovato-cuspidata utrinque niveo-tomentosa. Racemus pyramidatus ramosissimus, ut in *V. lychnitide*; fasciculi semiverticillati 4-5-flores, pedicelli brevissimi vel nulli, bracteae calyces subaequantes lanceolatae acutiusculae. Corolla 8-lin. diametri, filamenta dense albo-lanata, antherae duae oblongae, stylus persistens, capsula subrotundo-ovata.

In Magellae nemoribus prope *Roccamorice*. Floret *Julio. Bienne?*

Obs. Hanc *Verbasci* speciem ad affines *V. floccosum*, *V. phlomoidem*, *V. pulverulentum* et *V. candidissimum* trahere frustra conatus sum. Est enim, datis characteribus, ab hisce omnibus abunde diversum. A *V. floccoso* et *pulverulento* differt inprimis foliis semidecurrentibus, tomento minime secedente, floribus subsessilibus; a *V. phlomoide* florum fasciculis distinctis in racemis longissimis dispositis, nec non corollis duplo minoribus; a *V. candidissimo* foliis ovalibus leviter crenatis, caulinis non omnino decurrentibus, tomento laeviori farinoso diversum censendum. *V. thapsoidi* Schrad. magis affine existimandum, ab eodem tamen foliis radicalibus caulinisque prioribus late ellipticis non oblongo-lanceolatis, caulinis late ovatis vel subrotundis, florum fasciculis minime confertis discedit. A *V. Lychnitide*, cui facie simillimum, foliis utrinque albo-tomentosis, caulinis semidecurrentibus prima fronte diversum judicatur.

* 10. V. sinuatum.

— — B. *glabriusculum*; foliis obscure virentibus.

Ad vias et in agris sterilibus. *B.* circa Neapolim in ruderatis: *S. Maria del Pianto*; et alibi.

* 11. V. garganicum; foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis oblongo-lanceolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus ovato-oblongis cuspidatis integerrimis, spica laxiuscula, filamentis lanatis. Planta tomento niveo secedente undique induta. *Ten. Fl. nap. III. p. 217. V. niveum.* Guss. *Pl. rar. p. 103.* Ten. *in literis* (1827) non *V. niveum Fl. nap. I. pag. 90. tav. XXII. V. garganicum.* Ten. *Relaz. del viag. di Abruz. p. 53.* excl. *var. B.* quae ad *V. phlomoidem* pertinet.

In monte *Gargano*, *presso S. Angelo*; in arvis et inter segetes. *Bienne.*

Obs. In itinere per Apuliam anno 1827 peracto, hanc pulcherrimam *Verbasci* speciem legi, et inconsulto *V. nivei* nomine inscriptam botanicis exteris quibusdam communicavi. Eodem fere tempore *cl. Gussonius* in laudatissimo *Plant. rar. Regni Neapolitani* opere, *Verbasci nivei* nomine hanc plantam evulgavit, et specimina quaedam in iisdem locis lecta mihi dono dedit. Quum vero *Verbascorum* species in Fl. Neap. describendas meliori examini subiicere debuerim, sub eodem *V. nivei* nomine, duas species satis distinctas in herbario asservatas inveni: verum *V. niveum*, videlicet, et alterum, quod *V. garganici* nomine evulgavi (*Confer. Fl. nap. l. c.*)

A *V. niveo* hoc in primis foliis omnino sessilibus non semi-decurrentibus differt.

* 12. V. longifolium; foliis oblongo-lanceolatis integerrimis, radicalibus subpetiolatis, caulinis superioribus amplexicaulibus, spica laxiuscula glomerulis multifloris longe pedunculatis purpureo-lanatis, longioribus glabriusculis, antheris miniatis duobus oblongis. Planta tomento aureo densissimo secedente undique induta. *Ten. Fl. Nap. I. pag. 89. tav. XXI.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

R. S. *Syst. 4. p. 345.* Schrad. *Verbasc. 2. pag. 10. Verbascum montanum tomentosum longifolium luteum, foliis non serratis, flore parvo D. Michelii.* Tilli *Hort. Pis. p. 171.*

— — B; spica valde ramosa.

— — C; tomento albicante.

In pratis montosis Aprutii omnes varietates promiscue occurrunt: *M. S. Franco, Velino, Piano di 5. miglia, Renani, Majelletta, Tittone, Campratore, Monte de' Fiori. Bienne.*

* 13. V. rotundifolium; foliis radicalibus longe petiolatis subrotundis, caulinis inferioribus ovalibus petiolatis, summis amplexicaulibus, omnibus crenatis undulatis utrinque candido-tomentosis, racemo simplici glomerulis remotis paucifloris, filamentis purpureo-lanatis, antheris aequalibus, capsulis oblongis acutis. *Ten. Fl. nap. I. p. 92. tav. XXIII.* Schrad. *Verbasc. 2. pag. 50.* Guss. *Fl. Sic. Prodr. I. p. 262.* An *V. rotundifolium.* R. et S. *Syst. veg. 4. p. 343? Verbascum tomentosum incanum, folio subrotundo et quasi circinnato, caule non alato, flore luteo, staminulis purpureis D. Micheli.* Tilli *Hort. Pis. pag. 171.*

In collibus Amalphitanis (*Micheli*). In demissis montium Lactariorum: *S. Angelo di Castellammare;* in montibus Cavensibus etiam ad muros, et in insula Caprearum. *Bienne.*

Obs. Qua ratione, postquam in speciem propriam botanici fere omnes hanc plantam receperunt, cl. Sprengelius denuo illam sub *V. phlomoide* inserucrit haud facile explicandum.

* 14. V. magellense; caule simplici, foliis radicalibus... caulinis inferioribus subsessilibus superioribusque amplexicaulibus elliptico-oblongis, vel obovatis cum acumine levissime crenulatis, foliis floralibus sensim decrescentibus, floribus per duas tertias partes caulis in fasciculos axillares longe dissitos dispositis; filamentis lanatis omnibus lana purpurea, antheris aequalibus reniformibus polline miniato. Planta tomento candido denso secedente undique obsita. *Ten. Fl. Nap. III. pag. 219.*

In pascuis Magellae. *Bienne.*

Obs. Pulcherrima species neutiquam cum aliis confundenda. Florum dispositio *V. majale* repraesentat, sed ab illo datis characteribus certe diversum. Ad *V. collinum* etiam accedit, at differt praecipue foliis minime decurrentibus, floribus racemum non efformantibus.

* 15. V. angustifolium; foliis crenulatis supra rugosis glabriusculis subtus floccoso-tomentosis, radicalibus subsessilibus caulinisque inferioribus lanceolatis, superioribus amplexicaulibus ovato-oblongis, spica simplici compacta, bracteis ovato-lanceolatis calycibusque floccoso-tomentosis, filamentis lanatis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 218. tav. CXXII.* Schrad. *Verb. 2. p. 32.* et hoc teste *V. calabrum* Richard (*in literis*). R. S. *Syst. veg. 4. p. 344.* Spr. *Syst. Veg. I. pag. 619.*

In Calabriae maritimis: *Nicotera* (Thomas). *Bienne.*

16. V. Lychnitis.

In pascuis montosis Aprutii: *Pizzo della giumenta* (Orsini) *Majella.*

Obs. A sequenti differt planta pallide virenti incana, foliis subtus dense tomentosis exsiccatione non nigrescentibus; floribus duplo majoribus, capsulis ovatis.

* 17. V. micranthum; caule ramoso, foliis radicalibus petiolatis oblongo-lanceolatis acutis crenulatis subtus canescentibus, caulinis sparsis sessilibus acuminatis, racemi compositi fasciculis remotis, pedicellis calycibus duplo longioribus, capsulis oblongis. *Moretti, Dec. plant. ital. 3. pag. 6.* Ten. *Flor. Nap. tom. III. pag. 221;* Guss. *pl. rar. pag. 103.*

— — A; foliis radicalibus obovato-ellipticis subtus incano-tomentosis. Planta 2-3-pedali floribus luteis, exsiccatione nigrescente. *V. Lychnitis.* Ten. *Fl. Nap. 3. loc. cit.* comparationis causa in *V. micranthi* descriptione allatum, et *tom. I. pag. 93.* excl. synon.

— — B. *Glabratum;* foliis utrinque glabris subtus pallide viridibus, radicalibus falcatis exsiccatione non nigrescentibus. Planta 3-4-pedalis; flores luteo-aurei. *V. micranthum.* Ten. *Fl. nap. III. p. 221.*

— — C; foliis radicalibus ellipticis grosse crenatis subtus incano-tomentosis, summis obtusiusculis, corollis majoribus palidioribus subtus glabris, An *V. monspessulanum?* an *V. heterophyllum.* Moretti *l. c.?*

In umbrosis montanis et collinis. A. *Camaldoli, Sanseverino, Castellammare.* B. *Majella, Velino, Monti di Roseto, Pizzo di Sivo, Pizzo della Giumenta* (Orsini). C. *Majella* (Guss.).

* 18. V. austriacum: *Gargano, Matese.*

* 19. V. nigrum.

In nemoribus Apuliae: *Gargano, et alibi.*

* 20. V. floccosum.

— — B; caule tricubitali ramosissimo subtus viridi non purpureo, foliis radicalibus pedalibus et ultra, caulinis superioribus in mucronem longe productis. An species propria?

In collibus apricis et agris sterilibus: *Capodimonte, Agnano, Camaldoli,* B. in *Aprutio, Samnio, Gargano.*

21. V. pulverulentum *Villars* et *Sprengel.*

Obs. Descriptio cl. *Schrad, Monogr. Verb. 2. pag. 17* nostrae plantae ex asse quadrat.

— — B. racemo simplici.

In montibus. Aprutii: *Pizzo di Sivo.* (Orsini). *Colle Bringione.*

* 22. V. argenteum; foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis oblongo-ovalibus, summis ovatis amplexicaulibus obtusis, florum racemo paniculato, fasciculis remotiusculis multifloris, pedunculis calycibus triplo longioribus, planta undique tomento denso gossypino argenteo tecta. *Ten. Fl. nap. III. p. 220.*

Caulis 4-5-pedalis, folia radicalia pedem longa 3. poll. lata. Plantae tomentum neutiquam farinosum, sed pilis argenteis intertextum, filamenta omnia lanata; corolla luteo-aurea. *Bienne.*

Ad Matesii radices in Samnio: *S. Gregorio.*

* 23. V. Blattaria.

In arvis et ruderatis.

* 24. V. phoeniceum: *Monte de' Fiori.*

In agris inter Bononiam et Modenam pulcherrimam hanc plantam sponte nascentem anno 1824 quoque legi.

* 1. Datura Stramonium. Undique communis.

Obs. Frigoris impatiens est: idcirco e calidioribus regionibus emigrasse putandum.

* 1. Hyoscyamus niger.

In montosis circa villicorum tuguria.

* 2. H. albus. Ad muros cummunis.

3. H. aureus. Ad muros in Aprutio Citeriori: *Chieti* (Orsini).

* 4. H. auriculatus, caule erecto simplici, foliis ovatis petiolatis acute sinuatis, petiolis alatis basis auriculatis, floribus subsessilibus, corollis luteis fundo venisque reticulatis purpureis, fructibus erectis. *Ten. Fl. nap. Prod. pag. 16.*

In montosis Hirpinorum: *Avellino, alle falde del Monte Calvanico, e presso Sirino.*

Obs. Caveas ne cum *H. aureo* hanc speciem conjungas, sicut cl. Sprengelio facere placuit; sunt enim plantae omnino diversae; *H. aureus* habet caules sublignosos diffusos, folia obtuse sinuata, fructus pendulos corollasque concolores: quod in nostro neutiquam invenies.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 1. Atropa Belladonna. In nemoribus montium totius Regni: *Monte Corno, Majella, Bagnuoli* (*alla foce delle Tronole*) *Cerealto, Monte Vergine, Gargano* (*alla valle del tesoro*), *Pollino.*

* 1. Mandragora officinarum L.

In montosis apricis Campaniae: *S. Germano, Monte Casino;* in Apulia: *Gargano;* Lucania occidua: *colline di Castellabate* prope Leucosiam; Calabria *Pollino.*

Obs Nostra planta, in qua laciniae calycinae plus minus elongatae observantur, bis quotannis in Horto Regio florentem habemus; autumno nempe et vere: *Mandragorae vernalis* idcirco differentia a diverso florendi tempore, nec non a calycis laciniarum longitudine quaesita, satis infirma mihi visa est.

* 1. Physalis Alkekengi.

In nemoribus montosis Aprutii: *Pettorano, Caramanico;* Lucaniae occidentalis: *Monte della Stella, Sessa, nel vallone di S. Giovanni;* Calabriae: *Castelluccio, Monteleone;* Japygiae: *Martina.*

* 1. Solanum sodomeum.

In litoribus ab insula Caprearum ad extremam Calabriam.

* 2. S. Dulcamara. Ad sepes humidas.

* 3. villosum. *S. miniatum. Fl. nap. III. pag. 410.* In arvis, hortis et ruderatis.

* 4. S. nigrum. Ibidem.

5. S. moschatum. Ibidem.

1. Lycium barbarum.

— — B. *lanceolatum.*

Ad sepes maritimas: *Pozzuoli, Baja, Ponte della Maddalena, Castellabate, S. Marco, Licosa, Perdifumo etc. in Principato Citra.*

* 2. L. europaeum. In Apulia, *Grotta Minarda.*

* 3. L. afrum. In Japygia: *Lecce.*

Rhamneae.

* 1 Rhamnus cathartica.

In sylvaticis montium Cavensium; in Calabria: *Certosa di S. Bruno alla Serra;* Apulia: *Manfredonia, Biccari, Alberona, Roseto.*

* 2. R. infectoria.

Ad sepes: *Carditello, Mondragone; Gargano* (*al monte di Mezzo*).

* 3 R. saxatilis.

Ad rupes Gargani: *Monte Sagro.*

* 4. R. pusilla; caule fruticoso inermi, foliis obovato-cuneatis ellipticis vel suborbiculatis mucronatis, utrinque venisque glabris, floribus polygamis, calycibus 4-fidis campanulatis, laciniis concoloribus tubo longioribus, stigmate trilobo, bacca obovata 3-sperma. *Ten. Fl. nap. III. p. 232. tav. CXXII. R. pumila* Schleich. et Thomas *pl. exsicc. ex Helv.* non *Lin.* nec *Wulfen* an *R. pumila* Spr. *Syst. Veg. I. p. 768.* excl. syn. Scopolii?

Obs. Planta mascula caule erectiusculo gaudet et omnibus partibus major est. An haec *R. rupestris* Villars?

In saxosis rupestribus montium Cavae: *Montefinestra*, et Stabiarum: *M. S. Angelo all'Acqua Santa, ed alla cappella di S. Michele;* Aprutii: *Majella, Monte Corno, Pizzo di Sivo, Velino.* Planta mascula in *Majella.*

* 5. R. Frangula.

In dumetis et palustribus: *Licola, Carditello.*

* 6. R. alpina. *Matese, Velino, Majella, Monte Corno.*

* 7. R. Alaternus.

— — B. foliis serratis.

— — C. angustifolia. *Alaternus. I. Clus. Hist. 1. pag. 50.*

In nemoribus, collibus et ad muros maritimos. *Castellammare* (*al Colle delle Monache*), *S. Maria in Portico, Pozzuoli, rupi presso Salerno, Casalicchio alla tempa de' Corvi* etc.

* 1. Zizyphus vulgaris. in Apulia: *Tavoliere, Masseria di Caracciolo;* Calabria.

1. Paliurus australis. In dumetis et ad sepes Lucaniae, *Pesto;* Calabriae etc.

Celastrinae.

* 1. Evonymus europaeus.

Ad sepes communis.

* 2 E. latifolia. In nemoribus Aprutii: *Monte di Pizzoli, M. de' Fiori, Majella.*

Grossularieae.

* 1. Ribes rubrum. In Aprutio: *Bocche di Chiarano prima di Scanno, alla valle dell'Orso et alibi* (Gravina).

2. Ribes vitifolium. *Host.* Flor. austr. t. I. pag. 308 R. petraeum; *Orsini* plant. exsiccatae ex *Monte de' Fiori.*

* 3. R. Grossularia. *R. Grossularia* et *R. Uva-crispa.* Lin. In Aprutio.

Ampelideae.

* 1. Vitis vinifera. *Vitis Labrusca antiquorum* Tournef. et Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 104.* non Lin.

— — B. *dioeca.*

In nemoribus Apuliae, Japygiae et Lucaniae. Vulgo *Labrusca.* Var. B. ad sepes circa *Neapolim* et alibi.

Obs. De hac planta confer quod scripsi in *Catal. della Collez. Agrar. del R. Orto Bot.* (1815) et in *Viaggio per diverse parti d'Italia, Svizzera, Francia, Inghilterra e Germania; tomo I. pag. 17.* (1828).

Flores dioeci
Leguminosae.

1. Ceratonia siliqua. Passim in Apulia: *Gargano, Bari;* Lucania occidentali: *Casalicchio alla tempa de' Corvi,* (Giordano) et in Calabria.

Violariae.

* 1. Viola odorata. In sylvis communis.

* 2. V. hirta. Cum praecedente.

3. V. Dehnhardtii; acaulis, stolonifera, foliis cordato-oblongis et cordato-subrotundis grosse dentatis utrinque scabriusculis petalis orbiculatis crenulatis, nectarifero subemarginato, calcari integro (*decolore*) calycibus obtusis, planta glaberrima. *Ten. Cat. Semin. H. R. neap. pro anno 1830. pag. 12.*

In sylvis circa Neapolim: *Camaldoli nella villa Ricciardi.* Primum invenit cl. Dehnhardt, hortulanus H. R. Neapolitani solertissimus.

Obs. V. odoratam et *V. hirtam* refert cum quibus facillime commutatur; sed ab utraque differt in primis glabritie, foliis oblongioribus profundius dentatis, nec non corollae forma, quae petalis omnino rotundis inferioribus purpureo-maculatis calcarique decolore gaudet. Corollae eas *V. odoratae* fere aequant, at illis *V. hirtae* duplo minores deprehenduntur. Cum iisdem speciebus simul crescit et cultura perstat. A V. *ambigua* Wald. et Kit., cui magis affinis est, dignoscitur ob folia basi exquisite cordata, petiolis glaberrimis, petalo cornuto emarginato, planta stolonifera.

* 4. V. palustris.

In Calabriae nemoribus: *alla macchia Sagra nella Sila.*

* 5. V. canina. In sylvis communis.

* 6. V. sylvestris. *Camaldoli, Monte della Stella.*

— — B. *minor;* floribus ultimis apetalis. *V. mirabilis* Ten. non Linn. *Castellammare.*

7. V. Riviniana. *Reich.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Calcari emarginato decolore lamina breviore, calycibus in fructu immutatis a praecedenti discedit; utraque a *V. canina* foliis rotundioribus, flore saturate purpureo inodoro, calyce obtusiusculo stigmate hirto differunt.

* 8. V. tricolor.

— — B bicolor. *V. arvensis.* Ten. *Fl. nap.*

* 9. V. parvula. *Ten. V. tricolor nana* DC. et Gay. *pl. exsicc. V. Kitaibeliana* R. et S.

In nemoribus Calabriae: *Aspromonte.*

10. V. lutea. In nemoribus montanis.

Obs. Caulescentia, foliorum pubescentia et figura, floris magnitudine, nec non brevitate nectarii cum *V. tricolore* convenit.

* 11. V. gracilis. *Smith.*

— — B. Flore luteo.

In pascuis montosis: *Piano di Faito a Castellammare, Pollino, Ruggia.*

Obs. Floribus duplo majoribus, nectariis duplo longioribus foliisque glabriusculis oblongis a *V. lutea* discrepat, cum qua vero convenit caule elongato, sed in *V. gracili* caulis est decumbens, et in *Viola lutea* firmus et erectiusculus.

* 12. V. calcarata.

In montibus Aprutii: *Velino, Majella;* Lucaniae: *Monte della Stella.*

Obs. Caule fere nullo nectarioque subulato recto petala subaequante a binis sequentibus differt. A *V. Zoysii* haud differre suspicor, consentiente cl. *Gaudin*, qui ejusdem varietatem facit.

13. V. grandiflora.

— — B. Flore luteo.

In pascuis montosis Aprutii.

Obs. Flos 12-15 lin. diametri, nectarium incurvum obtusum calyce duplo longius, folia ovata puberula obtusa vel acutiuscula leviter incisa; planta passim caulescens. Species intermedia inter *V. calcaratam* et *V. alpinam.* Floribus luteis caeruleis vel luteo-caeruleis variat. *Barr.* synonyma et icones: *Viola montana lutea subrotundo crenato folio ic. 691.*, et *V. montana caerulea tricolor folio subrotundo crenato ic. 692.* ad unam eamdemque plantam certe spectant, et ad hanc referre haud inconsultum foret.

* 14. V. alpina.

In summis Aprutii montibus: *Costone, Monte Corno, Intermesole, Pizzo di Sivo, Velino.*

Obs. Flores praecedentis duplo minores, nectario brevissimo calycem vix excedente. Planta fere acauli a praecedente dignoscitur.

Balsamineae.

* 1. Impatiens noli tangere.

In nemoribus montium Aprutii: *Monte Corno a S. Nicola, Pizzo di Sivo;* Calabriae: *Serra di S. Bruno.*

Paronychieae.

1. Paronychia capitata.

In Aprutii montibus.

2. P. nivea. Ad rupes Aprutii; *Valle oscura.*

* 3. P. polygonifolia. *Illecebrum Paronychia.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 236.*

— — B. *Foliis latioribus. P. mauritanica.* Willd. et Guss. *Pl. rar. pag. 105.* (ratione loci) *Gargano, Martina, Ginosa, Reggio.*

* 4. P. serpyllifolia. In aridis montosis Samnii: *Matese:* Aprutii: *Majella, Monte Corno;* Calabriae: *Pollino, Ruggia.*

Obs. Vix a *P. capitata* diversa.

* 1. Illecebrum echinatum. *I. verticillatum* Ten. *Fl. nap. Prodr. Suppl. I. pag. 60.*

1. Achyranthes argentea. Calabria.

Primulaceae.

1. Glaux maritima.

In litoribus Calabriae.

Caryophylleae.

* 1. Mollia alfinaefolia Spr. *Hagea alsinaefolia* Biv. *Pl. rar. Sic. manip. 3. p. 7.*

In sabulosis maritimis: *Fusaro.*

Apocyneae.

* 1. Vinca major.

* 2. V. minor.

In silvis occurrunt.

1. Nerium Oleander.

In torrentium alveis Calabriae: *Angitola, Rosarno;* Lucaniae occidentalis: *Fiumara di Agnone* in Leucosiae viciniis; Japygiae: *Martina, Taranto, Trebisacce.*

Gentianeae.

* 1. Menyanthes trifoliata. In lacubns montis Matesii.

1. Villarsia nymphoides. In aquis profundis. *Fondi.*

* 1. Erythrea Centaurium.

— — B. Flore albo.

In campis et pratis. *B.* in Lucania: *falde del Monte della Stella, Porcili;* et in Apulia: *Pantano salso a Manfredonia.*

* 2. E. ramosissima Pers. *E. pulchella.* Fries, *Chironia pulchella* DC.

In pascuis humidis: *Bagnoli, Fusaro, Pesto.*

Obs. Cum praecedente conjungendam esse censeo.

* 3. E. grandiflora *Biv.*

In collibus siccis Neapolis, Salerni, Calabriae.

* 4. E. spicata. In inundatis: *Bagnuoli;* Aprutii: *S. Valentino allo scafone della Pescara;* In Lucania occidua. *Piani di Acquavella, di Casalicchio.*

* 5. E. maritima Pers *E. lutea.* Bert. *Amoen. ital. pag. 76.* In maritimis prope Neapolim *Fusaro, Pozzuoli etc.;* Lucaniae occid. *Mercato alle falde del Monte Stella. Piani di Casalicchio etc.*

Digynia.

1 Gentiana lutea.

In pascuis montium editiorum: *Matese, Majella* usque ad *Pollino*, nec ultra.

* 2. G. cruciata.

In Aprutii montibus demissioribus: *Majella, Morrone, Colli presso Carsoli.*

* 3. G. Pneumonanthe.

In pascuis frigidis Aprutii: *Piano di 5 miglia.*

* 4. G. acaulis.

— — B. *Caulescens.*

— — C. *Grandiflora.*

— — D. *Angustifolia.*

Omnes varietates in herbidis alpinis Aprutii colligi possunt: *Majella, Monte Corno.*

* 5. G. alpina.

Cum praecedente: *Monte Amaro, Scrimacavallo.*

* 6. G. verna.

— — B. Foliis utrinque acutis *Barrel. Ic. 109. fig. 1.*

In pratis humidis Aprutii; *B. Monte de' Fiori.*

7. G. aestiva. *Ibidem; Velino, Grottacaprara.*

8. G. pumila. *Monte Corno.*

* 9. G. bavarica.

— — A. *Serpyllifolia.* Barr. *Ic. 101. fig. 1.*

— — B. flore caulem excedente, foliis radicalibus confertis rotundatis. *G. imbricata* Schleich non *Froelich.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — C. *Elongata.*
— — D. *Longifolia.*
In montibus Aprutii: *A Pizzo della Cavata;* (Orsini) *B. Majella; C. et D. Monte Corno.*
* 10. G. imbricata *Froelich.* Barr. *Ic. 101. fig. 2. Majella.*
11. G. nivalis.
— — B. Caule unifloro. *Barrel. Ic. 103. fig. 2.*
Ad nives deliquescentes; *Arapietra, Majella.*
* 12. G. utriculosa. *Velino, Monte Amaro, Monte Corno.*
* 13. G. ciliata.
Ad montium Aprutii radices: *Roccamorice, Caramanico, Scanno, Pettorano.*
* 14. G. Columnae; corollis infundibuliformibus fauce barbata calycibus duplo longioribus, tubo cylindrico elongato limbo 4-fido acutiusculo (non rotundato), calycibus tubulosis (non campanulatis) 4-partitis, laciniis lanceolato-linearibus subaequalibus (non ovato-lanceolatis), foliis oblongis utrinque attenuatis (non ovato-oblongis), caule gracili ramisque flexuosis. *Ten. Fl. Nap. III. pag. 248. G. campestris var. neapolitana* Froelich. *Gent. p. 91. G. purpurea minima.* Col. *Ecphr. 1. pag. 223. t. 221. f. 3.* (optima).
— — Flore albo.
In Aprutii pratis alpinis: *Piano di 5 miglia, Morrone.* Var. B. *Monte Corno, Vettore, Pizzoli.*

Obs. A *G. campestri*, cum qua facile confunditur, differt laciniis calycinis subaequalibus, corollae laciniis acutis; a *G. amarella* abludit calycibus non campanulatis, laciniis lanceolato-linearibus non ovatis, foliisque utrinque angustatis. *G. flava* Loisl. *Fl. Gall. edit. 2. tom. I. pag. 180 tab. 28.* ab hac differt caule simplicissimo rigido stricto non gracili ascendente subflexuoso e basi ramoso, corollis 5-fidis tubo conico, non 4-fidis tubo cylindrico, foliis ovato-lanceolatis nec oblongis utrinque attenuatis. Hujusce plantae a *G. campestri* diversitatem subodoraverunt cl. *Froelich* l. c. et *Smith in English Flora.*

Apocyneae.

* 1. Periploca graeca.
In Hydrunti maritimis: *presso il lago di Alimini.*
* 1. Cynanchum acutum. In Peucetia: *Bari;* in Calabria: *Reggio.*
2. C. monspeliacum. *Pantano Salso presso Manfredonia.*
3. C. nigrum. In Apulia.
* 4. C. Vincetoxicum. In sylvaticis ad montium radices commune.
* 1. Asclepias fruticosa.
In collibus circa Neapolim: *Capodimonte nel Parco Reale; Bari, Lecce.*

Convolvulaceae.

1. Cressa cretica.
In argillosis salsis maritimis Calabriae; *Reggio* (*Thomas*): *al Pantano delle saline presso Cappellaro* (*Gussone*).

Caryophylleae.

* 1. Velezia rigida. *Reggio.*

Chenopodieae.

* 1. Herniaria alpina. *Matese.*
* 2. H. glabra.
In montosis herbidis apricis Campaniae: *Lajano presso Frasso;* Aprutii: *Majella, Velino, Monte Corno.*
* 3. H. hirsuta.
In arvis sabulosis communis.
4. H. cinerea: *Martina, Lecce.*
5. H. incana.
In argillosis apricis Aprutii; *Colli, Assergio.*

* 1. Chenopodium melanospermum.
Ad sepes in Hirpinis: *Avellino.*
* 2. C. Bonus Henricus.
In pascuis montosis circa stabula: *Bagnuoli, Matese, Majella.*
* 3. C. ficifolium *Spr., Smith, Curtis.* C. *album* B. Lin. C. *serotinum* Huds.
In ruderatis et in agris.
* 4. C. viride. In campis pinguibus.
* 5. C. album. *Ibidem.*
* 6. C. opulifolium.
— — B; minor. C. *coneatenatum* Thuill.
In cultis cum praecedente.
* 7. C. murale. In ruderatis.
* 8. C. rubrum. In palustribus: *Agnano, Fusaro ec.*
* 9. C. ambrosioides. Secus vias ubique.
* 10. C. hybridum. In ruderatis montosis Aprutii; *Montevergine* in Hirpinis; *Sessa di Cilento* in Lucania.
* 11. C. foetidum. In ruderatis maritimis et submontosis: *Chiatamone, Ponte della Maddalena, Sessa di Cilento.*
* 12. C. polyspermum. *Avellino, Basilicata.*
* 13. C. maritimum. In inundatis salsis: *Fusaro, Lucrino, Pantano Salso.*
* 14. C. Jacquini; caule simplici erecto basi lignescenti ramis ascendentibus paniculatis, foliis carnosis semiteretibus obtusiusculis, floribus digynis axillaribus glomeratis, glomerulis approximatis, seminibus ovatis apice cochleatis. *Ten. Fl. Nap. III. p. 258. Salsola salsa* Jacq. H. *Vind. 3. p. 44.* non Linn. *Chenopodium salsum* Guss. *Fl. sic. prod. I. p. 299.* An *R. S.* et *Spr.?*
In stagnis maritimis: *Mare morto, Pantano Salso, Barletta.*

Obs. De hac planta confer quod scripsi in *Fl. nap. l. c.* Semina rubra? in *Salsola salsa* nigra orbiculata.

* 15. C. fruticosum. In arvis Apuliae: *Tavoliere, Barletta;* et in collibus maritimis Calabriae orientalis, Japygiae, Lucaniae; prope Neapolim: *Posillipo* (*Gussone*).
* 16. C. hirsutum. In inundatis salsis: *Fusaro, Licola.*

Obs. Semina cochleata, sed calyces immutati; idcirco planta inter *Chenopodium* et *Salsolam* intermedia.

* 1. Beta vulgaris. Ad agrorum margines.
* 2. B. Cycla.
— — B; racemis virgatis.
— — C; fructibus incrassatis. An B. *macrocarpa* Guss. *Fl. sic. prod. I. p. 302?*
In incultis Apuliae: *Gargano.* B. in Japygia: *Martina.*
* 3. B. maritima.
In ruderatis et arenosis maritimis: *Ponte della Maddalena, Bagnuoli;* Apuliae, Lucaniae ec.
* 1. Salsola Kali.
— — A. *Hirta.* S. Kali Lin. Willd. Schultes ec. S. *Kali var. aspera* Pallas *Illustr. t. 28. f. 1.*
— — B. *Glabra.* Spinosissima calycibus passim rosaceis. *Pallas l. c. t. 29. S. Tragus* Lin. Willd. Schult.
— — C. *Apula.* Caule erecto foliis tenuissimis bipollicaribus calycibus immutatis. *Pallas l. c. tab. 28. fig. 3.*
In arenosis maritimis. A. *rara.* B communis: *Bagnuoli, Pozzuoli ec.* C. in campis Apuliae: *Gargano, Viesti.*
* 2. S. Soda. *Fl. nap. III. p. 263* (e locis natalibus excl. *Viesti*).
— — B; subspinosa *Pallas l. c. t. 30.*
In Apuliae salsis: *Pantano salso.* B. *Barletta* et alibi.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 3. S. salsa; caulibus numerosis lignescentibus, ramis ascendentibus, foliis carnosis semiteretibus obtusiusculis incurvis, floribus 3-gynis axillaribus glomeratis, glomerulis continuis. *Lin. mant. 347.* Willd. *Sp. 1. 1312.*, Cav. *Ic. t. 290. Suaeda Salsa* Pallas *Illustr. p. 46. t. 39.* Sieb. *pl. exsic. ex Aegypto.* Lang *plantae exsic. ex Impero ruthenico; Chenopodium spicatum* R. S. *Syst. veg. I. p. 271.*

In stagnis maritimis Apuliae et Japygiae. Prope Neapolim: *Fusaro* (*Giordano*).

Obs. Semina nigerrima nitida levia, vix cochleata, sed calyces fere baccati ut in *Salsolis* legitimis.

* 4. S. oppositifolia.

In Adriatici litoribus.

* 5. S. hyssopifolia.

— — B. Humilis. *Suaeda hyssopifolia var. pumila.* Pallas *l. c. tav. 37.*

In arenosis maritimis: *Lucrino, Baja, Mare morto.*

Chenopodieae Polygamae.

* 1. Atriplex Halimus.

In arvis Apuliae: *Tavoliere, Ponte del Candelaro, Pantano salso.*

* 2. A. portulacoides.

In inundatis maritimis: *Fusaro.*

3. A. hortense.

In cultis Lucaniae: *Carbone.* (*Crocchi*).

* 4. A. patulum.

— — B; auriculis productis.

— — C; *virgatum Scopolii* non *Roth.*

In ruderatis maritimis. C. *Giulia nova.*

* 5. A. angustifolium.

In fossis et agris passim.

* 6. A. roseum. In maritimis: *Pescara, Torre valignana, Acropoli* prope Paestum.

Obs. Folia deltoidea inaequilatera, utrinque albo-lepidota, superioribus subintegris omnibus acuminatis, fructibus ecristatis. A. *Besserianum* Schult. *Syst. veg. 6. pag. 281* ab hoc non differt.

7. A. album *Scop.*

In maritimis Apuliae: *Bari, Barletta.*

Obs. Folia rhombea aequilatera omnia dentata apice plerumque obtusa supra viridia subtus farinosa, fructibus cristatis.

* 8. A. laciniatum.

In ruderatis maritimis: *Ponte della Maddalena, Pozzuoli, Fusaro.*

Obs. Folia deltoidea inaequilatera subhastata, profunde irregulariter sinuato-dentata, supra virescentia subtus argenteo-lepidota, fructus ecristati.

* 9. A. polyspermum; caule herbaceo erecto ramis patulis demum reflexis, foliis utrinque glauco-lepidotis, ovato-deltoideis obtusis profunde sinuato-dentatis omnibus, angulis acutis, valvis fructus triangularibus sinuato-dentatis dorso cristato-muricatis, floribus dense glomerato-subspicatis. *Ten. Fl. nap. Prodr. I. pag. 54.*

Ad sepes maritimas: *Pozzuoli, Gargano, Matinata, Viesti.* Ann.

* 10. A. diffusum; caule herbaceo humifuso ramosissimo, foliis triangularibus vel lanceolato-deltoidibus, obtusissimis subsinuatis subtus incanis, valvis fructus deltoideo-hastatis, auriculis dentatis disco levi, floribus dense glomerato-spicatis. *Ten. Fl. nap. prod. l. c.* A. *laciniata var. calyce vix unquam echinato;* Delile, *plantae exsicc. ex agro Monspeliensi.*

Ad Bajarum litora: *presso l' Osteria al fronte della salita detta la Sella di Baja;* nec alibi. Annuum.

Obs. Ab A. *tatarico* cum quo cl. *Sprengel* jungere arbitratus est, differt in primis caule humifuso, more *Tribuli terrestris*, nec erecto.

Amaranthaceae.

* 1. Amaranthus ascendens *Lois.* et *Reichemb. Cent. 5. p. 44. fig. 664. 665.* A. *Blitum* Ten. *Fl. nap. prod. pag. 54* et plurium auctorum.

In cultis et ad agrorum margines.

* 2. A. prostratus *Balbis.* Secus vias.

* 3. A. sylvestris. In fimetariis et campis pinguibus.

4. A. polygonoides. In maritimis Adriatici: *Pescara.*

5. A. retroflexus *Willd.* A. *spicatus* Lam.

In campis, prope Neapolim: *Poggioreale;* Lucaniae: *Salerno;* Apuliae: *Gargano;* Calabriae: *Monteleone.*

6. A. strictus.

In campis Apuliae: *Conversano, Bari;* Japygiae: *Lecce, Martina.*

† 7. A. albus.

In collibus maritimis circa Neapolim: *Strada nuova de' Bagnuoli* (Gussone).

Convolvulaceae Juss. et DC. *Amaranthaceae* Reich.

1. Cuscuta europaea.

In Aprutii montibus ad sepes. Parasitica *Humuli, Clematitis* et aliarum plantarum.

Obs. Ramosissima, longe procurrens, caules crassiusculi flavescentes, flores globosi, styli duo inclusi.

* 2. C. alba. *Presl.*

In arvis et ad fossas. Parasitica *Ocymi, Polygoni* ec.

Obs. Stigmatibus capitatis ab omnibus congeneribus facile dignoscitur.

* 3. C. Epithymum.

In pascuis montosis. Parasitica *Cistorum, Helianthemi, Galii, Labiatarum etc.*

Obs. Caules capillares parum procurrentes, flores infundibuliformes, styli exserti, stigmata acuta.

* 4. C. planiflora; caulibus capillaceis, floribus globosis 5-fidis laciniis ovatis obtusis patentibus, staminibus stigmatibusque simplicibus obtusis exsertis. *Ten. Fl. nap. III. p. 250.*

In montosis Samnii, Aprutii. Parasitica *rubiaccarum, plantaginis etc.*

Obs. Herba C. *epithymi*, flores C. *europeae*, sed styli exserti.

† 5. C. Epilinum *Reich.*

Fondi, Gaeta (*Notarjanni*).

Amentaceae.

* 1. Ulmus campestris. In nemoribus passim.

* 2. U. suberosa. Ad sepes, in dumetis etc.

Amentaceae Polygamae.

1. Celtis australis.

In collibus maritimis: *S. Maria in Portico, Gargano* (*alla Piana di Peschici*) Lucaniae: *Pesto, Velia,* nunc *Castellammare della Bruca.*

Umbellatae.

* 1. Eryngium pusillum.

In agris argillosis Lucaniae: *Ginosa.*

* 2. E. dichotomum.

In argillosis maritimis Calabriae: *Catanzaro;* Lucaniae: *Policoro, Pisticci.*

* 3. E. maritimum.

In litoribus: *Bagnuoli, Licola, Fusaro, Ponte della Maddalena* et alibi.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 4. E. campestre.

In campis argillosis passim: *Tavoliere*, *Chieti*.

* 5. E. amethystinum.

Monti di Caserta, *di Formicola*, *di Castellammare*, *de' Principati*, *Matese*, *Tavoliere*.

* 6. E. multifidum.

In agris argillosis Aprutii: *Roccamorice*; et in pratis montanis Lucaniae: *Monte della Stella*.

* 1. Hydrocotyle vulgaris.

In aquis lente fluentibus: *Canali di Maddaloni*, *di Acerra*.

* 2. H. natans. Cyrilli, Flora nap. tom. III. pag. 266. tab. 24. *Sebeto*.

* 1. Echinophora tenuifolia.

In maritimis et collibus Apuliae: *Cerignola*, *Canosa*, *Bari*; Lucaniae: *Policoro*; Calabriae.

* 2. E. spinosa.

In litoribus: *Bagnuoli*, *Pozzuoli*, *Pescara*.

* 1. Sanicula europaea.

In umbrosis sylvaticis.

* 1. Astrantia caucasica M. B. et Ten. Fl. nap. t. III. pag. 267. A. *major* Ten. *Fl. nap. prod.*

In herbidis montium Aprutii: *Majella*, *Fonte Cretarolo prima delli Renani presso Monte Corno*, *Pizzo di Sivo* (Orsini).

* 2. A. minor. *Grotta Caprara*, *Majella*.

Obs. A. *minor vera* habet flores A. *carniolicae* et folia A. *pauciflorae*.

* 3. A. pauciflora *Bert.* In Aprutii montibus: *Bosco dello Schioppito dopo valle corta e la montagna de' 7 Frati.* (*Gravina*) *Monte Corno*, *Costone*, *Intermesole*.

1. Bupleurum rotundifolium. Inter segetes passim.

* 2. B. protractum *Link* (B. *subovatum* et B. *lanceolatum Fl. nap. Prod.*).

Inter segetes Calabriae.

* 3. B. falcatum. In herbidis montium Hirpinorum: *Monte Vergine*; Aprutii: *Majella*.

* 4. B. glaucum.

In collibus maritimis Apuliae: *Mola di Bari*; Japygiae: *Taranto*; Calabriae orientalis, *Trebisacce*, *Cassano*; Aprutii: *Giulia nova*.

* 5. B. odontites. B. *Fontanesii* Guss. *Index sem. H. R. Boccadifalco, anni 1825.*

Inter segetes.

* 6. B. aristatum.

— — A. *rigidum* Guss. *Pl. rar.* pag. 114. fig. 1.

— — B. *gracile* Reich. *Cent. 2. t. 198. fig. 311.*

— — C. *perfoliatum* Column. *Ecphr.* I. p. 274. fig. 1.

— — D. *glumaceum*. Involucellis aristarum longitudine. *Ten.* l. c. an *Smith?*

In pratis sterilibus montosis. Var. B. in Aprutio, *Giulia nova* (*Orsini*) C. in montibus Insulae Caprearum, Stabiarum, Samnii, Hirpinorum etc. D. in Calabria (*Thomas.*)

* 7. B. *junceum*.

— — A. *Humile*; caule sesquipedali, fructibus acute costatis. B. *angustifolium* Lobel. *Hist. pag. 243. fig. 1.*

— — B. *Elatum*; caule 6-pedali, ramis brevissimis, fructibus leviter costatis. B. *angustifolium* Dodon. *pempt. p. 633.* an B. *junceum* verum *Linn?*

— — C. *Badium*; caule sesquipedali, fructibus subalatis *Reich. Pl. crit. Cent. 2. p. 57. tab. 156. fig. 297.* B. *badium* Rochel *pl. exsicc. ex Hungaria.*

* 8. B. cernuum; caule erecto, ramis incurvis flaccidis, foliis radicalibus oblongis caulinisque linearibus (2-3-lin. lat.) membranaceis flaccidis acutis 5-nerviis, involucro universali subtriphyllo, involucellisque 5-phyllis brevissimis inaequalibus lineari-setaceis; umbellis nubilibus plerumque cernuis, fructibus oblongis costatis, valleculis levibus vel substriatis. *Ten. Fl. nap. tom. I. in add. et emend. pag. 322. Fl. nap. III. p. 270.* (excl. synon. B. *Baldense* Host.) tav. CXXV. R. S. *syst. Veget. 6. p. 374.* Guss. *Pl. rar. 116.* B. *Baldense* Rochel *Pl. exsicc. agri Pestiensis* non *Host*, non *Kit.*

In herbidis montosis Samnii: *Monte Capraro*, *Monte di Mezzo*, *Matese*; Aprutii: *Valle oscura*, *Pettorano*, *Velino*, *Morrone*, *Majella*, *Pizzo di Sivo*, *Monte Corno*. Perenne.

Obs. Nulla cum B. *semicomposito*, cum quo a cl. *Sprengelio* male confunditur, gaudet affinitate. B. *falcato* potius simile dicendum est, a quo tamen fructibus compresso-tetragonis, foliisque linearibus aliisque notis discrepat. B. *cernui* specimen a cl. *Rochelio* accepi, B. *baldensis Host* nomine inscriptum, quapropter inter meae plantae synonyma hoc quoque recepi: quum vero cl. *Host* in sua *Fl. austriaca* nuperrime edita (*vol. I. pag. 347.*) suum B. *baldense* cum B. *ranunculoide* junxerit, planta videlicet a nostra valde diversa, plantae *Pestiensis* malam definitionem expertus, B. *baldense Hostii* e synonymis B. *cernui* delendum duxi.

* 9. B. semicompositum. In collibus aridis Lucaniae, Japygiae.

* 10. B. trifidum; caule paniculato erecto (2-3-ped.), foliis lanceolatis nervosis summis falcatis, involucris 3-6-phyllis involucellisque plerumque brevissimis setaceis, umbellis 3-fidis lateralibus et terminalibus, fructibus ovatis levibus angulato-alatis. *Ten. Fl. nap. prodr. p. 18. Fl. nap. III. p. 272. tav. 126.*

In montibus mediae et meridionalis regni regionum frequens.

* 11. B. tenuissimum.

In campis sterilibus regni neapolitani regionum mediae et meridionalis: *Salerno*, *Pesto*, *Perdifumo*, *Galdo*, *Sinopoli*, *S. Eufemia*.

* 1. Caucalis grandiflora. Inter segetes Aprutii, Samnii, et alibi.

* 2. C. latifolia. *Ibidem.*

* 3. C. daucoides. *Ibidem.*

* 4. C. platycarpos. *Ibidem*, et circa Neapolim.

* 5. C. maritima *Lam.* In litoribus: *Fusaro*, *Pesto*, *Gargano*, *Pescara*.

* 6. C. leptophylla. In arvis Apuliae.

Torylis Gaertn.

* 7. C. Anthriscus *Willd.*

Ad agrorum margines.

* 8. C. helvetica *Jacq.* C. *arvensis* Ten. *Fl. nap. prod.* pag. 18.

In arvis communis.

* 9. C. nodosa *Willd.*

— — B. *pedunculatis*; omnibus partibus duplo major, umbellis longe pedunculatis. An species propria?

In arvis communis. B. in campis Lucaniae: *Carbone* (*Crocchi*).

* 10. C. purpurea; caule glabriusculo striato, foliis 2-3-pinnatis foliolis lanceolatis inciso-serratis hispidiusculis, umbellis 2-5-radiatis, involucro subnullo, involucellis setaceis flosculos subaequantibus, petalis aequalibus fructibus tectis undique setis fuscis asperis apice capitato subglochidiatis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 279. tav. 131.*

— — B; foliis summis ternatis vel simplicibus linearibus elongatis integerrimis vel inciso-serratis. *Torylis heterophylla* Guss. *Fl. sic. Prodr. I. p. 326.*

Ad muros sylvarum et in sepibus: *Astroni*, *Capodimonte*; in Aprutio: *Poggio Ginolfi*, *Carsoli*, *Cappadocia*, *Fucino*; in Apulia: *Peschici*, *Gargano*; in Lucania: *Persano*, *Pesto*.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 1. Daucus Carota.
— — B. *Glaber* (D. *mauritanicus Lin.*). Ad agrorum margines.
* 2. D. polygamus.
— — B. *Maximus;* an D. *involucratus* Sibth?
In collibus siccis: *Capodimonte*, *Gargano*. B. in arvis Principatus citerioris prope *Sanseverino*.
Obs. Aculei incurvi basi dilatati.
* 3. D. maritimus *Lam.* Zannich. *Fl. ven. t. 190.* D. *scaber* Bertol. in lit. D. *setulosus* Guss. *pl. exsicc. ex Calabria.*
In sabulosis et collibus maritimis: *Bagnuoli*, *Monte nuovo*, *Calabria.*
* 4. D. gummifer. Ad rupes Miseni: Veliae: *Porticello*, *Palinuro.*
5. D. prolifer. In arvis.
* 6. D. hispidus. In arenosis maritimis: *Viesti.*
* 7. D. maximus. In tectis et muris ubique.
Obs. Aculei glochidiati, flores radiants majusculi.
* 8. D. muricatus. In arvis Principatus citerioris, Calabriae.
9. D. aureus. Inter segetes Calabriae.
* 10. D. meifolius. *Ten. Fl. nap. tom. III. p. 285* an Brot? *Ammi crinitum* Guss. pl. rar. p. 128. et Tenor. Viag. in Calabria pag. 119. DC. prodr. 113.
In argillosis Calabriae: *Spezzano Albanese*, *Cassano.*
Obs. Plantam quam in iisdem locis a cl. *Gussonio* indigitatis legi, et in itinere per *Calabriam* ad A. *crinitum* amandavi, accuratius inspectam, fructibus minime glabris sed muricatis gaudere comperi. Quapropter sub *Dauco* non sub *Ammi* eam militare expertus sum. An revera cum D. *meifolio Broteri* jungenda sit ulteriori disquisitioni commendare juvat.
* 11. D. parviflorus; hirsutiusculus, foliis bipinnatis, inferiorum foliolis ovato-oblongis, superiorum lineari-lanceolatis incisis, involucri foliolis subulatis abbreviatis, floribus non radiantibus (parvis), aculeis fructum glochidiatis. *Guss. Fl. sic. prodr. I. p. 322* an *Desf?*
— — B. *canescens;* foliis latioribus utrinque pallidis subvilloso-canescentibus involucellis 3-fidis.
— — C. *magellense;* floribus subradiantibus, involucellis, 3-fidis, umbellullis longioribus flosculo centrali purpureo sterili carnoso.
In collibus aridis: *Ischia.* C. in Magella. Biennis.
* 1. Ammi glaucifolium.
In collibus et ruderatis circa Neapolim passim.
* 2. A. majus. Inter segetes.
* 3. A. Visnaga. In collibus argillosis Aprutii: *Chieti*, *Roccamorice;* Lucaniae occidentalis: *Persano alla scafa inferiore.*
1. Conium maculatum.
In ruderatis, fimetis et fossis humidiusculis.
1. Selinum venetum *Spr. Peucedanum alsaticum* Mertens et Koch. *Athamanta sibirica* Guss. *pl. exsicc. ex Aprutio.*
In sepibus Aprutii: *Montorio*, *Teramo.*
* 2. S. austriacum *Jacq. Fl. Austr. t. 71.*
— — B. *Fuchsii;* foliolis lanceolatis, caule profunde sulcato. *Dauci tertium genus* Fuchs. *Hist. pag. 233. Seseli pannonicum* Il. Clus. *Pann. 691. S. montanum* Il. Clus. *hist. 2. p. 193. Moris. S. 9. t. 11.*
Majella, *Monte Corno.*
* 3. S. Oreoselinum *Scop. Athamantha Oreoselinum* Linn.
In herbidis montosis Hirpinorum: *Montevergine;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella*, *Velino.*
† 4. S. palustre. Guss. *pl. exsic. ex Monte Corno.*
† 5. S. Seguieri. *Petag. Inst. t. 2. p. 495.*
In montibus nostris.

* 1. Athamantha Libanotis *Lin. Seseli Libanotis*, Koch et DC.
— — A; foliis latioribus basi decussatis, umbellis densis. *Jacq. Fl. Austr. 4. t. 392.*
— — B; foliis infimis plerumque simpliciter pinnatis, foliolis angustioribus, umbellis pauciradiatis. A. *sibirica* Lin. Gmel. *Sib. 1. p. 86. tab. 40. fig. 2.*
In pascuis sterilibus montium Aprutii. A. *Morrone presso Sulle.*
2. A. macedonica. *Spr. Bubon macedonicum* Lin.
Ad muros pagi Divi Angeli in *Monte Gargano.*
* 3. A. sicula L. *Bubon garganicum* Ten. Fl. nap. I. pag. 123. tav. 25.
In rupibus Gargani: *Grotta di S. Angiolo*, *S. Giovanni Rotondo*, *Monte sagro*, *Castelpagano.*
† 4. A. Matthioli *Wulf. Seseli Turbith Lin.* Petag. Inst. tom. II. p. 532. In nostro regno.
* 1. Meum athamanthicum *Jacq. Fl. Austr.* t. 303. *Aethusa Meum Lin.*
In pascuis montosis editioribus Aprutii: *Pizzo di Sivo;* Calabriae: *Pollino.*

Obs. Hujus stirpis radix apud nos *Imperatoriae* radicis loco passim venditatur.

* 2. M. segetum Fl. nap. III. p. 291. an *Anethum segetum* Lin?
Inter segetes Apuliae: *Tavoliere.*
† 3. M. Mutellina. *Notarjanni; Viag. Bot. t. II. p. 17. Monte Chiarino presso Fondi.*
* 1. Foeniculum officinale. *All.* et *Gartn.*
In collibus siccis passim.
* 2. F. piperatum. *Meum piperatum* Guss. *Fl. sic. prodr. I. p. 345* et *Ten. Fl. nap. III. p. 291. Anethum piperatum* Ucria.
In collibus maritimis, prope Puteolos: *Arco Felice;* in Calabria: *Cotrone*, *Siderno;* Japygia: *Policoro.*
* 1. Peucedanum officinale.
In pratis montosis: *Montevergine*, *Matese*, *Majella*, *Gargano*, *Tavoliere.*
* 1. Cachrys Libanotis. C. *levigata* Ten. Fl. nap. prodr. pag. 19
— — B. *Sphaerocarpa* Ten.
In montosis siccis: *Gaeta.* B. *Montevergine.*
* 2. C. alata M. B. *Laserpitium ferulaceum* et *Ferula alata* Ten. *Fl. nap. prod. Supp. 2. pag. 60.* et Ten. *Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. 7.*
— — B; fructibus elongatis. *Cachrys cylindracea* Guss. *Pl. exsicc. ex Calabria;* et Monticelli *Ragguagli Accademici della Società Reale Borbonica per l' anno 1829.*
In pascuis et herbidis montosis editioribus Stabiarum: *Monte S. Angiolo di Castellammare;* Hirpinorum: *Montevergine.* B. Calabriae: *Dirupata di Murano;* Aprutii: *Chiarino*, *Monte Corno.*
* 3. C. maritima *Spr.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 295. Crithmum maritimum* Lin.
In saxosis maritimis. Circa Neapolim: *Posillipo*, *Miseno*, *Fusaro*, *Granatello.* In Lucania occidentali, ab *Acropoli* prope Posidonium ad Melphim trans Palinuri promontorium.
* 4. C. pungens *Jan. elench. plant.* II. Bot. Parmensis, *in addend. et emend.* pag. 4. *Guss. Fl. sic. Prodr. I. in add. et emend. pag. 7. Cachrys sicula longifolia* Guss. *Pl. rar. p. 121.* et *Fl. sic. prodr. I. p. 359.*
Ad agrorum margines et in collibus aridis Apuliae: *Gargano;* Calabriae: *Coscile*, *Taverna nuova*, *Corigliano*, *Francavilla*, *Reggio.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 5. C. sicula.

In arenosis maritimis, Calabriae, Lucaniae, Japygiae.

* 6. C. dichotoma *Spr. Tordylium peregrinum* Linn. *Conium dichotomum* Desf. *Krubera leptophylla* Hoffm.

In agris argillosis; Apuliae: *Siponto, Tre santi;* Calabriae: *Cotrone, Cassano*

* 7. C. triquetra *Spr.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 294. Laserpitium triquetrum* Venten. *Perlebia triquetra* DC. *Memoire des umbelliferes* pag. 65. *Colladonia triquetra* DC. *Prodr. tom IV. pag. 240.*

In agris Lucaniae, prope *Tricarico alla Serrra del Ponte* (*Rosano*).

Obs. Ob fructum cylindraceum non lateribus magis quam dorso compresso alis 8 aequalibus praeditum, unde fructui C. *alatae* omnino simile deprehenditur, nec non ob petala inflexa, haec planta ad *Prangodis* genus neotericorum potius referenda videtur; claris. *Decandollius* tamen (loc. cit.) ex ea novum constituere genus arbitratus est, quod primum *Perlebia* deinde *Colladonia* dixit.

* 1. Ferula communis; caule terete, foliis supradecompositis utrinque viridibus, foliis lineari-setaceis flaccidis, umbellis lateralibus masculis longius pedunculatis, involucro caduco vel subnullo, fructibus ellipticis vel subrotundo-ellipticis utrinque obtusis rotundatis nitidis glabris costis obliteratis *Linn. Willd. sp. I. p. 1411. R. S. Spr. Syst. veg. I. p. 914. Ferula* Matth. *p. 416. Dod. pempt. 321. fig. 1. Lobel Ic. p. 778. Ferula folio foeniculi, semine rotundiore et latiore* J. Bauh. *Hist. III. p. 43. Ferula tenuiore folio* Moris, S. IX. t. 15. fig. 3. *Dalech. pag. 754. Ferula communis* Smith. *Prodr. Fl. gr. I. p. 190.*, et *F. nodiflora* Smith *l. c.* (exclusis synon.) *Fl. Gr. t. 274.* non *Lin.* nec. *Jacq.* F. *communis* et F. *nodiflora* Guss. *Prodr. Fl. sic. I. p. 365;* ab altera excl. syn. *Panaces Asclepium ut existimatur* Dod. *pempt. p. 301.* F. *nodiflora* Bert. in literis.

In collibus et arvis. Prope Neapolim secus viam ad Puteolos, item penes rudera Portae Cumarum, quae vulgo audit: *Arco felice;* in Apulia: *Tavoliere* et alibi.

Obs. Cl. *Smithii* consilio, botanici plerique hanc plantam pro F. *nodiflora Lin.* sumserunt, sed nullos certos characteres protulerunt quibus ipsa a F. *communi* dignosci possit. Indistincte igitur ex hortis botanicis quibusdam, semina F. *communis* vel F. *nodiflorae* nomine inscripta accepi, ex quibus semper unam eamdemque plantam, F. *communem* nempe, obtinui. Quapropter plurium annorum observationibus, necnon auctorum variorum descriptionibus et synonymis et exsiccatis speciminibus consultis, F. *nodiflorum* Smithii, Gussonii, Bertolonii et aliorum, F. *communis* synonima duxi. Quod vero ad F. *nodiflorum* Jacquini attinet, quam ad F. *Ferulaginem Lin.* iidem celeberrimi scriptores referri arbitrantur, sub hac specie inferius enucleari audebo.

* 2. F. glauca; caule terete, foliis supradecompositis subtus glaucis, foliolis linearibus subcarnosis 3-fidis, involucris linearibus setaceis subpersistentibus, umbellis lateralibus fertilibus, fructibus elliptico-oblongis rore glauco adspersis costis obliteratis.

— — B. *Major;* foliis latioribus. F. *glauca* Linn. *H. Cliff. 95. Spec. 355.* Willd. *Spec. I. p. 1412.* R. S. DC. *Fl. Fr. suppl. p. 514* et hoc teste F. *communis* Gouan *H. mons. p. 140.* F. *Ferulago* Desf. *Atl. I. p. 251* (excl. synon. *Dod.* et *Lobel.*) Ten. *ad Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 13.* F. *tingitana* Scopoli *Del. Ins. I. p. 18. t. 9.* non Lin. *Ferula folio glauco, semine lato oblongo* Bauh. *Hist. 3. p. 45.* icon bona. F. *latiori folio* B. *pin. 148.* Moris. *Hist. 3. S. IX.* p. 309. quoad descriptionem et synonyma, non quoad iconem *t. 15. f. 1.* quae ad F. *nodiflorum* pertinet.

— — B. *Minor;* foliis angustioribus. F. *Ferulago* Lin. *Spec. 355.* (excl. synon. quae ad var. A pertinent.) F. *glauca* Delile *pl. exsicc.* ex agro monspeliensi. *Ferulago tenuiore folio* Bauh. *pin. 148.* F. *Ferulago* R. S. *syst. veg. 6. p. 915.* (exclus. omnib. synon.) non F. *Ferulago* Spr. nec *Guss.*

Var. B. tantum extat in montosis Insulae Caprearum: *Monte del Telegrafo.*

Obs. Quum cl. Lamarckius (Encycl. t. 2. p. 455.) F. *Ferulaginem* Siciliae indigenam faciens, an a F. *glauca* satis distincta esset quaesivisset, occasionem mihi praebuit, ut in IV. Fl. neap. prodr. appendice de earumdem plantarum identitate dubium protulerim. Dum vero hisce superioribus annis F. *Ferulaginem* Lin. in F. *nodiflora* Jacquini botanici plerique amoverunt, iterum eas consulere et accuratiori examini subjicere curavi. Et in primis de F. *nodiflora Jacq.* agens, descriptiones et synonyma quae de F. *Ferulagine* antiquiores botanici protulerunt, in ea minime quadrare mihi visa sunt. Planta Jacquini nempe, quam passim in hortis cultam sub oculis habeo, caulem profert profunde sulcatum pollicis crassitiei, bipedalis altitudinis, folia utrinque obscure virentia parum ampla: tum caeterae plantae dimensiones ab affinibus longe diversae deprehenduntur. F. *Ferulago* vero, juxta cl. *Morisonii* et *Bauhini hist.* definitiones (loc. cit.) *est planta radice brachii crassitie, caule altissimo* TERETE, *quinos aut senos cubitos alto, foliolis ad glaucum colorem in adversa parte tendentibus.* Quas contrarias notas in una eademque planta quaerere insanum consilium foret. Si contra descriptiones F. *glaucae* et F. *Ferulaginis Lin.* consulere probe volueris, nihil fere in eis contineri invenies, quod utrique plantae convenire non possit. Tales absque dubio sunt notae in semibus lato-oblongis, foliolis lanceolato-linearibus, et plantarum magnitudine indigitatae. Quapropter quod cl. *Lamarckius* cum dubio exibuit earum specierum junctionem, validioribus argumentis innixus mihi prorsus persuasi. Recentiorum opinionis fundamentum detecturus, in cl. *Morisonii* allucinatione petii, quum *Ferulae folio glauco semine lato*, et G. *Bauhini* descriptioni, iconem alienae plantae, evidenti errore, adnectere arbitratus sit. Icones *Dodonei p. 321. fig. 2.* et *Lobelii ic. p. 779* nempe, quae F. *Ferulaginis* nomine inscriptae observantur et ad F. *nodiflorum Jacq.* pertinent, ipse *Morisonius* in suis iconibus recudi curavit, et F. *latiori folio* nomine inscripsit.

* 3. F. neapolitana; caule tereti glauco 5-8-pedali, foliis supradecompositis, supra pallide viridibus subtus glaucis, foliolis 3-5-partitis, laciniis planis lanceolato-linearibus flaccidis, umbellis intermediis pedunculatis, lateralibus elongatis masculis, involucris lineari-setaceis caducis, fructibus oblongis utrinque acutis, costis prominulis acutis. *Ten. Fl. Med. e particol. di Nap. t. I. p. 216.* et *ad Fl. neap. prodr. app. IV.* in *Fl. nap. III. pag. 7.* et Fl. nap. t. III. pag. 340. tav. 132.

In collibus circa Neapolim.

Obs. Ab affinibus, haec planta fructibus angusto-oblongis utrinque acuminatis costisque acutis, abunde differre facillime dignoscitur.

* 4. F. nodiflora; caule angulato-striato (2-4-pedali), foliis decompositis, plerumque ad basim petiolorum decussatis, foliolis linearibus planis divarlcatis (6 lin. long. ÷ lin. latis), involucris polyphyllis lanceolatis reflexis persistentibus, umbellis omnibus fertilibus subternis, terminali intermedia sessili, fructibus obovatis obtusis planis, costis prominulis obtusis.

— — A. *Laxa;* ramis floriferis alternis vel oppositis remotis. F. *nodiflora* Lin. *Sp. p. 356* (excl. synon. *Bauh.* et *Lob.*). R. S. *Syst. veg. 6. pag. 591.* (excl. synon. *Bocc. Bauhin.* et *Bubon rigidius* Lin.) F. *nodiflora* Spr. (excl. *Bubon rigidius* Lin.) *Libanotis ferulae folio et semine italica* Bocc. *Mus. t. 123. f. 3.* Barrel. *ic. 835.*

— — B. *Conferta;* ramis floriferis subverticillatis approximatis paniculatis. F. *nodiflora* Jacq. *Austr. app. t. V.* F. *Ferulago;* var. *commutata,* Rochel *Pl. Banat.* Pestini (1828). pag. 63. t. 24. fig. 50. Roth. *Enum. p. 860.* Steudel et Hochstetter Enum. plant. germ. *ex Hoppe* observat. in *Flora oder*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Botanische zeitung (1827.) *t. I. pag. 507. Ferulago* Dodon. *p. 321. f. 2. Galbanifera ferula* Lobel. *ic.* p. 779.

In collibus calcareis Campaniae: *Itri*, *Gaeta*; Aprutii: *Avezzano*; Calabriae: *Mongrassano*, *Sanmarco*.

Obs. Ab hujusce speciei synonymorum et iconum censu, *Panax Asclepium ferulae facie* Dod. et Lob. auferendum putavi, quum plantam ab hac satis diversam exhibere mihi visum sit. Plantae habitu, et praesertim foliorum rigiditate, ad *Cachrydis* speciem *Panax Asclepium* potius pertinere videtur, et forsan ad var. *cylindraceam* C. *alatae*. F. *nodiflora* Jacquini, quam *Florae germanicae* botanici plerique ad F. *Ferulaginem* Lin. amandavare, denuo ad *veram F. nodiflorum* ipsius Lin. pertinere, statuit cl. *Hoppe* (*Confer* Flora oder *botanische zeitung* loc. cit.).

* 5. F. Barrelieri; caule sulcato glabro, foliis supradecompositis coarctatis, circumscriptione lanceolata, foliolis trifidis, laciniis lineari-setaceis confluentibus (2 lin. long. ÷ lin. lat.) scabriusculis rigidis mucronatis, umbellis verticillatis fastigiatis, terminali sessili vel pedunculata, involucris involucellisque oblongo-lanceolatis coriaceis, fructibus ellipticis, costis prominulis obtusis. *Ten. ad Fl. nap. prodr. Suppl. IV. in Fl. nap. III. pag. 7.* et Fl. nap. t. III. pag. 342. tav. 133. (exclus. var. B.)

Libanotis tenuifolia italica Barr. *Ic.* 836. *Obs.* 640. Bocc. Mus. 123. f. 1.

In Samnii et Aprutii montibus: *Trivento*, *Campobasso*, *Morrone al salto dell' Orso* (Barr.).

6. F. sulcata Desf. F. *Barrelieri* B; caule 3-4-pedali, foliis supradecompositis, ramis floriferis verticillatis abbreviatis. Ten. *Fl. nap. tom. III. pag. 342. Ferula Ferulago* Guss. non *Linn.* ex descriptione et specimine F. *nodiflorae* nomine ad me misso, quam deinde in *Prodromo Florae Siculae* ad meam F. *Barrelieri* traxit.

In montibus Samnii et Aprutii: *Avezzano*.

* 7. Opoponax *Spreng. Pastinaca Opoponax* Linn.

— — B. Involucris involucellisque persistentibus. *Laserpitium Chironium* Linn. *Sp. 1. p. 376.* Willd. *Sp. 1. p. 1419.*

In pascuis montanis Samnii: *Matese*; Hirpinorum: *Montevergine*; Calabriae: *Monteleone*; Peucetiae: *Barletta*; Japygiae: *Mesagne*, *Lecce*.

* 1. Laserpitium latifolium.

In herbidis montosis, Hirpinorum: *Cerealto*, *Montevergine*; Samnii: *Matese*; Aprutii: *Majella*, *Monte de' Fiori*; Stabiarum: *Monte S. Angelo di Castellammare*.

* 2. L. gallicum.

In argillosis subalpinis: *Pietracamela*.

† 3. L. trilobum *Petag. Inst. tom. II. pag. 502.* In nostro *Gargano*. An *Physospermum acteaefolium?*

* 1. Tordylium officinale.

— — B. *Canescens*; fructibus ovatis. T. *microspermum* Ten. *Ad Fl. nap. add. et emend. in append. semin. 1827.* T. *minimum apulum* Col. *Ecphr. I. p. 124. ic.*

In collibus apricis siccis: *Salerno*, *Eboli al colle di S. Giovanni*; Calabriae: *Capocolonna*, *Torre a mare*; Japygiae: *Otranto*, *Lecce*, *Taranto*; Apuliae: *Tavoliere*. Var. B. *Gargano*: *Ischitella*, *Peschici*.

Obs. Petala radiantia in hoc inaequaliter, in sequente aequaliter biloba.

* 2. T. apulum *Lin.* excl. synon. *Columnae*.

In agris et collibus herbidis Aprutii, Apuliae, Lucaniae, Calabriae.

* 3. T. humile.

In collibus apricis Aprutii: *Carsoli*, *Colli*.

Obs. A praecedenti differt caule debili humiliori e basi ramoso, foliolis oblongis magis incisis, involucellis setaceis duplo brevioribus, floribus plerumque abortientibus, fructibus duplo minoribus, interna facie aureo-nitida.

* 4. T. maximum.

Ad sepes et in arvis passim.

* 1. Heracleum flavescens. *H. Spondylium* B. Ten. *Fl. nap. III. pag. 301.*

In nemoribus subalpinis: *S. Nicola di Monte Corno*.

* 2. H. dubium; foliis ternatis, foliolis petiolatis cordato-ovatis lobato-dentatis, caule sulcato petiolisque subhispidis, floribus subaequalibus viridibus, involucellorum foliolis linearibus aequalibus, persistentibus, fructibus ellipticis glabris. Ten. *Fl. nap. III. pag. 307.* H. *Spondylium* A; H. *Panaces.* H. *sibiricum*, et H. *lanatum* Ten.. *Fl. nap. prod. pag. 19.* non *Linnaei* nec auctorum.

In pratis humidis montium Samnii, et Aprutii: *Majella: Vallone di S. Spirito*, *Vallone di Caramanico*, *Assergio*, *Pietracamela*. Perenne.

Obs. Plantam hispiditate et foliorum divisione mirum ludentem, ad citatas *Heraclei* species trahere diversis temporibus conatus sum. Ab omnibus tamen datis characteribus differt. *H. cordato Presl.* proximior videtur, a quo foliis minime pinnatifidis, floribus viridibus, involucellorum foliolis aequalibus, fructibus ellipticis omnino glabris facile alia dignoscitur.

* 3. H. Orsini; caule sulcato muricato-scabro, foliis simplicibus cordatis subcoriaceis utrinque glabris (scabris vel hispidiusculis) obtuse lobatis tripartitisque, lobis acuminatis, inaequaliter crenato-serratis, floribus virescentibus subradiantibus, seminibus obovatis, involucellis linearibus. *Guss. Pl. rar. pag. 133. tab. 27.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 301.*

In glareosis editiorum montium Aprutii: *Velino*, *Campoaprico*. Perenne.

* 1. Angelica Archangelica; caule glabro tereti striato, foliis bipinnatis foliolis subcordato-lobatis grosse dentatis, floribus viridi-lutescentibus. *R. S. Syst. veget. 6. p. 599.*

— — A. *Angelica Linnaei*; foliis longe petiolatis subcordato-ovatis obtusiuscule dentatis, extremo tripartito vel ternato involucro subnullo. *Angelica Archangelica* Linn. *Sp. I. p. 360.* A. *Smyrnium Cordi.* Lob. *Ic. 698.* A. *sativa* Moris. *Hist. 3. S. 9. t. 3. f. 1.* A. *verticillata* Schleich. *Pl. exsicc.* Ten. *Fl. nap. prod. suppl. 2. p. 67.* non Linn. an A. *major* Lagasca *Nova Gen. p. 17. n. 161?*

— — B. *Angelica Wahlembergii*; foliolis subcordato-oblongis subdecurrentibus vel breviter petiolatis argute dentatis extimo trilobo, involucro polyphyllo. *Angelica Archangelica* Wahlemb. *Fl. Lapp. pag. 72. Fl. Dan. t. 206.* Smith. *Fl. Brit. I. p. 311.* Lagasca *loco cit. n. 162.* Schleich. *Pl. exsicc. Archangelica Clusii* Moris. *Hist. 3. S. 9. t. 3. f. 5.*

In convallibus montium borealium Regni *var. A.* tantum adest.

* 2. A. sylvestris; foliis bipinnatis, foliolis distinctis non decurrentibus basi subbilobis acute serratis, floribus albidis. R. S. *l. c. p. 600.*

— — A. *sylvestris*; caule glabro glaucescente, petiolis pedunculisque glabriusculis, foliolis ovatis. A. *sylvestris* Linn. *Sp. I. p. 361.* Willd. *Sp. I. p. 1429.* Dodon. *pempt. 318.* Lob. *Ic. 850.*

— — B. A. *villosa*; caule cano-pubescente, petiolis pedunculisque villoso-scabris, foliolis oblongo-lanceolatis acuminatis. A. *sylvestris galliciensis.* Besser ex R. S. l. c. Lagasca *Nov. Gen. p. 13. n. 160?*

— — C. A. *sativa*; glaberrima laete virens, radice carnosa dulci. A. *sativa* Mill. Dict. p. 1. A. *Archangelica culta* Hortulanorum.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Var. *A.* in montosis siccis. *B.* in demissis aquosis vel humidis communis. *C.* in hortis colitur.

* 3. A. Carvifolia *Spreng.* et *Schult. Selinum Carvifolia* Lin. et Ten. *Fl. nap. prod. suppl. 4. in Fl. nap. III. p. 6.* Flora Dan. t. 667. *Ligusticum apioides* B. Ten. *Fl. nap. III. pag. 303.*

* 1. Imperatoria Chabraei *Spreng.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 308. Selinum Chabraei* Willd. *Sp. I. p. 1399.*

In montibus Aprutii: *Majella, Monte Corno;* Calabriae: *Pollino.*

* 1. Ligusticum Cervaria *Spr. Athamantha Cervaria* Linn. A. *latifolia* Viviani *Fl. Ital. fragm. fasc. I. p. 18. t. 22.*

In pascuis montosis Hirpinorum: *Montevergine;* Picentinorum: *Sanseverino;* Samnii: *Campobasso.*

* 2. L. apioides. In montibus Hirpinorum: *Montevergine;* Aprutii: *Velino, Majella, Monte Corno;* Apuliae: *Gargano* (*tra S. Angiolo e Matinata*); Calabriae: *Sila* (*tra, S. Marco e Mongrassano*).

3. Ligusticum cuneifolium; caule ramoso, foliis tripinnatis nitidis, foliolis pinnatifidis, laciniis abbreviatis cuneiformibus trifidis obtusis aristatis approximatis, involucro polyphyllo persistenti, fructibus ovalibus glabris. *Guss. Pl. rar. pag. 130. tab. 26.* L. *pyrenaicum* Ten. *Fl. nap. III. pag. 303.* et Moricand *pl. exsicc. ex Pyrenaeis.* Ten. *Viag. di Abruzzo pag. 58.*

In herbidis montosis Aprutii: *Velino, Majella alla valle di Orfenta, Morrone.*

Obs. In meis speciminibus semper deest folium pinnatum umbellae centrali subjectum, quod in ic. Guss. loc. cit. raepresentatur.

4. L. austriacum. L. *Hacquetii* Gusson *pl. rar. p. 132* et Ten. *Fl. nap. III. pag. 304.* L. *carniolicum Scopolii* Welden. *pl. exsicc. Athamantha Golaka* Hacq. *Pl. Carniol. tab. V.*

In vallibus montium Aprutii inter saxa: *Majelletta* (*presso li Trocchi*), *Monte Corno, Morgone, Intermesole, Morrone.*

* 5. L. resinosum; caule striato subnudo apice ramoso, foliis pinnatis bipinnatisque, foliolis pinnatifido-incisis dentatisve subdecussatis, vaginis superioribus aphyllis, involucris linearilanceolatis, fructibus ovatis (non compressis glaucis) floribus luteis. *Guss. Fl. sic. prod. I. pag. 335.* Presl. *del. Prag. p. 137! Ferula nudicaulis* Spreng. *Sium graecum* Guss. *Cat.* non Linn.

In pascuis montosis Calabriae: *Aspromonte* (*ai Matarazzelli*), *Sila* (*sulla collina all' ovest del fiume Musone presso la Forca di Bova*) (Guss.)

* 6. L. athamanthoides *Spr. Athamanta pubescens* Dc. *Fl. Fr. supp. pag. 511. Ligusticum sibiricum* (quod si novum L. *Hermanni*) Guss. *Pl. exsicc. ex Aprutio.*

In Aprutii montibus: *Morrone* (Guss.)

* 7. L. alpinum *Spr.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 305. Bunium alpinum* Kit. B. *petraeum* Ten. Fl. nap. prodr. suppl. I. p. 60.

In saxosis editioribus montium Aprutii: *Majella* (*Scrimacavallo, Focaleto, Monte Amaro*); *Pizzo di Sivo* (Orsini).

* 8. L. garganicum; foliis bipinnatis, foliolis oblique-ovatis, coriaceo-venosis, glabris, margine cartilagineo integerrimo, summis, 2-3-partitis, involucro universali polyphyllo, foliolis membranaceis, seminibus glabris. *Ten. Fl. nap. Prodr. pag. 19. Ligusticum Garganicum, amplis foliorum lobis D. Micheli.* Till. Pis. tab. 39. f. 1. *Ten.* Fl. nap. I. pag. 122. tav. 24.

— — B. *Minor;* foliis angustioribus. *Laserpitium Siler* Ten. *Fl. nap. III. p. 279.* L. *siculum* Mauri *Pl. exsicc. ex Pizzoli* (in literis) non *Spreng.* L. *tenuifolium* Ten. *Relaz. del viag. di Abruz. pag. 59.*

In Gargano: *Coppa di mezzo a S. Marco in Lamis;* in Aprutio: *Velino.*

Obs. De hac planta confer quod scripsi in *Fl. nap. loco cit.* et in *Fl. med. univers. e part. di nap. t. I. p. 219.*

* 1. Aethusa cynapioides M. B.

In sylvis montosis Stabiarum: *Monte S. Angiolo;* Aprutii: *S. Nicola,* ad Montis cornu radices: *Pietracamela.*

* 1. Sium latifolium. Ad Sebeti rivulos.

* 2. S. angustifolium. Ad rivulorum margines: *Acerra, Maddaloni, Matese, Monte di Mezzo* in Samnio et alibi.

* 3. *S.* nodiflorum. *Fl. nap. III. pag. 309.*

In rivulis passim.

* 4. *S.* intermedium; caule repente striato, foliis pinnatis ternatisve, foliolis ovato-subrotundis (3-5) aequaliter subdentatis, umbellis subsessilibus oppositifoliis, involucro monophyllo, involucellisque lanceolatis *Ten. Fl. nap. III. pag. 310 non* DC.

In rivulis Samnii, prope *Campobasso, Trivento* (Scarano); Principatus citerioris: *Monte della Stella* (*all' acqua cacata, al Vallone dirupato* et alibi (Giordano).

Obs. Species intermedia inter *Sium repentem* et *S. nodiflorum*, umbellas prioris et herbam alterius fere proferens: ad *Helosciadium* DC. pertinens. Caules ad nodos radicantes, folia brevissime petiolata, foliola plerumque tria vel quinque, rariter septem, ovata crenata vel dentata dentibus remotiusculis obtusis, umbellae axillares subsessiles. *Sium nodiflorum* habet folia 6-8-juga, foliola oblonga argute serrata. *Sium repens* habet umbellas longe pedunculatas pauciradiantes radiis longissimis.

* 5. S. Bulbocastanum *Spreng.* et *Ten. Fl. nap. III. pag. 310. Bunium Bulbocastanum* Linn.

— — B. *Minus;* caule flexuoso, foliis glaucescentibus.

In montibus passim: *Matese, Velino, Majella, Pollino.* Var. B. *Cocuzzo.*

* 1. Brignolia pastinacaefolia *Bertol. Sium siculum* Linn. *Ten. Fl. nap. III. pag. 310. Kundmannia Scopolii* ex DC. *Memoires des umbelliferes* et Prodr. t. 4. pag. 143.

In campis cretaceis vel argillosis insulae Caprearum: *caluta dell' Orco;* Apuliae: *Incoronata, Cerignola, Foggia,* Japygiae: *Brindisi;* Calabriae: *Reggio, Capocolonna.*

* 1. Sison Podagraria *Spreng.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 312. Aegopodium Podagraria* Linn.

In vallibus: *S. Rocco, Camaldoli, Sessa di Cilento a Felittopiano.*

* 2. S. Amomum.

Ad sepes in agrorum marginibus: *Salerno, S. Germano, Montevergine.*

* 3. S. Ammi. In cultis montosis: *Fondi, Itri, Gaeta, Caserta, Montevergine,* et alibi.

* 4. S. flexuosus; caule diffuso ramoso flexuoso, foliis uniformibus 2-pinnatis, foliolis cuneiformibus 3-fidis laciniis linearibus acutis, involucris involucellisque polyphyllis, fructibus demum ovato-oblongis costis prominulis. *Ten. Fl. nap. III. p. 312. tab. 77.*

In herbidis et in saxosis montium Samnii: *Matese;* Aprutii: *Velino, Monte S. Franco, Majella, Scrimacavallo, Morrone, Costone, Monte Corno, Intermesole, Monte de' Fiori.* Perennis.

Obs. Fructus valde aromatici apud incolas et in officinis nostris pro seminibus *Dauci cretici* venditantur.

* 5. S. Thomasii; caule erecto debili, foliis omnibus ternatis, foliolis deltoideo-cuneiformibus inciso-dentatis dentibus arista-

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

tis, floribus paniculato-umbellatis, pedunculis axillaribus effusis, fructibus oblongis plerumque incurvis. *Ten. Fl. nap. III. p. 313. tab. 128.*.

Ad rivulos nemorum Calabriae ulterioris: *La Serra* (Thomas).

Perennis.

* 1. Oenanthe globulosa.

In inundatis et in fossis Aprutii: *Pescara, Osteria di Salino;* Apuliae: *Tavoliere* (*Canale del Demanio*); Lucaniae occiduae: *Laghi di Velia.*

* 2. O. pimpinelloides *Linn.* et *Willd.* (excl. syn. quaed.) *Ten. Fl. nap. III. p. 314.* (excl. syn. O. *apiifolio minor* Bauh. *Hist. 3. pag. 190.*) O. *staphylinifolio* Bauh. Hist. 3. part. 2. pag. 191. fig. 2.

In pratis paludosis: *Mazzoni di Capua.*

* 3. O. cherophylloides *Pourr.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 315.* an O. *sive filipendula monspessulana apiifolio* Bauh. *l. c. pag. 190. fig. 191.* prima?

In pascuis sylvaticis: collium circa Neapolim: *S. Rocco, Camaldoli;* insulae Caprearum: *Monte solaro;* Hirpinorum: *Montevergine;* Lucaniae occiduae: *Monte della Stella;* Calabriae: *alla Serra.*

Obs. Ob tubera *Filipendulae* nec grumosa *I. Bauh.* synonymon l. c. ad hanc non ad praecedentem speciem pertinet.

* 4. O. virgata.

In pascuis Calabriae (Thomas).

* 5. O. gymnorhyza. *Brignoli* et *Ten. Fl. nap. III. p. 316.*

In pratis paludosis: *Capua, Maddaloni, Regii Lagni.*

* 6. O. fistulosa. *Ibidem.*

* 7. O. Phellandrium. *Ibidem.*

* 8. O. Jordani; radice fasciculato-fibrosa, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis deltoideis lobato-incisis, caulinis pinnatis, foliolis lanceolato-linearibus elongatis, involucro monophyllo vel nullo. *Ten Fl. nap. III. p. 316. O. approximata.* Ten. *Fl. nap. prod. append. V. p. 10.* non *Merat.*

In stagnis et ad rivulorum margines: *Sele morto* (Giordano).

† 9. O. prolifera. *Pet. Inst. t. II. p. 518.*

In Apulia.

* 1. Coriandrum sativum.

In campis passim.

* 1. Biforis flosculosa. M. B. *Coriandrum testiculatum* Linn.

Inter segetes Apuliae, Calabriae.

* 1. Scandix Pecten.

— — B. *Pubescens.*

Inter segetes obvia.

* 2. S. australis.

Inter segetes Apuliae et Calabriae. Annua.

* 3. S. brachycarpa; glaberrima foliorum laciniis obtusis, umbellis 2-3-radiatis, radiis brevibus, fructuum costis et rostro brevi marginibus retrorsum scaberrimis, seminibus incrassatis, rostro subaequalibus. Guss. *Ind. Sem. H. R. Boccadifalco ann. 1825. et Fl. sic. prod. I. pag. 350.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 319.* S. *alpina pusilla.* Cup. *Pamph. 2. t. 260.* Bonan. tab. 17.

Inter segetes Apuliae, Lucaniae, Calabriae.

* 1. Myrrhis hirsuta *Spr. Chaeropyllum hirsutum* Linn.

In sylvis montosis Aprutii, Samnii etc.

* 2. M. Cicutaria. Ten. *Fl. nap. III. p. 320. Chaeroph. Cicutaria* Villars. *Anthriscus? Cicutaria* Duby Botan. Gallic. I. pag. 239.

— — A; caule elatiori 2-pedali, et ultra, foliisque 2-ternatis glaberrimis, foliolis ovato-oblongis inciso-dentatis acutis, floribus albis. *Chaeroph. Cicutaria* A. Vill. *Delph. 2. p. 264.* Schleich. et Thomas *pl. exsicc. ex Helv. Cicutaria alba* Dalech. *p. 789. Chaeroph. calabrum* A Guss. *Pl. exsicc. ex Calabria. Chaeroph. hirsutum* var. *palustre.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 20.*

— — B; caule humiliori pedali et infra, foliisque 2-ternatis glabris, foliolis ovatis vel deltoideis, inciso-dentatis obtusis passim rotundatis, floribus albis vel roseis. *Chaeroph. Cicutaria* B. Vill. *l. c.* et Thomas *pl. exsicc. ex Sylis Calabriae.* C. *calabrum* B. Guss. pl. exsicc. ex Calabria.

— — C; caule pedali petiolisque subhirsutis, foliis 2-ternatis, foliolis ovatis inciso-dentatis obtusiusculis.

In sylvaticis montosis. A et B. in Calabria: *Aspromonte* (Gus.) *Sile* (Thomas) *Monte Cocuzzo.* C. in Aprutio: *Selve di S. Nicola presso Monte Corno.*

* 3. M. hybrida; caule petiolisque puberulis scabriusculis vel glabris, foliis 3-pinnatis, foliolis lanceolato-oblongis, inciso-serratis, laciniis acuminatis supra glabris subtus nervis hispidulis, involucellis ciliatis demum reflexis, petalis glabris profunde 2-lobis, fructibus subclavatis basi attenuatis, pistillis divaricatis. Ten. *Fl. nap. III. p. 321. tav. 129.* nomine *Chaerophylli hybridi. Chaer. hybridum.* Ten. *Fl. nap. prod. suppl. II.* pag. 66. Schult. *Syst. veg. 6. p. 532. Chaeroph. aureum* Schleich. *pl. exsic. ex Helv.* non Linn.

In sylvaticis montosis apricis Aprutii: *Majella alle valli di S. Spirito, di Orfenta, dell' Inferno, a S. Nicola alle radici di Monte Corno, e a Fonte cretarolo, Civitella, Chiarino, Velino.*

* 4. M. temula *Spr. Chaerophyllum temulum* Linn.

Ad sepes et in herbidis umbrosis.

* 5. M. Bunium *Spr. Umbell. Sp. I. p. 131* et *Syst. Veg. I. p. 903. Bunium majus.* Fl. nap. prodr. Suppl. I. in Fl. nap. I. pag. 60.

— — A; caule humiliori debili, foliis subsimplicibus, caulinis inferioribus longius petiolatis, vaginis ciliolatis, foliolis latioribus, involucro oligophyllo deciduo, involucellis setaceis umbellulas aequantibus vel parum superantibus. *Oenanthes species* Dalech. *pag. 585.* Bauh. *Hist. 3. pag. 80. Myrrhis cynapioides* Guss. *Pl. rar. pag. 127. tab. 24. Bunium denudatum* DC. *Fl. Franc. IV. pag. 325.* an B. *flexuosum* Smith. *Brit. I. pag. 301?*

— — B; caule elato firmo ramoso foliis caulinis inferioribus brevius petiolatis, vaginis glabris foliolis angustioribus involucro 1-phyllo subpersistente, involucellis setaceis umbellulis brevioribus. *Chaerophyllum bulbosum* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 20. Bunium majus.* Gouan. *Ill. pag. 10, Myrrhis capillifolia* Guss. *Fl. Sic. prodr. I. p. 351.*

In nemoribus. A in Aprutio: *Majella alla valle di Orfenta, al Morrone?* B. in Calabria: *Pollino.*

† 6. M. bulbosa *Spr. Chaerophyllum bulbosum. Petag. Inst. 2. pag. 561.*

In nostro Regno.

* 1. Chaerophyllum sativum.

In cultis passim.

* 2. C. sylvestre.

In pratis montosis Stabiarum: *S. Angiolo;* Hirpinorum: *Montevergine;* Aprutii: *Majella.*

* 3. C. magellense; caule sulcato striato, geniculis subaequalibus foliis 3-pinnatis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis oblongis inciso-dentatis obtusiusculis, petiolis pubescentibus ex-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

timis non elongatis, umbellis terminalibus, pedunculis glabris, involucellis ciliato-lanatis, petalis radiantibus emarginatis, fructibus utrinque attenuatis glabris, stylis persistentibus divergentibus. Ten. *ad Fl. nap. prodr. append. IV. p. 15. Fl. nap. III. pag. 324. tav. 130. Chaeroph. odoratum* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 20* non *Linn. Chaeroph. siculum.* Guss. *Prodr. Fl. sic. I. pag. 352.*

— — B; fructibus tuberculato-hispidis. *Chaeroph. magellense* A. Ten. *l. c.* C. *siculum* B. Guss. *l. c.*

Ad rivulos et scaturigines in editioribus montibus Calabriae: *Aspromonte, Ferraina ai Cannavi, Li Coraci, Sila all'acqua fredda di Spezzano grande* (Guss.) Aprutii: *Majella.*

* 4. C. nodosum Lam. *Anthriscus nodosa* Pers. *Scandix nodosa* Linn.

In collibus argillosis Apuliae, Calabriae, Lucaniae: *alle Murgie di Ginosa.*

* 5. C. Anthriscus Lam. *Anthriscus vulgaris* Pers. *Scandix Anthriscus* Linn.

Ad agrorum margines in Aprutio alibique.

* 1. Seseli tortuosum Linn.

— — B; caule humiliore ramosiore, foliolis latioribus brevioribus magis approximatis, involucellis umbellulis subduplo brevioribus. S. *tortuosum* B. *maritimum* Guss. *Fl. sic. Prod. I. pag. 342.*

— — C; caule elato, petiolis primariis secundariisque elongatis fere nudis, foliolis brevissimis remotissimis 3-lobis, laciniis ovatis, umbellis numerosissimis sterilibus, involucellis umbellulis longioribus. Planta albido-glauca: an dioica? an S. *gummiferum* Pallas?

B. in maritimis provinciarum australium. C. in collibus aridis Aprutii: *Aquila, Popoli* (Gussone).

* 2. S. montanum.

In montibus Aprutii: *Picco di Pietra Majura presso Pettorano, Majella.*

* 3. S. polyphyllum; caulibus declinatis caespitosis (1 ÷ 2-ped. alt.) parce breviterque ramosis, petiolis vaginantibus, foliis supradecompositis ambitu ovato, foliolis trifidis lineari-teretiusculis, carnosulis submucronatis (4-5 lin. long. ÷ lin. lat.) confluentibus, umbellis compactis 15-20-radiatis, radiis subaequalibus (8-10 lin. long.) fructibus cylindraceis glabris leviter costatis, immaturis albicantibus, involucellis setaceis umbellulis brevioribus, floribus albis. Herba glauca. Ten. *Ad Cat. sem. H. R. Nap. 1825.* (in notis) *pag. 12. S. Hyppomarathrum* et *S. glaucum* Ten. *Fl. nap. prod. pag. 19.* et *Suppl. II. pag. 67.* et *Fl. nap. III. pag. 326. tab. 134.*

In rupibus calcareis insulae Caprearum, in montibus Stabiarum, Amalphitanis et Picentinis.

Obs. A S. *elato* differt foliolis brevioribus latioribusque, seminibus omnino glabris. A S. *Hyppomarathro* differt in primis defectu involucellorum pelviformium. A S. *montano* seminibus glabris, foliolis crassioribus ac totius herbae glaucescentia. A S. *glauco* foliolis angustioribus numerosis teretiusculis, nec planis linearibus, umbellis compactis breviter multiradiatis discedit. An S. *multicaule* Retz. Obs. 3- pag. 12.

* 4. S. verticillatum *Desf.*

In Apulia: *Gargano;* Calabria: *Reggio.*

5. S. ammoides.

In Aprutio: *Majella;* Apulia: *Gargano.*

† 6. S. annuum. *Petag. Inst. t. 2. p. 531.*

In nostris montibus.

† 7. S. pimpinelloides. *Petag. l. c. p. 630.* An S. *polyphyllum?*

In nostro Regno.

† 8. S. glaucum *Petag. l. c.* In nostris montibus.

* 1. Thapsia Asclepium.

In herbidis saxosis montium Stabiarum: *S. Angiolo;* insulae Caprearum; in rupibus Marcinae (nunc *Vietri*) Salerni; in Hirpinis: *Montevergine.*

* 2. T. garganica.

In collibus, et ad agrorum margines: *Tavoliere, Gargano (Spigno, Monte sagro, Rignano, S. Giovanni Rotondo, S. Marco in Lamis, Cagnano alla piana di Fedele), Colline di fiumara di Muro.*

* 3. T. meoides *Ten. Fl. nap. t. 3. pag. 335. Laserpitium meoides* Desf.

In collibus apricis Calabriae: *Reggio;* Japygiae: *Massafra, Castellaneta, Torre a mare* (Guss.)

* 1. Apium graveolens.

Ad margines rivulorum, fluviorum,

* 2. A. Petroselinum.

Undique colitur, at passim sylvestre invenitur.

* 1. Pastinaca sativa.

— — B; *sylvestris.*

Ad agrorum margines.

* 2. P. lucida.

In montibus Hirpinorum: *Montevergine* (rara).

* 3. P. graveolens *M. B.*

Ad agrorum margines Campaniae et alibi.

* 1. Smyrnium Olusatrum.

In sylvaticis circa Neapolim: *Camaldoli,* et in Principatu citeriori.

* 2. S. Dioscoridis *Spr.*

In pascuis Apuliae, Japygiae, Calabriae.

* 3. S. Dodonaei *Spr.*

In pascuis montosis Apuliae: *Gargano a Montecalvo.*

* 1. Physospermum acteaefolium *Presl.* et *Ten. Fl. nap. III. pag. 345.* Guss. *Fl. sic. Prod. I. pag. 355.*

— — B; foliorum petiolis non divaricatis laciniis majoribus, dentibus profundioribus. P. *angelicaefolium* Guss. Prodr. p. 856.

In nemoribus Gargani *fra Cagnano e Montenero, ed alla Coppa di mezzo nel bosco di Umbra;* passim utramque varietatem legi; in Lucania: *Vallata di Roccanova presso Carbone.*

Obs. Uti in congeneribus, folia magnitudine incisione et distorsione varie ludunt; tum et superficies inferior omnino glabra vel nervis tantum pilis minutissimis rigidis obsita conspicitur. Caulis in utraque varietate nunquam revera sulcatus, sed plus minusve profunde striatus.

* 1. Pimpinella magna.

In pascuis montanis regionum mediae et septentrionalis.

* 2. P. saxifraga.

— — A; *pallida.*

— — B; *nigra. Pimpinella nigra* Willd. et Ten. *Fl. nap. Prod. pag. 20.*

— — C; *dissecta.*

In collibus cretaceis. A. *Aquila.* B. *Trivento* in Samnio; C. *Montevergine* in Hirpinis.

* 3. P. dichotoma *Linn.* et Ten. *Fl. nap. III, pag. 332.*

— — A. P. *Hennigii.* P. *dioica* Besser. P. *glauca* Linn.

— — B. P. *Kitaibelii.* P. *glauca Hoffm.* Wallld. et Kit. *Pl. Hung. I. f. 72.*

In montibus Calabriae. B. *Cocuzzo.*

* 4. P. glauca. *Linn.* et *Ten. l. c. pag. 333.*

— — A. *Elata.* P. *dioica* Linn. et Willd.

— — B. *Pumila. Meum Dalechampii* Ten. *Fl. Nap. prod.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

pag. 18. Foeniculus tortuosus Dalech. *hist. I. pag. 749. f. 1. Seseli prolifer* Brocchi *in Bibliot. Ital.*

In pascuis montium editiorum totius regni. B. *Velino, Majella, Gargano, Mesagne.*

* 5. P. anisoides; foliis radicalibus bipinnatis, foliolis cuneiformi-subrotundis, inciso-serratis, umbellis 5-radiatis; planta glabra: *Briganti*, de Pimp. anisoide. (Nap. 1802).

In collibus Lucaniae occidentalis: *Selvetelle alla costa di S. Jorio, al monte della Salvia, al Campo di Venere.*

Obs. Cum T. *Gussonii* a cl. *Spr.* male confusa, ab eodem differt in primis fructibus glaberrimis, umbellae radiis 5-7 non 4-5, caule ramis aliquando verticillatis non semper dichotomo. Confer *Guss. Pl. rar. p. 117* et Ten. *Fl. nap. III. pag. 332.*

* 1. Tragium Columnae.

— — A; foliis intense viridibus glabris obtuse serratis. *Pimpinella Tragium* Vill.

— — B; foliis glabris pallide viridibus argute serratis. *Tragium alterum* Colum. *Phytob. t. 17.*

— — C; *glaucum.* Humile, foliis villoso-canescentibus. T. *glaucum* Presl. *Pimpinella canescens* Loisl. *notice* t. 4.

In montibus. A in Calabria: *alla dirupata di Murano* (rara) simul cum varietate B. quae magis obvia: *Capri, Castellammare, Montevergine;* et in Aprutii montibus.

* 2. T. peregrinum.

In sylvaticis montosis passim.

* 3. T. Gussonii. *Presl.* et *Guss.* Ten. *Fl. nap. III. p. 334. Pimpinella anisoides* Ten. *Viag. in Calabria p. 119* non *Tragium aromaticum* Spreng.

In saxosis Calabriae: *Dirupata di Murano, Reggio.*

Obs. A *Tragio aromatico* differt foliis bipinnatis, radice perenni.

Trigynia.

Caprifoliaceae.

* 1. Viburnum Opulus.

In nemoribus paludosis: *Boschi dell' Acerra, di Maddaloni.*

* 2. V. Tinus.

— — B. *Hirsutum.*

In nemoribus passim.

3. V. Lantana.

In nemoribus Campaniae: *Monti di Gaeta;* Aprutii: *Roccamorice.*

Therebinthaceae.

* 1. Rhus Coriaria.

In apricis montosis Apuliae: *Gargano* prope *S. Angiolo;* Aprutii: *Pacentro, Tricase.*

* 2. R. Cotinus.

Ad sepes Fundorum, Mamurrarum.

Celastrineae.

* 1. Staphylea pinnata.

In sylvis montium Cavensium, circa Neapolim et alibi.

Caprifoliaceae.

* 1. Sambucus nigra. In sepibus et sylvaticis communis.

2. S. racemosa. In Gargani nemoribus.

* 3. S. Ebulus. In humidis communis.

Tamariscinae.

* 1. Tamarix gallica.

In palustribus Lucaniae: *Melito;* Calabriae: *Maricello di S. Eufemia, Capo delle Armi.*

* 2. T. africana.

Ad margines fluviorum, in stagnis et palustribus Campaniae: *Licola, Patria;* Lucaniae: *Pesto, Sele, Alento, Salino;* Calabriae: *Crati, Vallo di Cosenza.*

* 3. T. germanica.

In rivulis et inundatis Aprutii: *Lavino.*

Paronychiae.

* 1. Corrigiola litoralis.

In sabulosis maritimis: *Portici, Resina, alla salita del Salvatore.*

Caryophylleae.

* 1. Drypis spinosa.

In saxosis Aprutii ad montium radices: *Valle oscura, Salviano, Roccamorice, Caramanico, Pietracamela* etc.

Tetraginia.

Droseraceae.

* 1. Parnassia palustris.

Ad fontium scaturigines: *Majella, Chiarino, Pietracamela.*

Pentagynia.

Crassulaceae.

* 1. Crassula rubens (pentandra).

Capri, Gargano.

2. C. Magnolii.

In muris et saxis: *Gargano, Murge.*

Lineae.

* 1. Linum usitatissimum.

Passim in cultis sponte nascens invenitur.

* 2. L. viscosum.

Ad sepes montium Samnii: *Trivento;* Aprutii: *Colli.*

* 3. L. angustifolium.

— — B; caule subsolitario, capsulis ad dissepimenta lanuginosis. L. *agreste* Brot. *Fl. lusit.* an species propria?

In montosis Calabriae: *Pollino, Aspromonte;* B. Stabiarum: *Monte S. Angiolo.* Planta annua vel biennis.

Obs. Flores caerulei pellucido-punctati uti folia, sed calyces margine minime ciliato-glandulosi, caules herbacei parum ramosi.

* 4. L. tenuifolium.

In saxosis montium totius regni mediae et septemtrionalis regionis: *S. Angiolo di Castellammare, Matese, Majella, Gargano, Montevergine.*

Obs. Caules caespitosi basi suffruticosi, folia angustissima acuminata-rigida laete viridia pellucido-punctata, calyces ciliato-glandulosi, flores rosei.

* 5. L. punctatum Presl.

In Gargano.

Obs. Folia imbricata brevia glaucescentia pellucido-punctata obtusiuscula subscabra, corollae caeruleae amplae, calycibus 4-plo longioribus, caules humiles suffruticosi.

* 5. L. decumbens.

In insula Caprearum.

Obs. Calycis foliola maxima ovata.

7. L. austriacum. *Linn. mantiss.* et *DC. Prod. I. p. 427.* L. *alpinum* B. *Elatius.* Ten. *Fl. nap. III. p. 357.* exclusis synonym. et locis natalibus, excepto *Morrone.*

In montibus demissis Aprutii: *Morrone.*

Obs. Caules pedales et sesquipedales erecti robusti, folia linearia latiuscula patentiuscula non exquisite acuminata, flores paniculati, calyces ovati, sepala ovata quinquenervia in fructu acuta, petala *Lini usitatissimi*, pedunculi fructiferi deflexi.

* 8. L. alpinum. *Linn.* et *DC. Prod. l. c.* et Ten. *Fl. nap. III. pag. 357.* excl. synon. L. *perenne* Guss. *Prod. Fl. sic. I. pag. 386.* quod ad praecedentem potius spectare videtur, et var. B.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In saxosis montium editiorum Aprutii : *Velino*, *Majella*, *Monte Corno*, *Bacucco*, *Monte de' Fiori*.

Obs. Caules rigidi plerumque 4-8-pollicares erecti quandoque decumbentes, folia angustissima lineari-subulata stricta confertissima, flores racemoso-corymbosi, pedunculi fructiferi elongati erecti, calyces ovato-oblongi, sepala oblonga 3-nervia acutiuscula in fructu acuminata, petala illis praecedentis angustiora.

9. L. montanum. *Schleich.* et *DC. Prodr. l. c. L. austriacum DC. Suppl.* non *Prodr. L. alpinum* Fl. Franc. Thomas *pl. exsicc. ex Helv.* Vest. *pl. exsicc. ex alpibus Tyrolensibus.* Guss. *pl. exsicc. ex Aprutio. L. perenne* Lam. *L. laeve* Scop. *Fl. Carn. t. 11.* (optima).

In pascuis montosis Aprutii : *Campo Aprico* (Guss.) *Velino*, *Salviano*, *Majella*, *Monte Corno*, *Monte di Pizzoli*.

* 10. L. gallicum. In collibus et campis incultis : *Monte nuovo*, *Miseno*, *Capri*.

* 11. L. strictum

— — B. *Alternum;* caule superne ramis alternis subcorymbosis.

— — C. *Spicatum ;* caule simplicissimo, floribus subspicatis.

— — D. *Capitatum ;* floribus in extremitate ramorum capitato-congestis, calycibus capsulas parum excedentibus.

In collibus aridis cum praecedente.

* 12. L. aureum. W. K.

In campis argillosis Aprutii.

* 13. L. flavum.

— — B; corymbis densioribus, foliis latioribus foliolis calycinis brevioribus. L. serrulatum Bert. *Lettera al Marchese Petrucci.*

In herbidis montosis. B. in Apricis, Samnii : *Matese* (*Monte Miletto*); Aprutii : *Velino*, *Majella* (*Grotta Caprara cum Pino pumilio*) *Monte Corno*, *Arapietra*, *Morgone*, *Bacucco.*

Obs. De hac planta confer quod scripsi in *Fl. nap. III. p. 359.*

* 14. L. campanulatum.

In nemoribus montis Gargani : (*Tra S. Angiolo e Matinata*).

* 15. L. nodiflorum.

In campis argillosis : *Capri*, *Capua*, *S. Germano.*

* 16. L. catharticum.

In nemoribus Piceni : *Monti della Cava ;* Hirpinorum : *Montevergine*, *Avvocata ;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella*, *Monte de' Fiori.*

Rosaceae.

* 1. Sibbaldia procumbens.

In editioribus montibus Aprutii, *Majella alla rapina*, *Monte Corno a Campo Aprico.*

Plumbagineae.

1. Armeria gracilis; scapo tereti basi hirto vel omnino glabro, foliis lanceolato-linearibus trinerviis, involucri foliolis exterioribus cuspidatis, interioribus obtusissimis (nervo ante apicem evanescente) muticis, pedicellis tubi calycis totius villosi longitudine, petalis integris vel subcrenulatis. *Ten. A. vulgaris* Ten. *Fl. nap. III. p. 353.* excl. synon.

— — B. *Flore albo.* An A. *alliacea* Willd.? *Statice leucantha* Loisl. *Fl. gall. edit. 2. p. 223.* an. *A. leucocephala* Salzmann. et Koch *in Botanische Zeitung 1823.* pag. 712?

— — C. *Humilis ;* scapo semipedali basi hirto, foliis subciliatis.

— — D. *Villosa ;* scapo sesquipedali glabro, foliis lineari-lanceolatis utrinque villosis attenuatisque, *Statice pseudo-armeria.* Petag. *Inst. bot. 2. pag. 496* et Ten. An *A. maritimae* var ?

In pascuis montosis passim. C. *Velino*, *Monte Corno* in Aprutio : *Pollino* in Calabria. D. *Montevergine ;* in Hirpinis ; *Morrone ;* in Aprutio.

Obs. Statice Armeria Lin. et species eidem affines mirum in modum variantes, tum pro varietatibus, tum pro distinctis speciebus sumtae, apud auctores nimis vexatae conspiciuntur. cl. *Sprengel*, nempe, sub sua *A. vulgari*, *A. vulgarem Willd.* et *A. arenariam Pers.* in unam speciem junxit, pro diversis retinens *A. alpinam* et *A. maritimam Willd.*; cl. *Schultes* autem, *A. vulgarem Willden.* ab *A. arenaria Pers.* distinxit, cui *A. elongatam* cum dubio duxit; cl. *Gaudin Staticem Armeriam* Linn. cum *A. maritima* Willd. et *Statice alpina* Linn. denuo in unam speciem jungere arbitratus est. Item et cl. *Loiseleur in Fl. Gallicae 1.* editione *S. Armeriam* in duas species discriminavit, videlicet *S. linearifoliam* suam et *S. Armeriam* Linn., dum in ejusdem Florae editione altera, iterum eas sub *S. Armeria Linn.* junxit. Fateri tamen oportet neminem neotericorum de hoc genere melius disseruisse quam cl. *Koch.* (loc. cit.). Quippe qui caeteris incertis notis, illis quidem quae a villositate scapi et foliorum petuntur posthabitis, specierum differentias tum in involucri squamis tum in pedicelli cum calycis tubi proportione, vel in ejusdem calycis villositate quaesivit. Ejusdem laudati auctoris praecepta sequens, quum caeterae *Armeriae* species discriminare volucrim ab aliis cognitis speciebus, dubius non haesi, sed diu ambegi utrum hanc ad *A. maritimam* referre, vel in speciem propriam sumere debuerim. Nostra planta, nempe, ab *A. maritima* discedit scapo constanter foliis multoties longiore, foliis plerumque lanceolato-linearibus viridibus rigidis utrinque attenuatis, petalis integris vel tantum subcrenatis, planta caespitem minime efformante. Ejusdem varietates C. et D. utut ob folia hirta transitum ad *A. maritimam* suadere videntur, tamen caeteris notis ab illa omnino discedunt; folia videlicet, inillis non tantum ciliata, sed omnino utraque superficie hirta conspiciuntur; ab *A. elongata Koch* vel *S. arenaria Pers.* nostra planta abhorret involucri foliolis interioribus nervo excurrente minime mucronatis, et tubo calycis toto villoso. Ab *A. alpina* denique tubo calycis villoso-striato, petalis emarginatis aliisque notis abunde diversa judicatur.

Var. B. a *Statice alliacea Willd.* non differt nisi calycis tubo toto villoso. Hujus varietatis specimina in *Pollino* et *monte Cornu* lecta sunt omnino glabra, quum illa *montis Velini* habent scapum basi hirtum, ut in speciei typo.

* 2. A. maritima. *Villd. Enum. Koch de Armeria in Flora, oder Botanische Zeitung n.° 45. 1823. p. 706.* Ten. *Fl. nap. III. p. 354. Statice linearifolia.* A. Loisl. *Fl. gall. edit. I. p. 182.* et *S. Armeria* A Loisl. *Fl. gall. ed. 2. pag. 223. S. Armeria* Curtis et Hooker *Flora Londinens.* new series *n.° 21. f. 1.*

In collibus demissis submaritimis : *Cava*, *Pietri*, *Salerno.*

Obs. Folia caespitosa longissima flaccida linearia ciliata, scapo pubescente rariter magis quam duplo breviora; pedicellis longitudine tubi calycis totius villosi, petala emarginata.

* 3. A. alpina. *Koch. loc. cit. pag. 708. tab. I.* Ten. Fl. nap. III. pag. 353. excl. var. B.

In montibus Aprutii : *Accumoli ;* (Orsini).

Obs. Pedicelli tubo calycis villoso striato dimidio breviores, et petala emarginata hanc speciem ab *A. gracili* et ab *A. maritima* statim diversam ostendunt. A sequenti item differt involucri foliolis interioribus obtusissimis muticis, nervo ante apicem evanescente, foliis angustioribus subtrinerviis, petalisque emarginatis.

* 4. A. plantaginea *Willd. Enum p. 334.* R. S. *VI. p. 773.* Koch *Botanische Zeitung 1823. p. 696.* et hoc teste *S. plantaginea* DC. *Fl. franc. III. p. 420. S. Armeria* Loisl. *Fl. gall. 1. pag. 182.* et *S. Armeria* Pers. *Syn. 1. p. 333. A plantaginea* Ten. *Fl. nap. III. p. 355. A. denticulata.* Ten. *Relaz. del Viag. in Abruzzo pag. 60* non *Bertol.*

Monte di Roseto, *Costone*, *Intermesole*, *Majella.*

Obs. Folia lineari-lanceolata acute 3-7-nervia, involucri foliola extima cuspidata, interiora obtusissima, pedicelli tubo calycis villoso striato dimidio breviores, petala integra apice rotundata vel truncata.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 5. A. scorzoneraefolia Willd. *l. c.* Koch. *l. c.* Ten. *Fl. nap. III. p. 355.* excl. syn. A. plantagineae *Allioni*, quod ad praecedentem spectat :

Montevergine, Matese.

Obs. Folia lanceolato-linearia trinervia, involucri foliola extima cuspidata interiora obtusa, pedicelli longitudine tubi calycis villoso-striati, petala emarginata vel subintegra, aristae calycis elongatae. Haec, *A. plantaginea*, et *A. alpina* constanter scapo foliisque glaberrimis gaudent.

* 1. Statice Limonium.

In stagnis et inundatis maritimis, Campaniae : *Lago Lucrino, Fusaro, Maremorto, Licola ;* Apuliae : *Tavoliere*, (*canale del Demanio*), *Pantano, Salso, Viesti ;* Japygiae : *Taranto ;* Lucaniae : *Pesto.*

* 2. S. oleaefolia Scop. *Del. Florae et Faunae Insubr. fasc. 1. pag. 24. tab. 10.* excl. syn. *Barrel. t. 790.* Ten. *Fl. nap. III. p. 349.* non Smith. *Fl. Graec.* nec R. S. An *S. globulariaefolia* Guss. prod. Fl. sic. 1. p. 381 ?

Cum praecedente habitat.

Obs. Foliis acutis, caule erecto, calycibus obtusis floribus approximatis dense fasciculatis a sequenti statim dignoscitur.

* 3. S. Smithii ; scapo ascendente paniculato erecto terete, ramis inferioribus sterilibus, foliis oblongis spathulatis laevibus emarginatis vel rotundatis cum mucrone in longum petiolum attenuatis, floribus fasciculi 2-3-floris remotiusculis, calycibus acutis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 350. S. oleaefolia* Smith *Fl. gr. prod. 1. p. 212.* excl. syn. An Guss. *Fl. sic. prod. 1. p. 381? S. cordata* var. Guss. *pl. exsic. ex Catania. Leucojum maritimum minus oleaefolium* Lob. Ic. 295. f. 2.

Ad rupes maritimas : *Miseno, Cuma, Fusaro, Capri.*

Obs. De hanc planta confer quod scripsi in *Flora nap. loc. cit.*

* 4. S. cordata. Lin. et Willd. Ten. Fl. nap. III. pag. 350.

Ibidem.

Obs. Nomen fallax ob folia minime cordata, sed spathulata apice rotun data vel retusa, nunquam vero mucronata ; qua nota, necnon floribus solitariis remotis a praecedente dignoscitur.

* 5. S. dichotoma.

— — B. Foliis utrinque punctato-scabris angustioribus.

Ad rupes maritimas prope *Portella*, in extremo Regni occidentali confinio.

* 6. S. cumana ; caule erecto vel ascendente e basi ramoso, ramisque dichotomis subfastigiatis pubescenti-hirtis, inferioribus sterilibus, foliis obovato-spathulatis, muticis utrinque pubescenti-hirtis ciliatis, floribus terminalibus subsolitariis remotis erectis tenuibus, calycibus glabris acutis. Ten. Fl. nap. III. p. 351.

Ad scopulos collium maritimorum : *Fusaro, Cuma, Capri*, (*alla Marina del Mulo*).

7. S. reticulata.

In stagnis Apuliae : *Pantano Salso*, (Della Torre).

* 8. S. monopetala.

In stagnis Calabriae et Japygiae.

* 9. S. sinuata.

Ad Calabriae colles maritimos : *Brancaleone, Capocolonna, Cerace.*

† 10. S. echioides. *Petagna Instit. bot. t. 2. pag. 561.*

In nostri Regni maritimis.

† 11. S. minuta. *Petag. l. c. p. 562.*

In nostri maris litoribus.

Polygynia.

Ranunculeae.

* 1 Myosurus minimus.

In arvis Apuliae.

2. Ceratocephalus falcatus.

In arvis prope *Narni*, in extremo Regni confinio, legit *Orsini.*

Obs. Eodem jure quo *Myosurus* ad classem hanc quintam relatus est, et hic quoque huc pertinet.

CLASSIS HEXANDRIA

Monogynia

Amaryllideae.

* 1. Galanthus plicatus. *G. nivalis B. majus.* Ten. *Fl. nap. I p. 140.* Clus. *hist. 1. p. 169.* Redout. *Lil. n. 200. B.*

In sylvis et ad radices montium : *Frasso* et *Fondi* in Campania : *Montevergine* in Hirpynis ; *Monte della Stella* in Lucania : *Majella* in Aprutio ; *Reggio* in Calabria.

Obs. Folia passim omnino explicata nec margine utrinque plicata deprehenduntur, ideirco spatha pedunculum superante a *G. nivali* tantum differt. An mera varietas?

* 1. Narcissus serotinus.

In campis maritimis : *Piana di Eboli, di Pesto, di Acropoli* in Lucania : *Lecce, Murgie* in Japygia.

* 2. N. Jonquilla.

In iisdem locis : *Granatello*, prope Neapolim ; Apulia : *Martina ;* inque Calabria.

* 3. N. italicus *Sims. Bot. mag. N. Tazzetta* Ten. Fl. nap. t. I. p. 143.

— — B. *flore pleno.*

— — C. *nectario crispo.* N. *orientalis* Ten. *l. c.* an Lin?

In collibus et campis maritimis circa Neapolim : *Miseno Bagnuoli, Vesuvio, Capri.*

* 4. N. praecox ; spatha multiflora laciniis corollae oblongis mucronatis tubum aequantibus vel cum superantibus, nectario subcampanulato plicato 6-fido 4-plo longioribus, scapo folia plana ligulata (obscure virentia) subaequante. *Ten. Fl. nap. I. p. 146. tab. 27.*

In collibus apricis ad Vesaevi radices.

Obs. A *N. longifolio*, cum quo a cl. *Sprengelio* confunditur, differt in primis laciniis corollae tubum aequantibus vel eo longioribus, non tubo duplo brevioribus.

* 5. N. unicolor ; spatha multiflora, corollae laciniis oblongis tubum subaequantibus vel eo brevioribus, nectario brevissimo campanulato subintegerrimo sextuplo longioribus, scapo teretiusculo, foliis planis ligulatis (glaucis) longiore. Ten. *Fl. nap. III. p. 144. tab. 26.*

Cum praecedente et in insula Caprearum.

Obs. Ab affini *N. niveo* differt scapo altissimo subbipedali, corollae corona duplo breviore minime inciso-crenulata.

* 6. N. poeticus.

In pratis montosis Campaniae : *Monti di Frasso ;* Taburno (Lostritto) *Faggeto di Campo di Mele presso Fondi ;* Lucaniae occidentalis : *Monte della Stella*, et Agri Picentini nunc Principatus Citerioris. (Giordano) Aprutii : *Velino, Monte de' Fiori, Pesco costanzo, Revisondoli ;* Gargano in Apulia : (*Bosco di Monte S. Angiolo*).

* 7. N. major *Curtis. N. pseudo-narcissus* Ten. Fl. nap. t. I. pag. 142.

— — B ; flore pleno.

In sylvaticis frigidis prope Neapolim : *a S. Maria de' Monti.*

* 1. Pancratium maritimum.

In littoribus propre Neapolim ; *al Ponte della Maddalena* (*a i gigli*) ; *al Fusaro, ad Ischia*, (*al bagno di S. Restituta*).

* 1. Sternbergia colchiciflora.

In pascuis montanis, *Piano di 5 miglia.* (Guss.).

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 2. S. lutea. *Amaryllis lutea* L. et Ten. Fl. nap. II. p. 150.
In sylvaticis Campaniae: *Piani di Pastena presso Fondi*; Hirpinorum: *Avellino*; Lucaniae; Japygiae *Ginosa*.

Liliaceae.

* 1. Allium Ampeloprasum.
Ad agrorum margines, abunde in insula Inarimes, ubi vulgo *Aglione* appellatur, et cum *A. sativo* promiscue venditatur.
* 2. A. rotundum.
In arvis Calabriae.
* 3. A. lineare.
— — B. Umbellis depauperatis, petalis subviridibus. *A virescens* Guss. *pl. exsicc. ex Calabria.*
In sylvis Calabriae: *Sila* (Thomas) B. (Guss.).
4. A. multiflorum.
In arvis Apuliae et in insula Caprearum (*alla marina del mulo*).

Obs. Umbella duplo majore patente subglobosa depressa, foliisque lincaribus ab *A. descendente* differt.

5. A. ascendens; caule tereti superne scabro (capsulifero); foliis lanceolato-linearibus carinatis subserrulatis, umbella patente subglobosa; staminibus (alterne trifidis) corolla obtusiuscula longioribus, stylo exserto, pedunculis lateralibus incurvis ascendentibus. Ten.
Bulbus solidus soboliferus, caulis sesquipedalis sub umbella verrucis exasperatus, basi foliis vaginatus. Folia 6-8 lanceolato-linearia (6 poll. long. 3-4 lin. lat.) superne sensim attenuata. Umbellae 15. lin. diametri; spatha decidua, pedunculi filiformes rigidiusculi incurvi; petala carnea ovata obtusiuscula, carina scabra; stamina corolla longiora, filamenta alterna tricuspidata setis capillaribus intermedia duplo breviori.
Habitat in arvis Apuliae. Per.

Obs. Ab affinibus *Allio Porro*, *A. ampeloprasо*, et *A. rotundo*, pedunculis ascendentibus et scapo sub umbella verrucoso primo intuitu dignosci potest. Insuper ab *A. porro* differt planta omnibus partibus multo minori, umbellaque minus compacta; ab *A. rotundo* discrepat staminibus corolla longioribus, et ab *A. ampeloprasо* distat umbella laxiuscula, genitalibus corollam multo superantibus. Icon *Michelii Nov. Gen. tab. 24. f. 3.* quam botanici nonnulli ad *A. ampeloprasum* adduxerunt, alii ab eo excludendum putavere, ad hanc *Alii* speciem vel ad *A. multiflorum* potius spectare videtur.

* 6. A. magicum L. *A. speciosum.* Cyr.
— — B; Petalis albidis. *A. nigrum* L. A. *multibulbosum.* Jacq.?
In campis Lucaniae: *Pesto;* Aprutii: Campaniae: *Cajazzo.*
* 7. A. Cyrilli; scapo nudo tereti; foliis lanceolatis canaliculatis (glaucis) scapo quadruplo brevioribus (nunquam bulbiferis) serrulatis, umbella fastigiata, spatha bivalvi basi connata, petalis lincaribus angustissimis, carinato-triquetris incurvis acuminatis, staminibus monadelphicis, filamentis simplicibus teretibus purpureis petalis longioribus, capsulis turbinatis, bulbo prolifero bulbillis longe pedunculatis. Ten. Fl. nap. III. pag. 364. *A. fragrans* Cyr. *pl. rar. icon. ined.* Thomas. *pl. exsiccatae ex Apulia. A. odorum* Ten. *Fl. nap. Prod. pag. 21* non Lin; non *A. fragrans* Vent.
In Campis Apuliae: *Tavoliere, Conversano.* Per.

Obs. A praecedente differt foliis glaucis (5-6 poll. long. 1. poll. lat.) oblongis canaliculatis, non laete viridibus, pedem et ultra longis 5-pollices latis carinatis, scapo dimidio brevioribus, petalis lincaribus, caeterisque notis. An *A. multibulbosum* Jacq. ad hoc potius referendum sit, dubius adhuc haereo.

* 8. A majale; caule planifolio umbellifero, foliis lato-lanceolatis canaliculatis laxis, umbella hemisphaerica conferta, petalis ovali-oblongis integerrimis acutiusculis staminibus (simplicibus) duplo longioribus. Ten. *Fl. nap. I. p. 161 tav. 29.*
In campis Apuliae: *Monopoli.*

Obs. Stamina inclusa non exserta, sicut cl. *Spreng.* scripsit in *System. Veget. 2. p. 36.*

* 9. A. neapolitanum Cyr. *A. album Santi, Biv. Red. Spr.*, excl. syn. *A. pendulini* Ten. Flor. nap. tom. IV. tav. 37. fig. 1.
Ad agrorum margines et super muros: circa Neapolim: *S. Efrem vecchio*; in Japygia: *Martina.*
* 10. A. ciliatum Cyr. *pl. rar. fasc. 2. pag. 16. tav. 6.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 155.* tav. 37 fig. 2. Guss. *Prodr. Fl. Sic. I. pag. 397. A. subhirsutum* Merat. *pl. exsicc. ex Horto Paris*, non Linn.
— — B; spatha bivalvi, pedunculis inaequalibus.
Ad sepes et in herbidis montosis: *Ischia, Capri, Castellammare, Salerno, Pesto.* Var. B. in Lucania: *Potenza.*

Obs. Umbella fastigiata laxa, petalisque staminibus duplo longioribus ab *Allio subhirsuto* Lin. et Red. *Lil. tab. 303* differt. Spatha plerumque univalvis, capsula obcordata.
A. subhirsutum verum nuperrime in Sicilia sponte crescentem detexit cl. Tineus, ejusdemque plantae specimina varia, *A. vernalis* Tinei nomine inscripta, ad me misit cl. *Gasparrini.* Haec specimina umbellis hemisphaericis confertis et staminibus petala aequantibus cl. Redouté iconi ex asse respondent.

11. A. trifoliatum Cyr. *pl. rar. fasc. 2. pag. 11. tab. 3.* Guss. Fl. sic. prod. 1. pag. 397.
— — B. floribus rubris. An *A. graecum Urvill.*
In collibus maritimis circa Surrentum; B. in *Monte Pollino.*

Obs. Petala alba lanceolata acuminata carina rubra staminibus duplo longiora. Capsulae subrotundae emarginatae; spatha monophylla vel revera diphylla non disrupta; folia in B. fere omnino glabra.

* 12. A. roseum.
— — B. bulbiferum. *A. carneum* Ten. *Fl. nap. I. pag. 159. tav. 18. A. Tenorii* Spr. Syst. 2. p. 35.
In cultis et inter segetes.

Obs. In iconc *A. rosei* cl. Redouté Lil. t. 213. petala lanceolata acuta integerrima intense purpurea repraesentantur; at in nostra planta illa semper obovata emarginata crenata et pallide rosea conspiciuntur; caeterum var. B. ab *A. roseo* L. specie non differre evictus sum.

* 13. A. pendulinum; bulbis globosis, scapo triquetro, foliis lincaribus carinatis, spatha decidua, floribus longe pedunculatis pendulis subglobosis, petalis ovatis obtusis patentibus, capsulis turbinatis sexlobatis. *Ten. Fl. nap. I. p. 168. tav. 31.* Guss. Fl. Sic. Prodr. 1. pag. 400.
In sylvis montosis: prope Neapolim ubi sequens non crescit: *Valle di S. Rocco, Camaldoli*; in Principatu Citeriori: *Monte della Stella.* Per.

Obs. Uti recte monet cl. Gussone l. c. haec planta cum *A. album* Santi et *A. lacteo* Smith, a quibus prorsus aliena est, immerito a cl. *Sprengelio* confunditur. A sequente, cui revera valde affinis censenda, differt tamen floribus undique pendulis arcuatis, petalis ovatis bulbisque globosis.

* 14. A. triquetrum.
In sylvaticis maritimis: circa Neapolim: *Agnano, Bagnuoli, Fusaro*; in Lucania: *Piana di Pesto, di Casalicchio.*
* 15. A. ursinum.
In sylvis montosis Campaniae: *Frasso, Cepino, Trelleca*; Hyrpinorum: *Incoronata, Montevergine*; Aprutii: *Monte Corno, Majella.*
* 16. A. Chamaemoly.
In campis sterilibus et arenosis maritimis; prope Neapolim *al*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Granatello nelle mortelle; Apuliae: *Tavoliere*, *Manfredonia*; Lucaniae: *littorale di Pesto*, *di Licosa*, *di Casalicchio*, et alibi.

* 17. A. sphaerocephalum L.

In sylvaticis maritimis obvium.

* 18. A. descendens.

In collibus et in campis aridis.

Obs. Ab *A sphaerophalo*, cum quo a cl. *Sprengelio* associatur, differt pedunculis centralibus post anthesim elongatis corymbosis, lateralibus deflexis.

19. A. arvense; caule folioso, foliis semiteretibus, spatha diphylla breviter subulata, umbellis subrotundo-ovatis breviore, pedunculis inferioribus brevioribus deflexis, staminibus pistilloque colorato exsertis, petalis carinatis lineari-oblongis obtusiusculis. *Guss. Fl. Sic. Prodr. I. pag. 403.*

In arvis Samnii et Aprutii. Per.

Obs. Spatha diphylla persistenti, floribus albidis carina virescenti, umbella laxiuscula ab *A. sphaerocephalo* differt. An varietas?

* 20. A. Scorodoprasum.

In dumetis Apuliae; Japygiae: *Lecce.*

* 21. A. vineale.

In incultis maritimis: *Mortelle* prope *Portici.*

22. A. angulosum.

— — B; staminibus petala aequantibus.

In montibus Calabriae: *Pollino*; B. in Apulia: *Gargano.*

* 23. A. senescens.

In saxorum rimis Aprutii: *Monte Corno*; *Pizzo di Sivo*, *Monte de' Fiori.*

* 24. A. suaveolens *Jacq. A. ochroleucum* Ten. *Fl. nap. III. pag. 367.*

In montibus Aprutii: *Campo Aprico*, *Majella.*

* 25. A. flavum.

— — B; spatha brevi, pedunculis quandoque erectis. *A. flavum B. ruthenicum* Lang et Szowithz *Herb. ruth. Cent. I.* n. 3. an *A. nebrodense* Guss?

In montibus Stabiarum: *al Colle delle Monache*, *Monte S. Costanzo a Massa*, *Capri.* B. in montibus Thyphatis.

* 26. A. pallens *Gouan. All. paniculatum Spreng.* non Linn.

In herbidis montosis Gargani; Aprutii: *Majella*, *difesa di Pettorano.*

Obs. In hac specie et in affinibus, characteres e spathae longitudine desumpti nullius momenti habendi sunt. Ipsa enim spatha tum umbellam subaequans, tum illa 2-3-plo longior conspicitur. *A. pallentis* certi characteres mihi sunt floris petala ovalia pallida vel omnino alba obtusiuscula nunquam retusa, sed mucronulata et stamina petala aequantia, antherae tantum quandoque parum exsertae. In *Red. Lil. t. 272.* et *Bon. t. 26.* iconibus petala et stamina sic revera repraesentantur; quapropter si *A. pallenti* petala retusa et stamina exserta quidam tribuerunt botanici, de alia planta loquutos esse fateri oportet, et fortasse de *A. paniculato Lin.* In hoc vero flores rubri sunt, et petala retusa genitalibus duplo breviora, sicut in specimine a cl. *Gay* communicato et in Pedemontis *Valle di Lanzo* lecto comperi, nec non in icone a cl. Reich, nuperrime tradita (tab. 416. f. 604.) deprehendi. *A paniculatum* verum neque adhuc in nostro regno legere mihi datum fuit.

27. A. collinum; caule tereti folioso, foliis semiteretibus carinatis, spatha ovata umbellam subglobosam (capsuliferam) subaequante, umbellae radiis capillaribus periphaerice regulariter dispositis, petalis ovalibus obtusis stamina (simplicia) subaequantibus. *Guss. plantae exsicc. ex Calabria.*

In Calabriae collibus: *Reggio.* Per.

Obs. A. pallenti affine, sed differt spatha late ovata, floribus duplo minoribus, umbella densissima, petalis angustioribus.

* 28. A. tenuiflorum; caule folioso, foliis crassiusculis semiteretibus, spatha diphylla subulata, umbella subrotunda, pedunculis numerosis capillaribus irregularibus effusis, floribus cylindricis, petalis rubris linearibus acutis stamina duplo superantibus. *Ten. Fl. nap. I.* p. 165. tav. 30.

— — B. Major; pedunculis numerosissimis, umbella sphaerica, floribus pallidis. *A. paniculatum.* Ten. *Fl. nap. II. p. 164.* non *Linn.*

In collibus aridis. B. in apricis montosis: *Castellammare*, *Capri*, *Montevergine*, *Cerealto*; in Lucania, in Japygia: *Lecce*; in Calabria: *alle Sile*, *dirupata di Murano*; in Daunia: *Gargano.*

Obs. Germen plerumque oblongum nec sphaericum. *A. moschatum*, cui immerito nostra planta a cl. *Sprengelio* associatur, habet folia setacea, petala cuspidata duplo longiora, umbellam fastigiatam pauciflora. Confer *Guss. pl. rar. pag. 143.*

29. A. montanum.

— — B; spatha diphylla. *A. Cupani.* Rafin. et Guss.

In montibus Aprutii; *Colle armeno*, *Aquila*, *Popoli*, *Solmona*, *Avezzano* (Guss.).

Obs. Sicut in praecedentibus, ita et in hac specie, spatha modo monophylla vaginans, modo diphylla valvis discretis observatur. Itidem germen variat forma hexagona vel subrotunda: idcirco *A. Cupani Raf.* solidis characteribus, ut in speciem distinctam sumerctur, carere mihi visum est. An *A. parviflorum Viviani* aliam hujusce speciei varietatem constituat, botanicorum judicio iterum subjiciendum censeo.

† 30. A. oleraceum *Guss. pl. rar p. 384.*

In pratis montosis Aprutii: *Pesco Costanzo* (Guss.).

† 31. A. ochroleucum *Guss. l. c. p. 383.*

In herbidis editioribus montium Aprutii: *Monte Corno*, *Majella* (Guss.).

* 1. Lilium bulbiferum.

In sylvis circa Neapolim, in Matesio: in *Monte della Stella*; aliisque nostri regni montibus.

* 2. L. Martagon.

In pratis montosis editioribus: *Majella*, *Monte Corno*, *Monte de' Fiori*; in *Gargano* (*S. Marco in Lamis*).

* 1. Fritillaria pyrenaica Schult. Syst. veg. 7. pag. 391. (in notis).

— — B. *Uniflora. F. meleagris* Ten. *Fl. nap. III. p. 369.*

In extremo Aprutii confinio: *Monte de' Fiori.*

* 2. F. messanensis; foliis radicalibus petiolatis crassis ovalibus enerviis, caulinis sessilibus alternis linearibus, involucro polyphyllo similibus; flore cernuo, petalis luteis margine purpureis non tessellatis. *Rafinesque*; *précis des découvertes.* (Palerme 1814.) *pag. 44.* Guss. *Fl. Sic. prod. I.* p. 410. et plant. rar. pag. 144.

In pascuis montosis et etiam in demissis Calabriae: *Pollino*, *Reggio.* Per.

Obs. F. latifoliae affinis, sed involucro flore duplo longiori, cauleque undique folioso distincta.

* 1. Tulipa sylvestris.

In Apuliae campis: *Tavoliere*, *Manfredonia*, *Gargano.*

* 2. T. praecox; bulbi tunicis lanigeris, caule unifloro, foliis caulinis ovato-lanceolatis margine ciliatis, flore erecto petalis ovato-deltoideis exterioribus acuminatis apice barbatis maculà baseos ampla rhomboideo-dilatata, filamentis basi dilatatis antheris brevioribus. *Ten. Fl. nap. I. p. 170 t. 32.* Schult. *l. c. 7. p. 378. T. Raddi* Reboul. *nov. sp. tulip. p. 5.*

In pascuis Apuliae: *Tre santi*; Japygiae: *Martina*; et in insula Caprearum. Per.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Ab affine *T. oculo solis* differt petalis ovatis basi dilatatis, non lanceolatis utrinque attenuatis, macula baseos non elongata angusta, foliis glaucescentibus, florescentia praecociori.

* 1. Ornithogalum nutans.

In cultis vulgare.

* 2. O. arabicum.

Ad rupes Cumanas, et inter rimas ruderum Amphiteatri Pompejani.

* 3. O. narbonense.

In cultis Aprutii; in Apulia: *Montepaolo presso Conversano;* in Japygia: *Ginosa;* in Hirpinis: *Montevergine;* in Lucania: *Acropoli* prope Paestum.

Obs. Pedunculi patentes, flores duplo majores, germina turbinata vel oblonga hanc speciem a sequenti distinguunt.

* 4. O. pyrenaicum.

In montibus Apuliae: *Gargano* (*al Rizzo, ad un miglio da S. Angiolo*, col Rhus coriaria *e la* Medicago falcata), *Valle di Cagnano;* in Samnio: *Matese.*

Obs. Pedunculi post athesim scapo adpressi, petala elliptica alba dorso viridi, germina orbiculata, folia praelonga canaliculata sex lineas lata.

5. O. sulphureum.

In cultis Aprutii.

Obs. Pedunculi breves fructiferi scapo adpressi, petala lanceolata vel lanceolato-linearia flavicantia dorso saturatiori, germina elliptica, folia lanceolato-linearia planiuscula 3. lineas lata pedem circiter longa.

6. O. stachyoides.

In insula Caprearum.

Obs. Pedunculi bracteas subaequantes, scapus strictus, petala angustiora et folia praecedentis hanc speciem ab *O. pyrenaico* diversam faciunt. Racemi longitudo in his speciebus mirum in modum variat, quapropter characteres ab illa petiti nullius momenti existimandi sunt.

* 7. O. garganicum; floribus thyrsoideo-corymbosis, pedunculis post anthesim scapo adpressis, petalis lanceolato-ellipticis obtusiusculis, filamentis subulatis basi latioribus, foliis lanceolato-linearibus ciliatis vel glabris scapum subaequantibus vel eodem brevioribus, bulbo solido simplici. *Ten. Index sem. H. R. nap. ann. 1827, in notis. Atti della R. Accademia di Scienze tom. III. cum ic.* (inedito) *O. pyramidale* Baselice: *Viaggio al Gargano, nella Racc. de' Viag. de' Collaboratori della Flora Napolitana t. I. p. 366.*

In Gargano: *Coppa di mezzo, tra Cagnano e S. Marco in Lamis, Monte Sacro.* Per.

Obs. Folia lanceolata, sex lineas nec lineam lata, linea alba omnino destituta, scapo plerumque breviora vel cum subaequantia, nunquam scapo longiora, scapus thyrsoideus et pedunculi fructificantes eidem adpressi hanc plantam ab O. *collino* dignoscere faciunt.

* 8. O. montanum *Cyrill.* et *Ten.* Fl. nap. I. p. 176 tav. 33.

In montibus Campaniae: *Monte di S. Nicola* prope Casertam; Aprutii: *Monte de' Fiori, Monte di Accumoli* (Orsini); Lucaniae: *Sirino;* Calabriae: *Monte Cocuzzo, Mongiana.*

Obs. Folia nunquam ciliata, flores corymbosi, pedunculi patentes, et petala extus viridia margine tantum albo, hanc speciem a praecedente removent *O. vulgare aliud*, Clus. *Hist. 188*, ab auctoribus ad *O. exscapum* relatum, ob folia latiora floresque ampliores ad hoc potius pertinere videtur.

* 9. O. collinum; bulbo solido simplici, foliis linearibus (1-lin. latis) canaliculatis linea alba notatis, margine ciliatis scapo longioribus, pedunculis corymbosis, bracteis scariosis, petalis lineari-oblongis marginatis. *Guss. Ind. sem. H. R. Bocca di Falco 1825*, et Fl. Sic. Prodr. I. p. 412.

In herbidis montosis ad Velini radices, et in *Monte de' Fiori.* Per.

Obs. Foliis ciliatis et petalis externe intensius virentibus ab *O. exscapo* distinguitur.

* 10. O. umbellatum.

In cultis obvium. Floret Martio et Aprili.

Obs. Bulbo proliferò, pedunculis fastigiatis, inferioribus longissimis superioribus abbreviatis coadunatis, omnibus rectis nec post anthesin infractis, haec species a sequenti distinguitur.

11. O. refractum Kit. *O. exscapum* Gasparr. *pl. exsic. ex Sicilia.*

In cultis Aprutii.

Obs. Bulbus prolifer, scapus longitudine corymbi, pedunculi superiores discreti sensim decrescentes pyramidatim dispositi, sub flores in fructificatione infracti, petala lanceolata elongata, capsulae angulatae. Floret junio et julio.

* 13. O. exscapum; bulbo solido simplici, scapo corymbum subaequante, bracteis ovato-lanceolatis, pedunculis in fructu refractis brevioribus, foliis linearibus patentibus canaliculatis stria angustissima alba supra longitudinaliter notatis. *Ten. Fl. nap. I. p. 175. tav. 34. O. pauciflorum* Rafines. Precis. p. 44.

— — B; scapo pauciflоro, foliis angustissimis glaucescentibus. *O. nanum* H. R. Neap in sem. 1830. non Sibthorp.

In pascuis submontosis: *Selve de' Camaldoli*, prope Neapolim, in monte Typhato prope Casertam et *Frasso;* B. in Lucania: *Ravizzone, Serino, Monte della Stella*, in Princip. Citer. Per.

Obs. Ab *O. nano* differt pedunculis bracteis oblongo-lanceolatis duplo longioribus, petalis angustioribus supra omnino niveis nec striis viridibus alternis brevioribus notatis, filamentis alternis brevioribus, omnibus basi dilatatis..

* 13. O. Gussonii; bulbo solido simplici, foliis filiformibus canaliculatis scapo corymbo 2-3-plo longiore subaequalibus vel longioribus, pedunculis erecto-patentibus, petalis lineari-oblongis acutis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 371. O. tenuifolium* Guss. *Prodr. Fl. Sic. 1.* pag. 413.

In montibus Aprutii: *Pizzoli.* Per.

Obs. Nomen mutandum erat, quum antea diversae speciei a cl. *Redouté* descriptae impositum fuisset. Hanc *Ornithogali* speciem, etsi postea *O. Rudolphii* cl. Jacquinius appellaverit, tamen *O. tenuifolii* nomen, quia antiquius, plantae cl. *Redouté* servare oportebat.

*. 14. O. arvense Pers. *O. villosum* M. et B. *Gagea arvensis* Schult *t. VII. p. 547.*

— — B; *minus. O. minimum* Willd. non Linn. *Ten. Fl. nap. t. I. p. 173.*

— — C; *proliferum;* foliorum floralium axillis bulbiferis. *O. minimum* B. Ten. l. c. *O. bulbiferum minimum* Columna *Ecphr. t. 323. pag. 324.*

— — D. *Acaule.*

In Lucaniae et Apuliae campis argillosis.

* 15. O. Clusii *Bot. Zeit. 1828. pag. 431. Gagea Clusiana* Schult. *l. c. O. luteum* Ten. *Fl. nap. III. p. 370.* excl. synon.

In campis Lucaniae: *Potenza;* Japygiae: *Lecce.*

* 16. O. chrysanthum *Jan; Elench. Gagea chrysantha* Schult. *Syst. veg. t. VII. pag. 345. O. bohemicum* Ten. Fl. nap. I. pag. 172.

In campis argillosis Japygiae, circa Genusium (Rosano).

* 1. Scilla maritima.

— — B; *radice alba.*

In campis maritimis: Apuliae: *Conversano, Martina, Biecari;* Campaniae: *Fondi*, in insula Caprearum; in Princip. Citer. ad Palinuri promontorium.

* 2. S. bifolia.

In sylvaticis submontosis.

* 3. S. hyacinthoides L.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In collibus maritimis Pausilipi: *alla Gajola;* Calabriae: *Reggio*

* 4. S. autumnalis.

In pascuis maritimis: *Portici al Granatello, Bagnuoli, Fusaro;* Principat. Citer. *Piani di Acquavella, di Casalicchio, Palinuro;* in montosis Campaniae, Apuliae, Japygiae etc.

† 5. S. italica.

In ulteriori Calabria. *Petagna Inst. bot 3. pag. 622.*

1. Hyacynthus dubius; corollis campanulatis subsexfidis angulatis racemosis, filamentis teretibus basi dilatatis, capsulis trigonis profunde excavatis obcordatis. *Guss. Cat. H. R. Boccadifalco 1821 p. 32. et 78, et Fl. Sic. Prodr. I. p. 424.*

In Apulia. Per.

Obs. Flores lacte caerulei, demum triste virescentes.

* 2. H. romanus.

In pascuis humidis: *Pascone, Bagnuoli, Fusaro, S. Maria del Piano;* in Princip. Citer. *Sessa* etc.

* 3. H. ciliatus *Cyr.* Ten. Flor. nap. t. III. pag. 266. tav. 135. *Muscari ciliatum* Ker et Schult. *Syst. 7. pag. 588.*

In Apuliae campis: *Tavoliere.*

* 4. H. trifoliatus; foliis lanceolatis et lanceolato-linearibus ciliatis, racemo laxo, corollis campanulatis angulatis pedunculos cernuos subaequantibus, capsulis subrotundo-ellipticis trigonis utrinque truncatis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 376 tav. 136.*

Cum praecedente habitat. Per.

Obs. Haec species, et praecedens, ab corollas semiquinquefidas inter *Hyacynthum* et *Muscarim* ambigunt, atque horum generum junctionem suadent.

* 5. H. comosus. L.

In cultis communis.

* 6. H. botryoides.

In sylvis et collibus: *Valle di S. Rocco.*

* 7. H. racemosus.

In Monte Gargano.

Obs. Corollis tubulosis ovato-cylyndricis dentibus albis reflexis, floribus longius pedunculatis, ab affinibus *H. botryoidi* et *H. commutato* differt.

8. H. commutatus; corollis globoso-ovatis distinctis omnibus pedunculatis subuniformibus apice denticulatis, denticulis inflexis conniventibus, racemo brevissimo, foliis lineari-canaliculatis. *Muscari commutatum* Guss. *pl. rar. pag. 145. Fl. Sic. Prodr. I. pag. 426.*

Galatona, Lecce in Japygia. Per.

1. Asphodelus luteus.

In montibus Stabiarum: *S. Angiolo all'acqua Santa;* in Daunia: *Gargano* (*S. Angiolo, S. Giovanni Rotondo, Piano di fedele alle neviere di Cagnano*) *Tavoliere, Murge di Ginosa;* in Hirpinis: *Monte vergine, Piano di Lacina.*

* 2. A. creticus *Lam. Willd.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 372. A. aestivus Briganti;* stirpes rariores, pempt. prima. (Neap. 1816) pag. 5. tab. 3.

In montosis demissis Dauniae: *Tavoliere, Gargano;* Japygiae: *Lecce;* Lucaniae: *Ponte di campestrino, Vietri di Potenza.*

* 3. A. albus.

In Gargano (*Monte nero, Monte Calvo*). Campania: *Taburno;* in Aprutio: *Prati di Pettorano.*

Obs. Capsulae ovatae non subrotundae, et duplo majores quam in sequenti.

* 4. A. ramosus. *Camaldoli* prope Neapolim: *Eboli, Pesto,* et alibi.

* 5. A. fistulosus.

In campis maritimis: *Granatello, Pesto, Acropoli* in Princip. Citer.

1. Anthericum Liliago.

In Aprutii montibus, et Stabianis: *Monte S. Angiolo di Castellammare.*

Asparageae.

* 1. Asparagus officinalis.

— — B. *maritimus.*

In Apuliae maritimis: *Manfredonia, Barletta.* (Vernacule *Sparagio di acqua*).

* 2. A. scaber Brign. *A. amarus* DC. et Ten. *Fl. nap. III. pag. 375. A. maritimus* Ten. *Ind. Sem. 1824. in notis,* non *Pallas.*

In Apuliae maritimis: Gargano: (*Matinata, Lago di Varano*).

Obs. In nostra planta baccae illas *A. officinalis* aequant, non duplo excedunt.

* 3. A. tenuifolius.

In sylvaticis Samnii prope *Trivento* (*Scarano*).

* 4. A. acutifolius.

— — B; foliis gracilioribus minus rigidis elongatis (4-6-lin. long.), baccis 4. lin. diametri.

— — C; foliis brevissimis crassis rigidissimis (lineam longis), baccis 2. lin. diametri.

In dumetis maritimis et in sylvis montosis: circa Neapolim: *Fusaro, Mortelle, Camaldoli;* in Apulia: *Tavoliere;* in Princip. Cit.: *Acropoli, Casalicchio, Vallo, Castello nuovo* etc. C. in Aprutio, et in Princ. Cit. *Monte della Stella, Sessa, Lauriana, Omignano etc.*

* 5. A. albus.

Capo dell' armi, Squillace, Satriano.

1. Convallaria multiflora

— — B; *angustifolia;* pedunculis subunifloris. *C. Polygonatum* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 20.* non *Linn.*

In sylvis et nemoribus montosis Hirpinorum, Aprutii, Principat. Citerior. *Monte della Stella* etc.

1. Streptopus distortus Mich. *Uvularia amplexifolia.* Will.

In frigidis umbrosisque vallibus Calabriae: *Aspromonte al passo del ladro, piano di Aspromonte.* (Gussone).

Polygamae Aroideae.

1. Kernera oceanica *Koenig Willd.* et Schult. *Posidonia* Spreng. *Caulinia* Pers. *Zostera* L. et Cavol. *de Zostera anthesis.* Nap. 1792 cum icone.

Prope litora ad maris fundum: *Gajola, Nisita, Miseno.*

Junceae.

* 1. Juncus conglomeratus.

— — B; *compactus.*

In pascuis humidis *Agnano, Fondi, Sele morto.* B. in Calabria: *Monteleone.*

Obs. Juxta specimen authenticum a cl. *Hoppe* acceptum, in quo capsulae retusae deprehenduntur, ad hanc speciem et non ad sequentem *J. compactum* referri oportet.

* 2. J. effusus.

In palustribus obvius.

Obs. Capsulae ovatae longo mucrone exserto praeditae hanc speciem a praecedente distinguunt. Culmi medulla quandoque interrupta.

* 3. J. glaucus.

In palustribus.

Obs. Culmus glaucus fere fistulosus et sepimentis tantum valde remotis interceptus. Capsulae ellipticae mucronatae calycem superantes.

* 4. J. Angelisii; culmo aphyllo tereti striato viridi, dissepimentis medullae transversis, panicula laterali erecta coarctata, floribus subtriandris, capsula obovata obtusa mucronata, sepalis angustissimis setaceo-cuspidatis, breviore. *Ten. Viag. di Abruz. pag. 61.* Ten. *Fl. Nap. III. p. 380.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Culmus aphyllus 2-3 pedalis teres striatus laete virens fistulosus et tantum sepimentis transversis e substantia medullari conflatis interceptus, basi vagina ferruginea 4-5-pollicari cinctus. Panicula ovata condensata ad alteram culmi tertiam partem lateraliter erumpens. Pedunculi ramosi fasciculati, bracteae subimbricatae nigricantes 2-3 sub singulis floribus, sepala carinata subquinquenervia (1 ½ long. ⅓ lin. lat.) lanceolato-setacea in longum mucronem producta, carina virescenti marginibus scariosis, stamina plerumque tria, antherae luteae lineares, germen triquetrum ovato-oblongum, capsula obovata triquetra nitida nigrescens apice mucronata.

In humentibus nemorosis Aprutii, in ima valle *S. Spiritus* in *Magella*. Perennis.

Obs. A *J. glauco*, cui valde affinis, differt culmo viridi duplo elatiori, capsulis calyce brevioribus. A *J. effuso*, culmo fere fistuloso, floribus triandris, calyce multo breviore.

* 5. J. inflexus.

Ad rivulorum margines: *Sebeto;* Apuliae: *Tavoliere; al canale del Demanio;* et in humentibus argillosis: *S. Mango di Cilento* (Giordano).

Obs. Lamarckii descriptio (Encyel. 3. p. 265) nostrae plantae adamussim respondet.

Culmus subfiliformis farctus viridis striatus pedalis, capsulae obovato-mucronatae calycem parum superantes, semina pellucida, testa nucleo conformis.

* 6. J. acutus.

— — B; altissimus.

In palustribus: *Agnano, Fusaro*, etc. B. in Princip. Citer. *Giuncano, Paludi di Velia;* Calabria: *Crati.*

* 7. J. maritimus.

In inundatis maritimis Calabriae, Apuliae: *Pantano Salso.*

* 8. J. trifidus.

In pascuis editioribus Aprutii: *Morrone, Scrimacavallo, Morgone, M. Corno.*

* 9. J. multiflorus.

In palustribus Adriatici: *Foce del Sangro;* Samnii; Calabriae: *Cassano, Cariati, Altavilla.*

* 10. J. obtusiflorus.

In stagnis et paludosis Lucaniae prope *Eboli* (Giordano).

* 11. J. acutiflorus.

In paludibus: *Fusaro, Pascone.*

* 12. J. lampocarpos.

In pascuis humidis Calabriae.

* 13. J. striatus.

In pascuis argillosis humidis.

* 14. J. Thomasii; culmo foliato stricto inferne nodoso, foliis tereti-compressis nodulosis strictis breviore, panicula contracta subcorymbosa, glomerulis capitatis densissimis, foliolis calycinis cuspidatis, capsula ovata punctato-scabra obtusa cum mucrone longioribus, demum eam subaequantibus. *Ten. ad Fl. nap. prodr. add. in app. sem. H. R. neap. 1827. p. 3.* et Fl. nap. III. p. 382.

In paludibus *Silae* Calabriae Citerioris. Perennis.

Obs. A *J. acutifloro* differt floribus capitatis, panicula contracta, minime decomposita, capsulis muricatis ovatis obtusis cum mucrone, non oblongis in mucronem attenuatis. A *J. fusco-atro* differt sepalis cuspidatis. A *J. microcephalo Humb.* floribus capitatis capsulisque mucronatis discrepat.

* 15. J. compressus Jacq. *J. bulbosus* L. et Ten. *Fl. nap. III. pag. 382.*

In turfosis: *Pascone, Agnano;* Principat. Citer. *Pesto, Selemorto.*

* 16. J. comosus Bieb. et Schult. *J. botnicus Mayer.* pl. exsicc. *J. Gerardi* Loisl. et Ten. Fl. nap. III. pag. 383.

— — B; floribus sparsis, folio terminali panicula longe breviori.

Cum praecedente habitat.

* 17. J. bufonius.

— — B; floribus fasciculatis. J. *insulanus* Viv. et Guss. *Barrel. ic. 264.*

18. J. uliginosus.

In turfosis Calabriae: *Aspromonte* (Guss.).

* 19. J. capitatus.

— — B; *Congestus;* involucro diphyllo, capitulo denso subgloboso plerumque duplici, foliis lineari-setaceis. J. *pygmaeus* Thomas *pl. exsicc. ex Calabria.* J. *setaceus* Ten. *Fl. nap. prodr. suppl. pag. 9.* non *Willd.* An *Luzula erecta* Desv. var. *B. congesta?*

In montibus Aprutii.

* 1. Luzula campestris.

In collibus circa Neapolim: *Bagnoli, Agnano;* et in demissis Aprutii: *S. Nicola, M. de' Fiori.*

* 2. L. Forsteri.

In sylvis et vallibus: *Valle di S. Rocco, Camaldoli* etc.

* 3. L. maxima Willd. *L. sylvatica* Bieb. et Schult.

In nemoribus montosis Stabiarum: *S. Angiolo;* Aprutii: *Majella, M. Corno;* Calabriae: *Mongiana.*

* 4. L. spicata.

M. de' Fiori.

5. L. sudetica. J. *spicatus* Guss. *pl. exsics. ex Costone et M. Corno*, non *Linn.*

Costone, M. Corno (Gussone) *M. de' Fiori.*

* 6. L. calabra; radice repente, foliis lato-linearibus glabriusculis, spicis oblongis erectis, pedunculis elongatis subumbellatis involucrum diphyllum subaequantibus, floribus laxis, inferioribus pedicellatis, foliolis calycinis ovatis acutis capsulam obovatam subglobosam obtusam mucronatam aequantibus, seminibus striatis appendiculatis. *Ten. Fl. nap. III. pag. 386.* J. *novus*, an J. *campestris* var.? Thomas *pl. exsicc. ex paludibus Silae.*

In paludibus Calabriae: *Sila.* Perennis.

Obs. Floribus distinctis, calycibus capsulas parum excedentibus, spicis cylindricis duplo angustioribus longe pedunculatis a *L. sudetica* differt.

Berberideae.

* 1. Berberis vulgaris.

Ad sepes Samnii, Aprutii, Calabriae.

Lorantheae.

* 1. Loranthus europaeus.

Parasitica Quercuum et Castanearum in sylvis montosis

Frankeniaceae.

* 1. Frankenia levis.

In litoribus: prope Puteolos: *Lago Lucrino, stufe di Nerone*

* 2. F. hirsuta *Lin.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 387.* excl. syn. *F. intermedia* DC.

In litoribus Apuliae: *Bari;* Japygiae *Lecce.*

* 3. F. hispida *DC. Prodr.* Ten. *loc. cit.*

Cum praecedente.

* 4. F. pulverulenta.

In litoribus Jonii: *Taranto, Melito;* Adriatici: *Conversano, Bari, Barletta.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Lythrariceae.

* 1. Peplis portula.

In paludosis et inundatis: *Persano, Pesto;* Calabriae: *alla Serra.*

Tryginia

Polygoneae.

* 1. Rumex Hydrolapathum *Spr.* et *Gusson.* Ten. *Fl. nap. III. pag. 389. n. 1682. R. aquaticus* Smith, Lam. et DC. non *Linn.* nec *Spreng.*

In fossis circa Neapolim; in Apulia: *Tavoliere al Canale del demanio, Gargano;* in Aprutio, et alibi.

Obs. A *R. Patientia* differt valvis ovato-triangularibus omnibus graniferis, non cordato-orbiculatis unica granifera, foliisque oblongo-lanceolatis minime basi cordatis. Plerosque botanicos hanc speciem pro *Rumice patientia* sumsisse suspicor.

* 2. R. Nemolapathum.

In sylvaticis humentibus.

* 3. R. elongatus; valvis cordato-ovatis integerrimis reticulatis unica granifera, verticillis inferioribus foliosis, foliis subundulatis, radicalibus oblongo-lanceolatis longe petiolatis, caulinis sublinearibus, caule erecto simplici. *Guss. Pl. rar. p. 150. tab. 28.*

In stagnis Calabriae: *Cotrone, Catanzaro* (Guss.); Principat. Citer. *Persano* (Giordano).

* 4. R. crispus.

In udis et aquosis.

* 5. R. sylvestris *Vahlr.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 390.* R. *obtusifolius?* Guss. *Pl. exsicc. ex Samnio.*

In montosis Samnii: *Monte Capraro* (Gussone); Aprutii: *Poggio Ginolfo.*

* 6. R. palustris *Smith* et *Curt. Fl. Londin.* nova edit. *Fasc. 44. tab. 3. R. limosus* Thuill. *R. maritimus* Huds. et Ten. *Fl. nap. III. p. 390.* et Gay. *pl. exsicc. ex Gallia* (*La nievre circa Pierre-le-moutier*) non *R. maritimus* Linn.

Obs. Florum verticillis dissitis nec confertis, valvarum dentibus minime setaceis elongatis a *R. maritimo Linn.* differre videtur. An mera varietas?

* 7. R. pulcher.

Ad vias et in cultis frequens.

* 8. R. divaricatus *Linn.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 391.* non Thuill. *Lapathum arvense subhirsutum folio retuso, caule longius brachiato, capsula seminis crenata.* Till. *Pis. 93. tab. 37. fig. 2.*

— — B; valvis subintegris. R. *hirsutus* Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 23.*

Ad fossas et agrorum margines. B. in Lucania.

* 9. R. bucephalophorus.

— — B. *Luxurians.*

In arvis communis; B. circa Puteolos.

* 10. R. scutatus.

— — B; *glaucus.*

In saxosis montium Hirpinorum: *Cerealto;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella, Monte Corno.* B. in Aprutio et Calabria.

* 11. R. alpinus.

In pascuis montosis Aprutii: *M. Corno, M. de' Fiori;* Calabriae: *Pollino.*

* 12. R. Acetosa DC.

In pratis montanis.

* 13. R. intermedius DC. R. Acetosa C. Linn. et Willd.

In pratis editioribus montium Aprutii: *Majella, Velino, Pizzoli;* Lucaniae: *Ravizzone;* Dauniae: *Gargano.*

* 14. R. amplexicaulis *DC.* et *Ten. Fl. nap. III. p. 394.*

In sylvaticis montosis editioribus: *M. S. Angiolo, Montevergine, Majella a S. Nicola.*

* 15. R. Acetosella.

In pratis humidis Apuliae: *Manfredonia, Monte S. Angiolo;* et in Lucania.

* 16. R. multifidus.

In arvis humidiusculis, et ad agrorum margines: *Fusaro, Valle di S. Rocco, Pompei, Sessa, S. Mango.*

* 17. R. tuberosus *Lin. Encycl.*

In pratis montosis: *Cerealto, Matese, Monti di Abruzzo, Pollino, Gargano, Tavoliere, Ginosa.*

* 18. R. triangularis *DC.* et Ten. *Fl. part. di nap. I. p. 295.* R. *tuberosus* Poir. non *Linn.* Bonan. tab. 74.

Cum praecedente.

* 19. R. spinosus: *Reggio.*

† 20. R. Patientia. In nostro Regno. Petag. Inst. bot. 3. pag. 65.

Colchicaceae.

* 1. Colchicum autumnale.

Monte de' Fiori, Majella.

Obs. Colchicum habet lineas sex longitudinales in medio singulorum petalorum insculptas. Melleus liquor a lineis nectariferis proveniens ad insertionem filamentorum colligitur. Cyr. *De Nunnull. Plant. essent. charact. Nap. 1784. p. 29.*

Haec species habet filamenta teretiusculo-subulata: 3 breviora corollae laciniis basi inserta, 3 longiora altius inserta dimidiam corollam aequantia, antherae filamento dimidio breviores apice obtusae mucronatae, stylorum latus interius stigmatiferum papillis longe descendentibus. *Gay* et *Suter* Fl. Helv. t. 2. p. 60.

Spatha 1-2-flora; folia erecta, laete viridia multum post flores erumpentia, corollae laciniae dimidio angustiores quam in sequenti, antherae purpureae, capsulae turbinatae vel ellipticae utrinque obtusae.

* 2. C. byzantinum. C. *variegatum* A. Ten. Fl. part. di nap. I. p. 300. C. *Bivonae* Ten. Fl. nap. prodr. append. V. p. 11. non Guss.

In pascuis montosis et demissis Samnii: *Castel di Sangro, Trivento, Matese;* Lucaniae: *M. Capuliocchio* prope Potentiam; Campaniae: *Monte Casino;* Principatus Citerioris: *Pesto.*

Obs. Filamenta aequaliter inserta basi non incrassata, antherae fulvae moticae obtusae, filamento 4-plo breviores. Petala magna ovalia subtesselata, folia deflexa obscure virentia multum post flores erumpentia breviora. C. *Bivonae* habet flores non diversos, sed in illo stamina sunt inaequaliter inserta ut in C. *autumnali*, filamenta alterna basi incrassata, antherae luteae filamento 6-tuplo breviores, et folia erecta laete viridia fere synanthia longe e terra dissita, unde planta omnino caulescens deprehenditur.

* 3. C. neapolitanum; foliis hysteranthiis lanceolato-oblongis et lanceolato-linearibus canaliculatis margine planis carinatis patentibus basi deflexis obscure viridibus, spatha multiflora, corollae laciniis lanceolato-linearibus acutis carina albicante, caeterum pallide purpureis subtesselatis, staminibus pistillum subaequantibus basi incrassato-callosis luteolis nectariferis, antheris linearibus flavis, capsulis ovali-oblongis utrinque acuminatis, seminibus rugosis. Ten. Fl. neap. prodr. app. V. pag. 11. et Fl. nap. III. pag. 398. tav. 138. fig. 2. C. *autumnale* var. *neapolitanum* Ten. Semin. H. R. Neap. 1824. p. 11. (in notis) *Colchicum autumnale* var. A. Ten. Fl. part. di nap. I. pag. 298.

In pratis montosis et in sylvaticis; prope Neapolim: *Camaldoli, Monte S. Angelo a Faito;* in Principatu citeriori: *Monte della Stella, Sessa, Selva di Pordifumo* ec. Perenne.

Obs. Filamenta basi incrassata, tria breviora basi corollae, tria longiora al

© Orto Botanico di Napoli, Italy

tim inserta, antherae luteae muticae oblongae filamento triplo breviores, styli latere interiore stigmatifero papillis obliteratis.

* 4. C. parvulum; foliis hysteranthiis oblongo-linearibus involutis strictis, spatha subuniflora, corollae tubo longissimo compresso canaliculato subtriquetro laciniis unicoloribus oblongo-ellipticis obtusis rotundatis (2 lin. lat. 6-8 lin. long.) staminibus pistillis longioribus incrassato-callosis luteolis, lineis nectariferis obsoletis, antheris linearibus flavis, stigmatibus clavatis, capsulis ovato-oblongis, seminibus levibus *Ten. viag. in Basilicata ed in Calabria citeriore* (Nap. 1827) p. 120. Fl. neap. prod. app. V. p. 11. et Fl. nap. III. p. 399. *Colchicum alpinum* Ten. Fl. part. di nap. p. 299. C. *autumnale* var. C. Bert. Amoen. p. 24. an excl. syn? C. *alpinum* Merat. specim. exsicc. ex alpibus. *Bulbocodium vernum* Thomas; pl. exsicc. ex *M. Cocuzzo in Calabria*. An C. *alpinum* DC?

In alpinis Aprutii: *M. Grande*, *M. Corno*, *Pizzo di Sivo* (Orsini); Calabriae: *M. Cocuzzo* (Thomas) *M. Pollino al piano del Trabucco*. Perenne.

Obs. Filamenta aequaliter inserta, tria longiora corolla duplo vel triplo breviora basi valde incrassata, antherae luteae apice emarginatae basi profunde bifida filamenta multo superantes stamina subaequantes, petala striata lineis flexuosis, non venoso-tessellata. Augusto flores emittit, folia erumpunt vere ut in C. *autumnali*, qua nota, necnon latitudine foliorum a C. *montano* All. et Hall. quae ad C. *alpinum* DC. laudantur, nostra planta praecipue differre videtur.

* 5. C. montanum.

— — A; spatha uniflora, corollae laciniis ovali-oblongis staminibus longioribus, foliis linearibus obtusis ciliatis. C. *montanum* All. Ped. n. 484. tab. 174. f. 2.

— — B; spatha multiflora, stylis staminibus brevioribus inclusis, corollae laciniis ovali-oblongis obtusiusculis, foliis linearibus obtusis ciliatis. C. *montanum* Lin. sp. 485. C. *montanum* Schleich. pl. exsic. ex Helvetia. C. *Cupani* Guss. Fl. sic. prodr. I. p. 452. *Colchicum montanum hispanicum* Clus. *Hisp. p. 226. Hist. p. 200. f. 2.*

— — C; spatha subuniflora, stylis stamina subaequantibus, corollae laciniis oblongo-linearibus acutis, foliis linearibus acutiusculis ciliis nullis vel obsoletis. C. *montanum* Desf. *Atl. I. p. 322.* DC. *Fl. Fr. 3. p. 195.* Ten. *Fl. Med. univ. I. p. 299.* Bert. *Amoen. bot. p. 24.* Viv. *pl. exsicc. ex agro Genuensi.* An C. *flore cum foliis conjuncto, petalis linearibus;* Hall. stirp. Helv. 2. p. 1256. n. 1255? an. C. *pusillum* Sieber; *Flora; oder. Botanische Zeitung, 1812. p. 848?*

In pratis. A. *Tavoliere*. B. in montanis Calabriae. C. in collibus Lucaniae; Japygiae: *Lecce*.

Obs. Exemplaria C. *montani uniflori* in Cenisio lecta folia ciliata proferunt, omnino ut in exemplari multifloro a cl. Schleicherio ex Helvetia accepto, et in illis in Calabria lectis, vel a cl. Gussonio C. *Cupani* nomine ex Sicilia benevole communicatis. Corollae laciniae ovatae ellipticae tum in supradictis exemplaribus multifloris, tum in unifloris deprehenduntur. Folia semper coetanea. In var. C. folia scapum aequant vel superant, et corollae laciniae elliptico-lineares adsunt. Ob folia quandoque scapo longiora, haec varietas C. *alpino* proximior evaderet, juxta cl. *Suter* descriptionem, nisi laciniae corollae angustissimae, folia acutissima caeteraeque notae, nostram plantam cum suo C. *montano* L. calidarum regionum omnino communem facerent. Plantam Hallerianam, quae ob petala linearia ad hanc nostrae plantae varietatem spectare videtur, cl. *Bertolonius*, quem cl. *Suter* (Fl. Helv. t. 2. pag. 602) sequutus est, ad C. *alpinum* amandandam statuit. Tum et C. *montanum* All. ob folia coetanea et corollae lacinias ellipticas, C. *montano* nostro ex *Cenisio* adamussim respondet.

Alismaceae.

* 1. Triglochin palustre.

In paludibus Calabriae. *Sila.*

* 2. T. Barrelieri.

— — B. *Laxiflorum.* Guss.

In inundatis maritimis, Lucaniae: *Sele morto;* Japygiae: *Torre a mare, Taranto, Policoro.*

* 1. Damasonium stellatum. Pers. syn. 2. p. 400.

In fossis et stagnis Campaniae: *Mazzoni di Capua, Fondi,* Apuliae: *Candelaro.*

* 1. Alisma repens *Lam.* et *Ten.* Fl. nap. III. p. 403.

In inundatis *Fundorum.*

Obs. Rarissima haec planta in cl. *Sprengelii Systemate Vegetabilium* desideratur.

* 2. A. ranunculoides.

In aquis lente fluentibus: *Pescara, Saldo di Fondi.*

* 3. A. Plantago.

— — B; *angustifolia.*

In fossis et ad rivulos communis.

Classis Octandria.

Monogynia.

Onagrariae.

1. Epilobium angustissimum *Willd.* E. *rosmarinifolium* Jacq.

In pascuis montosis Aprutii: *M. de' Fiori, M. di Pizzoli.*

* 2. E. angustifolium L. E. *spicatum Lam.* et *Ten.* Fl. nap. I. pag. 193.

In herbidis humidis Aprutii: *Majella, Valle di S. Spirito, Piano di 5 miglia* (*alla fontanella*). B. in Samnio: *Matese* (*valle di Campochiaro*).

* 3. E. hirsutum.

In humidis montosis Aprutii: *Majella;* Samnii: *Matese;* Hirpinorum: *Montevergine.*

Obs. Folia utrinque nec tantum subtus hirsuta, inferiora ovato-lanceolata decurrenti-amplexicaulia, caulis quandoque simplex et pedalis.

4. E. molle Lam. *pubescens. Willd.* E. *parviflorum Schreb.*

— — B; *latifolium;* foliis ovato-amplexicaulibus, superioribus alternis, omnibus utrinque rachi et nervis hirsutis.

Habitat ad rivulos montium; B. in pascuis demissis: *Fusaro.*

* 5. E. montanum.

Ad sepes humidas et ad scaturigines in montosis Aprutii, Samnii: *Matese;* in Hirpinis: *Montevergine.*

Obs. E. alpestre Schmidt, caule non undique, sed bifariam vel trifariam pubescenti, et pedunculis brevioribus stigmateque integro ab hoc distinguitur.

* 6. E. roseum.

Ad rivulos Aprutii: *Orfenta.*

Obs. Caule 4-fariam pubescente, folia ima longe petiolata superioraque utrinque attenuata, flores parvi, petala calycem aequantia.

7. E. lanceolatum. *Sebast.* et *Mauri* Fl. Rom. prodr. 138.

In Aprutii vallibus humidis, et in palustribus prope Neapolim: *Fusaro.*

Obs. Caulis 1-2-pedalis, teres subnutans puberulus, folia lanceolata 8-10-lin. long. 3-4-lin. lata glabriuscula denticulata, senescentia purpurea, petala rosea vel albida vix sesquilineam longa, calycem superantia, stigma 4-lobum. Cave ne hanc speciem cum E. *virgato Lam.* confundas, sicut cl. *Spreng.* in Syst. veget. 2. p. 233. immerito arbitratus est.

* 8. E. tetragonum. Linn.

In paludibus Samnii.

Obs. Capsulae pedicellatae et folia obscure virentia ut in sequente, sed eadem folia multo longiora et angustiora, basi lineis per caulem inde an-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

cipitem non tetragonum decurrentibus non confluentibus, haec species a sequenti dignosci potest.

9. E. obscurum. *Schreb.* et *Reich.* pl. crit. Cent. 2. p. 89.

In fossis et humentibus Samnii: *Campobasso, Trivento.*

10. E. palustre.

In paludibus et fossis ad vias: *Mazzoni di Capua, Carditello, Caserta.*

Obs. Folia ima potius lanceolata quam omnino linearia; sed omnia acutissima profunde venosa subintegerrima.

11. E. alsinefolium Vill. *Delph. 3. p. 511.* E. *origanifolium.* Lam. *Enc. 2. p. 376.*

— — A. *Minor;* planta erectiuscula 2-4-pollicari, caule simplici pauciflore. E. *alpinum Karstroem;* plant. exsicc. ex Lapponia Lulensi (Zuickjock). *Ten. Relaz. del viag. di Abruz.* pag. 63 *Lysimachia prunellae foliis. Bocc.* Mus. pag. 161. tab. 108. perperam ab auctoribus ad E. *alpinum* relata (*icon mala*).

— — B. *Major;* caule ascendente vel erecto plerumque ramoso 6-10-pollicari, multifloro. *Lysimachia siliquosa alpina erecta alsine foliis. Bocc.* Mus. pag. 31. tab. 15. fig. 2. E. *origanifolium* Schleich. et Thomas pl. exsicc. ex Helv! E. *alsinefolium Hooker* pl. exsicc. ex Scotia! E. *roseum Guss.* pl. exsicc. ex Aprutio.

Monte Corno, M. Grande ad rivulos.

Obs. Radix articulata repens, caulis crassiusculus apice saepe nutans 4-fariam villosus, folia ovato-lanceolata subintegerrima vel denticulata glabra margine tenuissime ciliata, ima opposita quandoque omnia alterna vel sparsa, flores magni, petala obcordata calyce multo longiora. E. *alpinum* verum, cujus specimina e Svecia, e Scotia, e Carinthia et ex Helvetia accepi, est planta 2-3-uncialis, et folia profert omnino elliptica obtusa, floresque triplo minores quam illi E. *origanifolii.* In eodem E. *alpino* vero caulis omnino ob petiolos decurrentes obsolete 4-gonus et pubescens deprehenditur, nec contra, sicut cl. *Roth.* in Enum. pl. in Germ. sp. nasc. t. 2. pag. 155 adfirmare placuit. Inter *Epilobiorum* specimina in meo herbario adservata, quaedam etiam inveni E. *Hermanni Reich.* Cent. 2. p. 73. tab. 313. cum illa E. *origanifolii* a cl. *Thomasio* accepta, et E. *alpini* ex alpibus Lulensibus, confusa; sed quum hanc speciem, et E. *alpinum* verum huc usque in nostro Regno invenire mihi datum non esset, eorumdem ampliores adumbrationes libenter omittam.

Gentianeae.

* 1. Chlora perfoliata.

In collibus siccis et arenosis maritimis.

2. C. serotina *Reich.*

Ad sepes et inundatis maritimis, prope Neapolim: *Fusaro;* Aprutii: *Pescara.*

Obs. Utraque species a semipedali ad bipedalem altitudinem variat; neutra quam ex earum foliis solidi characteres erui possunt, ut una ab altera dignoscatur. C. *serotina* differt tamen a C. *perfoliata*, laciniis calycinis lanceolatis basi coalitis, minime linearibus discretis, nec non stigmate 2-4-fido.

3. C. imperfoliata.

Ad sepes Pompejanas florentem legit cl. *Schow*, Novembri anni 1829.

Obs. A C. *sessiliflora* in *Loisl.* Fl. gall. t. 1. p. 274 excludatur sinon. *Columnae: Centaurium luteum novum*, quòd ad *Chironiam maritimam* spectat.

Ericeae.

1. Erica multiflora.

In nemoribus Campaniae: *Fondi, S. Germano;* Apuliae: *Gargano, M. Spigno, Serra Capriola.*

2. E. ramulosa *Viv.* E. *corsica DC.*

— — B; *flore albo.*

Ad rupes calcareas: *M. S. Angiolo di Castellammare* (*all' acqua Santa*), *Capri* (*alla salita di Anacapri, al Travaro*). B. ad rupes Salerni (Giordano).

3. E. arborea.

In collibus aridis; prope Neapolim: *Solfatara, Monte nuovo, Fusaro, Valle di S. Rocco;* Principat. citerioris: *Colline di Sessa, Omignano, Acquavella, Casalicchio.*

Obs. Stylus quandoquoque inclusus, corolla subglobosa vel cylindracea.

Thymeleae.

* 1. Daphne Mezereum.

In nemoribus Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella, valle di S. Spirito, Morrone. ed a Campitello prima di Valle oscura dopo la montagna de' 7 Frati.*

* 2. D. Laureola.

In sylvis prope Neapolim.

* 3. D. Gnidium.

In collibus maritimis ad meridiem versis: *Monte nuovo, Baja, Castellammare, Fondi, Salerno.*

* 4. D. alpina.

Monte Corno, Montevergine, inter saxosum rimas prope caenobium.

5. D. glandulosa *Bert.*

In rupibus calcareis Calabriae: *Pollino;* Aprutii: *Velino, M. Corno* (*Lama bianca*), *Intermesole* (*Campo Aprico*), *Morrone.*

6. D. collina Smith. D. *australis* Cyrill. pl. rar. fasc. 3. inedit. cum icone.

In Aprutio ad montium radices: *Gole di Popoli, Monte di Caserta, Rajano;* et in dumetis maritimis: *Licola, Gaeta, Volturno, Itri.*

* 1. Passerina annua *Spr. Stellera passerina Lin.* et *Ten.* Fl. nap. I. pag. 203.

In campis argillosis aridis: *Casalicchio al demanio, S. Germano,* et alibi.

* 2. P. hirsuta.

In collibus maritimis: *Strada di Pozzuoli, Monte nuovo, Baja, Capri, Castellabate* in Princip. citer.; *Manfredonia, Lecce* in Japygia.

* 3. P. Tartonraira *Schrad. Daphne Tartonraira Linn.* et *Ten.* Fl. nap. I. p. 200.

Ad colles maritimos calcareos: *Capri* (*Marina del Mulo*) *Campanella, Galli, Costiera di Amalfi, Raito presso Vietri.*

Vaccineae.

1. Vaccinium Myrtillus.

In herbidis montosis Aprutii: *Bilancino* prope *Paduli, Majella* (*a Grotta Caprara*).

Polygamae.

Acerinae.

* 1. Acer monspessulanum.

In montibus Aprutii: *Salviano.*

2. A. commutatum *Presl.*

In nemoribus Calabriae: *Cassano* (vulgo *strazza filato*).

Obs. Ab A. *monspessulano* differt, in primis, corymbis pendulis.

* 3. A. neapolitanum; foliis subrotundis basi cordatis 5-lobis subtus pubescentibus lobis acutiusculis grosse dentatis, corymbis pendulis, pedunculis samarisque pilosis, alis divergentibus ampliatis. *Ten.* Fl. nap. prod. pag. 72. *Atti della R. Accademia delle scienze* t. I. parte 2. pag. 103. cum icone. Fl. nap. II. pag. 372. tav. 100.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B; foliis subpalmato-5-fidis, lobis triangularibus subintegerrimis.

— — C; foliis duplo minoribus. A. *Opulus Ten.* Fl. nap. loc. cit.

— — D; foliis obtuse lobatis.

In nemoribus totius Regni.

Obs. Ab A. *obtusato* differt foliis basi cordatis acute lobatis, samarisque duplo majoribus alis divergentibus.

4. A. Lobelii; foliis 5-lobis utrinque glabris lobis acuminatis subintegerrimis undulatis, intervallis approximatis triangularibus, corymbis erectis, samaris glabris alis horizontalibus. *Ten.* Fl. nap. Prodr. suppl. 3. in Fl. nap. II. p. 382. *Atti della R. Acc. di sc.* t. 3. (inedit. cum ico.).

In editioribus montibus Stabiarum: *M. S. Angiolo, all'acqua de'porci;* Hirpinorum: *Montevergine, Cerealto.*

Obs. Arbor procera lactescens atrovirens, ramis pyramidatis. Ab A. *platanoide* differt foliorum sinubus acutis non excavatis, lobis 3-angularibus subintegerrimis non oblongis acute dentatis.

* 5. A. pseudo-platanus.

— — A; foliis amplis laevibus membranaceis, racemis elongatis.

— — B; foliis minoribus rugosis profunde sectis, racemis abbreviatis paucifloris. An *A. villosum Presl.* Del. Prag. p. 31?

In nemoribus regni; passim in Aprutio, ubi vulgo *mollacero.*

B. in nemoribus Calabriae: *Sila, Bosco di Noce,* ubi vulgo *acero riccio.*

* 6. A. campestre verum. *A. marsicum Guss.* Pl. rar. pag. 375.

In nemoribus Aprutii et Calabriae, vulgo *Occhiano.*

Obs. Foliorum lobi subintegerrimi, samarae in styli loco angulum obtusum efformant, apicibus oblique ad superum vergentibus.

7. A. austriacum.

— — A; *samaris villosis.*

— — B; *samaris glabratis.*

In nemoribus et ad sepes in Aprutio, et Principatu citeriori ubi adhibetur ad vites sustinendas, et vulgo *occhiano* nuncupatur.

Obs. Foliorum lobi subangulati, samarae loco styli in eamdem lineam connectuntur et angulum non efformant ut in praecedente, ipsae samarae horizontaliter producuntur et apices inferius flectunt.

8. A. collinum. An A. *campestre* B. *cortice levi* DC.?

— — B. *Palmatum;* foliis palmato-sectis irregulariter incisis.

Ad sepes Aprutii et Samnii.

Obs. Foliorum lobi obtusi; samarae glaberrimae caeterum illis A. *campestris* omnino similes.

Ebenaceae.

1. Dyospyros Lotus.

In nemoribus frequens.

Dygynia.

Caryophylleae.

* 1. Mochringia muscosa.

In herbidis montosis et ad nemora: *Capri, Castellammare, Montevergine, Avvocata, Trinità della Cava, Matese, Majella, Pollino.*

Rosaceae.

1. Spallanzania agrimonioides. *Pollini* et *Spreng. Agrimonia agrimonioides Linn.*

In nemoribus et ad sepes Calabriae: *Pollino, Satriano;* Principatus citerioris: *Sessa, Omignano, Porcili, Acquavella ec;* Aprutii: *M. Corno.*

Trigynia.

Polygoneae.

* 1. Polygonum Bistorta.

In pascuis montosis Aprutii: *Piano di 5-miglia, Majella;* Calabriae: *Pollino.*

* 2. P. viviparum.

In editioribus Aprutii: *Majella, Pizzo di Sivo, M. Grande, M. di Pizzoli.*

* 3. P. elegans; caule suffruticoso, ramis flexuosis, foliis oblongo-lanceolatis, ochrea brevissima lacera, floribus octandris spicato-paniculatis corollis regularibus, bracteis scariosis glaberrimis. *Ten.* Fl. nap. prodr. Suppl. II. pag. 66. Fl. nap. II. pag. 267. tav. 35. P. *equisetiforme Meyer;* pl. exsicc. ex agro Tergestino, non Smith.

In Japygia: *Martina, Ginosa.* Perenne.

Obs. A. P. *equisetiforme* differt floribus octandris, corollis triplo majoribus, ochreis brevissimis e basi multifido-laceris non cylindraceis apice ciliatis, caule diffuso humiliori minime humanae altitudinis.

* 4. P. maritimum.

In sabulosis maritimis: *Bagnuoli, Pozzuoli, Fusaro, Pesto, Velia, Pescara.*

* 5. P. aviculare.

— — B; foliis ellipticis.

Ad vias in ruderatis, in inciltis ubique; B. in montosis.

6. P. romanum *Jacq. P. flagellare Bertol. P. controversum Guss.*

In campis arenosis et in collibus aridis mari finitimis in Campania: *Torricella, Venafro;* Aprutio: *Tagliacozzo, Capistrello;* Japygia: *Lecce.*

7. P. Bellardi *All.*

In campis Principatus ulterioris.

8. P. monspeliense. Pers. *synops. I. pag. 439.*

In campis cultis Principatuum; Aprutii: *Cappadocia;* Japygiae: *Lecce.*

* P. Persicaria *Reich.* P. *biforme Wahlemberg.*

— — B; spicis viviparis.

In fossis aquosis. B. secus vias inter Puteolos et Bajas.

Obs. Folia lanceolata ciliata punctata, ochreae ciliatae, spicae rubrae cylindricae densae pollicares et sesquipollicares, semina triquetra et lenticularia.

10. P. lapathifolium.

— — B; *minus.*

In fossis et in inundatis exsiccatis *var. B. tantum.*

Obs. Folia oblongo-lanceolata vel elliptico-lanceolata ciliata punctata, ochreae ciliatae, spicae pallidae densae ovatae breves 6-8 lineas longae, pedunculi scabriusculi, semina lenticularia omnia altera facie concava, altera leviter subcarinata.

Nostra planta omnibus partibus duplo minoribus, pedunculis fere glabris et seminum forma a planta svecica recedit, sed solidos characteres in ea non invenio ut in distinctam speciem sumere possim.

11. P. incanum.

Ad Fucini oras.

Obs. Folia subtus incana, semina lenticularia conformia utrinque concava. P. *lapathifolii* potius, quam P. *Persicariae* varietas censenda.

* 12. P. hydropiper.

In fossis aquosis.

Obs. Folia lanceolata ciliata punctata, ochreae ciliatae, spicae lineares virides 1 1/2-2 pollices longae basi subinterruptae, semina omnia exquisite triquetra.

13. P. tenuiflorum *Presl. P. nodosum Ten.* Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. 8. et Flor. partic. 2. pag. 175. n.° 809.

In fossis aquosis et in paludosis; *Fusaro; Abruzzo: al Fucino; Principato citra; Calabriae.*

Obs. Caulis erectus ramosissimus bipedalis et ultra, articulis tumidis, folia oblongo-lanceolata acuminata subserrulata ciliata, ochreae integerrimae, muticae, spicae lineares cernuae 2-3-pollicares, floribus distinctis continuis, semina triquetra et lenticularia.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

14. P. minus.

— — B. *Latifolium;* caule repente, foliis lanceolatis 6 lin. lat. 3 poll. long. serrulato-ciliatis subtus scabriusculis, ochreis longe setosis, spicis filiformibus solitariis interruptis, seminibus triquetris. P. *serrulatum Guss.* pl. exsicc. ex *Sarno, presso l'Abadia di Real Valle vicino Scafati*, et *Ten.* Fl. nap. prodr. app. V. pag. 12. an Lagasc?

— — C. *Declinatum;* caule declinato, foliis lanceolato-linearibus 4 lin. lat. 2 poll. long. serrulato-ciliatis, spicis sparsis subgeminis.

In inundatis utraque varietas obvia.

Obs. Specimina P. *minoris* ab exteris accepta a nostra planta non differunt nisi omnium partium parvitate. Caeterum characteres et descriptiones, nec non icon P. *minoris* cl. Reich. Pl. crit. t. 5. p. 57. tab. 493. fig. 686, nostrae plantae adamussim respondent.

* 15. P. amphibium.

In lacubus montosis: *Matese, Lago di Lacina nel monte di Bagnuoli.*

* 16. P. Convolvulus.

Ad sepes.

* 17. P. dumetorum.

Ibidem.

Tetragynia.

Asparageae.

* 1. Paris quadrifolia.

In nemoribus montosis: *Montevergine, Avvocata, Cerealto, Majella, Matese.*

Saxifrageae.

1. Adoxa moschatellina.

In umbrosis alpinis ad nives deliquescentes: *Pollino, Matese, Majella.*

Classis Enneandria.

Monogynia.

Laurineae.

* 1. Laurus nobilis.

In nemoribus passim cum *Viburno Tino.*

Hexagynia.

Hydrocharideae.

* 1. Butomus umbellatus.

In fluviis et in aquis lente fluentibus: *Mazzoni di Capua, Caserta, Regii Lagni.*

1. Hydrocharis morsus-ranae.

In aquis profundis: *Fondi.*

Classis Decandria.

Monogynia.

Ericeae.

1. Arbutus Unedo.

In dumetis maritimis: *Licola, Patria, Fondi, Gargano;* et in sylvaticis montosis, *Acquavella, Porcili, Omignano, Sessa, Montevergine, Serra Capriola.*

2. A. Uva-ursi.

In saxosis alpinis: *Velino, Majella, Monte Corno, Bocche di Chiarano al piano di 5-miglia.*

1. Pyrola uniflora.

In nemoribus Magellae.

2. P. secunda.

In alpinis: *Montevergine, Cerealto, Matese, Majella, Pizzo di Sivo.*

3. P. minor. *P. rotundifolia Ten.* Fl. nap. prodr. p. 25. *Montevergine, Majella, Pizzo di Sivo.*

1. Monotropa hypopythis.

In nemoribus Aprutii: *Majella;* Calabriae: *Boschi della Serra.*

Leguminosae.

1. Anagyris foetida (vera).

In dumetis Apuliae: *Gargano presso lo Stagno di S. Maria tra Viesti e Peschici*, vulgo *Fava di Lupo.*

2. A. neapolitana; foliis ovato-oblongis utrinque glaucis glabriusculis brevissime mucronatis, vexillo concolore luteo, leguminibus submoniliformibus ovato-oblongis varie flexis 1-3-spermis acuminatis, seminibus reniformibus pallide lutescentibus. *Ten.* An A. *glauca* DC. et Hortulanorum?

In saxosis maritimis: *Miseni.* Perennis.

Obs. Ab A. *foetida* differt foliis latioribus utrinque glaucis non atrovirentibus, vexillo concolore macula violacea haud notato, leguminibus moniliformibus compressis duplo latioribus suturis incrassatis 2-4-spermis, seminibus lutescentibus, non leguminibus cylindraceis 3-8-spermis, seminibus violaceis.

1. Cercis Siliquastrum.

In sepibus Fundorum, Mamurrarum, Cajetae, Gargani, Lyciae, Paesti et alibi.

1. Ceratonia siliqua.

In Apulia ad Gargani radices, in Calabriae nemoribus passim, et in Principatus citerioris collibus maritimis.

Rutaceae.

1. Dictamnus albus.

— — B; floribus purpureis.

In Aprutio: *Difesa di Pettorano, e montagna di Rocca Casale;* in Lucaniae et Calabriae montibus.

* 1. Ruta graveolens.

In montibus Campaniae: *M. S. Angiolo* prope Capuam, et in Monte Thyphate.

* 2. R. divaricata; caule suffruticoso ascendente, foliis 2-pinnatis foliolis oblongo-lanceolatis vel obovato-linearibus subaequalibus serrulatis, petiolis divaricatis subscandentibus, petalis crenatis horizontalibus remotis, capsulae turbinatae lobis obtusis. *Ten. Fl. nap. I. p. 222. tav. 36.*

In montibus apricis et inter rimas saxorum prope Salernum, et in *M. Gargano, Calderoso presso S. Marco in Lamis, Piano del Campo Santo presso M. S. Angiolo, Spigno, Cagnano, Matinata e Costa.*

Obs. Petala omnino illis R. *graveolentis* similia, idcirco tantum crenata vel dentata, minime vero fimbriata, sicut in Sprengelii syst. 2. pag. 320 indigitantur.

* 3. R. bracteosa DC. *R. chalepensis Ten.* Fl. nap. I. p. 222. et R. *angustifolia* Ten. prodr. app. V. pag. 13.

In insula Caprearum et in Calabria.

* 1. Tribulus terrestris.

In cultis et arenosis maritimis.

Obs. In nostra planta folia minus canescentia, et fructuum spinae breviores, quam in speciminibus ab Hungaria acceptis deprehendi.

Digynia.

Saxifrageae.

1. Saxifraga rotundifolia.

In nemoribus montosis Stabiarum: *M. S. Angiolo, M. finestra;* Hirpinorum: *Montevergine;* Samnii: *Matese;* Aprutii:

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Majella, *Pietra Camela*; Calabriae: *Pollino*, *Stilo*, *Mongiana*.

2. *S.* granulata.

In Aprutii montibus: *Pizzoli*, *Majella*, *M. de' Fiori*.

3. *S.* bulbifera.

In nemoribus montosis passim.

4. *S.* Aizoides L. *S. autumnalis* L.

Pietra Camela, *Pizzo di Sivo*.

5. *S.* lingulata Bellardi.

— — B. *Australis*; pedunculis subcorymbosis dichotomis. *S. australis Moricand* Fl. Veneta, tom. 1. pag. 451. *S. pyramidalis* et *S. longifolia Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 25. *S. thyrsoidea Tausch*; diagnoses plant. nov. in *Flora*, oder Botanische Zeitung; 1827 *erste beilage zweit. band.* pag. 240.

Obs. Cl. *Moricand* l. c. *S. australem* petalis immaculatis, glabritie totius plantae, aliisque notis a *S. longifolia* satis differre dixit, nec immerito; plantam enim abunde a *S. longifolia* diversam sub oculis habebat: videlicet *S. lingulatam.* cl. *Bellardi*, quam *Decandolle*, *Sterneberg* aliique, inter *S. longifoliae* varietates diu recensuerunt, donec idem *Decandolle*, aequiori judicio, certis characteribus innixus, has species iterum secernendas statuit. Plantam in nostris montibus abunde nascentem a *S. australi* haud differre, ipse testatur clar. Moricand, dum l. c. se illam a *Gussone* nostro accepisse, atque in monte, vulgo *Montevergine*, sponte nasci dixerit. De petalis tantum, perperam, impunctatis dictis, se fefellisse putandum, cum plantae descriptionem ab exsiccato specimine eruerit; nam in planta nostra, petala constanter punctis rubris picta conspiciuntur.

S. longifolia vera *Laperouse*; *Figures de la Flore des Pyrenées pag. 26. tab. 11.* est planta omnino diversa ob folia longissima flexuosa, caulem e basi floriferum pedunculosque piloso-hispidos. *S. longifolia Sterneberg* exclus. plur. synon. (*Revis. saxifrag. pag. 1. tab. 1.*) ad varietatem majorem *S. crustatae* spectat. Sunt tamen species tres omnino distinctae: *S. lingulata* Bellardi, *S. longifolia* Lapeyrouse non Sterneberg, et *S. crustata* Vest, quae perperam a cl. *Sprengelio* in unam speciem junctae fuerunt.

6. *S.* Aizoon L.

In editioribus montibus Aprutii: *Monte Corno*, *Pizzo di Sivo*.

Obs. Juxta *Lin. Willd. Spr. Gaud.* aliorumque descriptiones, necnon secundum specimina ab Helvetia accepta, haec species calycibus pedunculisque glaberrimis gaudere debet: qua nota praesertim a sequenti dignoscitur; attamen in *DC. prodr. t. 4. pag. 19. S. aizooni* calyces pedunculique piloso-glandulosi tribuuntur, et sequens pro ejusdem varietate C. sumitur; quod an recte, botanicorum ulteriori consilio commendare juvat.

7. *S.* stabiana; foliis radicalibus in rosulas globosas coacervatis, obovato-spathulatis obtusis, margine incrustato-denticulatis; caulinis spathulato-obovatis, summis linearibus subintegerrimis, racemo simplici pauciflоro subcylindraceo; calycibus pedunculisque piloso-glandulosis; petalis oblongis roseis purpureo-punctatis. Ten. *S. neglecta Ten.* Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 19. *Sedum montanum roseum serratum, foliis subrotundis Barr.* ic. 1310. *S. recta* Fl. nap. prodr. p. 25.

In montibus Stabiarum. Perennis.

Obs. A *S. Aizoone* differt calycibus glanduloso-pilosis, foliis brevioribus, caulinis subintegerrimis; a *S. Aizoone majore longifolia Sternb.* foliis spathulatis obovatis: a *S. recta* Lapeyr. cui magis affinis est, differt foliis minime lanceolato-ligulatis, propaginibus globosis, non surculis laxe foliis e basi enascentibus, foliis crustaceo-porosis, statura multo minori caeterisque notis. Magnitudine admodum variat, caule 2-6 pollicari, foliorum rosulis 1/2 ad 1 poll. diametro. Nomen mutavi, quum aliae speciei a cl. *Sternbergio* jam pridem impositum fuisset.

8. *S.* marginata? *Sternb.* et *DC.* excl. syn. Ten.

— — B. *Minor*; floribus capitatis, foliis in rosulis parvis densissime congestis. *S. neglecta* B. *Ten.* Relaz. del viag. di Abr. pag. 65.

Ad rupes Montis divi Angeli Stabiarum et in Magella.

Folia radicalia rosaceo-congesta obovato-spathulata margine cartilagineo integerrimo basi tantum denticulato-ciliata, caule folioso corymboso, calycibusque glanduloso-pilosis, petala alba rubro-punctata calycibus duplo majora.

Obs. A *S. Stabiana* differt floribus laxe corymbosis duplo majoribus, foliis integerrimis, caule dense folioso duplo humiliori. Var. B. a *S. perophylla* non differt nisi foliis viridibus et petalis amplis albis calycibus duplo longioribus.

Pro nova specie jamdiu habui, et *S. denticulatae* nomine in herbario asservavi, sed ex characteribus *S. marginatae* in *Spreng. syst.* et *DC.* prodr. t. 4. pag. 20. tributis, etsi in *Revis. saxifr. suppl. 1.* ejusdem descriptionem et iconem consulere non potuerim, nostra planta ab ea haud differre suspicatus sum.

9. *S.* porophylla *Bertol.*

Velino, *Monte Grande*, *Aravietra*, *Majella*, *Pizzo di Sivo*, *Matese*, *M. Alpe presso Latronico* (in Lucania).

Obs. Est species omnino distincta, nec cum *S. calycistora Lapeyr.* vel *S. media Gouan* confundenda, quod ipse, auctorum descriptionibus non satis accuratis deceptus, alias jampridem existimavi. *S. calycistorae* pyrenaica specimina a cl. *Gay* nuperrime accepta, nec non inspectio iconis in magnifico opere *Lapeyrouse* (Flore des Pyrenées pag. 28. tab. 12.) de utriusque speciei differentia certum me fecerunt. *S. porophylla* habet folia obovato-cuneata apice rotundata, floresque subspicatos capitatos. *S. calycistora*, vero, folia profert oblonga, duplo longiora utrinque angustata, floresque racemosos longe pedunculatos.

10. *S.* caesia *Seguierii* Pl. Veron. tab. 9. fig. 2.

— — B; *valdensis DC.*

Morgone, *Pizzoli*, *Focaleto*, *Monte Amaro*, Var. B. *Monte Corno*, *Majella*.

Obs. Male quidem cl. *Sprengelius* hanc speciem cum *S. media* junxit (Syst. veg. 2. p. 366), sunt enim plantae magnitudine, partium proportione et forma toto coelo diversae. *S. caesia* foliis gaudet oblongis carinatis recurvis ciliatis in surculos demum elongatis, ac flores profert longe pedunculatos, corollis albis calyce duplo longioribus. Tota planta nunquam pollicarem magnitudinem excedit, dum *S. media* 3-4 pollices plerumque attingit.

11. *S.* oppositifolia.

Monte Amaro, *Monte Corno*, *Costone*.

12. *S.* controversa *Sternb. S. ascendens* L. *S. petraea Vahl.* et *Gaud.*

Majella, *Matese*.

Obs. Radice perenni praecipue a sequenti dignoscitur.

In nostris speciminibus caulis semper ascendens pauciflorus deprehendi.

13. *S.* petraea.

In montibus Samnii et Aprutii obvia.

14. *S.* androsacea. *S. foliosa Orsini* pl. exsicc. ex *M. Corno*.

Monte Corno, *Majella*.

15. *S.* caespitosa.

Ibidem.

16. *S.* sedoides. *Linn. Jacq. Sternb.* et *Gaud.* non *Vahlemb.* nec *DC.* Fl. fr.

— — B. *Flavida. S. aphylla Ten.* Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 21. *Guss.* pl. exsicc. ex *M. Corno*.

Majella. B. *Monte Corno*.

17. *S.* glabella. *Bertol.* Index Horti Bononien. pro ann. 1824.

Majella a Scrimacavallo, *Grotta Caprara*, *M. Corno*, *Pizzo di Sivo*.

18. *S.* moschata Wulf. *S. muscoides* Sternb. *S. caespitosa* Scop. non Linn. *S. exarata* All. non Vill.

Pizzo di Sivo, *M. Corno*, *Majella*.

19. *S.* muscoides Wulf. et Schleich. pl. exsicc. ex Helv. *S. moschata* Hoppe pl. exsicc. ex Alp. *Vest.* pl. exsic. ex Carinthia

Velino, *Majella*.

20. *S.* ampullacea; foliis imbricatis glaberrimis oblongo-ovalibus

© Orto Botanico di Napoli, Italy

turgidis carnosulis apice 2-3-lobis vel integerrimis; cauliculis strictis, foliosis 1-2-floris, petalis ovalibus flavis calycibus duplo longioribus, filamentis purpureis. *Ten.* Fl. nap. prodr. append. IV. pag. 21. *S. pygmaea B. Moretti* Revisio saxifr. *S. moschata B. Sternb.* et *La Peyrouse* Fl. des Pyren. tab. 38.

Majella, a M. Amaro, M. Corno. Peren.

Obs. Caules et calyces piloso-glandulosi, planta caeterum glaberrima, folia obtusissima exsiccatione vesiculosa.

21. S. tridactylites.

Ad muros in umbrosis, circa Neapolim: *S. Efrem vecchio, S. Elmo; Capri, Castellammare, M. della Stella; Pietracamela* (Guss.) *Pizzo di Sivo* (Orsini).

† 22. S. Cotyledon.

In nostris montibus communis. Petag. Inst. t. 2. pag. 781, An S. *lingulata* B?

1. Chrysosplenium alternifolium.

In nemoribus Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini).

2. C. oppositifolium.

— — C; foliis subrotundo-cuneatis vel ovato-cuneatis.

In nemoribus Calabriae: *Mongiana, Boschi della Serra.*

Obs. Nostra planta ab illa in iconibus *Fl. Dan. Dodon.* et aliorum auctorum repraesentata non differt, nisi foliis diametro longitudinali transversali sublongiore, vel illud aequante, idcirco a C. *oppositifolio* specie non differre arbitror.

Paronychiae.

1. Schleranthus annuus.

— — B. *Polycarpos;* calycibus mucronatis, caule elato villoso. An S. *polycarpos* Linn. *Vermiculata nova planta Col.* Ecphr. 1. p. 295. fig. 294? An S. *hirsutus Presl?*

In campis sterilibus: *Tavoliere.*

2. S. perennis Lin. S. *perennis Guss.* pl. exsic. ex montibus Nebrodensibus S. *marginatus Guss.* pl. exsicc. ex Calabria. S. *neglectus Roech.* pl. exsicc. ex alpib. Bannatus et pl. Bannat. super. pag. 34. tab. 3. fig 8. S. *perennis conglomeratus Lang.* pl. exsicc. ex Tibisco.

In arenosis montosis Apuliae: *Gargano;* Calabriae: *Aspromonte.*

Obs. Caulis in utraque specie villosus, et folia basi ciliato-serrulata. Itidem et in specimibus S. *marginati Guss.* et in speciminibus S. *perennis* ab exteris acceptis talia deprehenduntur. S. *perennis* radice perenni calycibusque obtusis emarginatis a S. *annuo* differt.

De recta synonymorum collocatione dubius non haesi. In specimine S. *neglecti* Roech. ab ipso cl. auctore benevole accepto, caulem basi lignescentem non inveni, imo omnibus notis a S. *perenne* haud differre mihi visum est.

Columnae planta iisdem locis ab ipso auctore indigitatis lecta, non nisi caule elatiore magis villoso et foliis longioribus a S. *annuo* differt; quapropter S. *polycarpi* cum S. *annuo* junctionem a neotericis propositam, jure potiori confirmare mihi est persuasum.

Caryophylleae.

1. Gypsophyla saxifraga.

In collibus calcareis.

Obs. Nostra planta petala in ambitu crenata nec tantum emarginata profert.

2. G. rigida. *Lychnis parvula caryophyllata flore rubello, Italis Haemorroidalis Aldrovandi; Barr.* Ic. 998.

Calabria: *Cassano, Cariati, Corigliano, Europoli* (Guss.) *Frasso, Costa di Cepino* ad Taburnum (Lostritto).

Obs. A praecedenti, cui simillima, differt minus forma bractearum, quam habitu, foliis confertis strictis duplo latioribus laete non obscure viridibus, caulibus minus paniculatis, floribusque majoribus, petalis tantum emarginatis nec emarginato-crenatis. Bracteae passim ovales obtusae cum mucrone, vel tantum ovato-oblongae mucronatae, ideoque illis G. *saxifragae* similes conspiciuntur. Icon *Barr.* l. c. nostram plantam perbelle refert.

3. G. Vaccaria *Smith.* et *Spreng. Saponaria Vaccaria Linn.*

Inter segetes: *Valle di S. Rocco, Fusaro;* Apulia: *Tavoliere.*

4. G. paniculata Linn. G. *Arrostii Guss.* Prodr. Fl. sic. 1. p. 487 et Pl. rar. pag. 160. Ten. Viag. in Calabria pag. 121. et Fl. nap. prodr. app. V. pag. 13. *Arrostia dichotoma Rafinesque* Caratteri p. 76.

— — B, *viscosa.*

In collibus Japygiae: *Ginosa;* Calabriae: *Castrovillari, Amendolara, Reggio* ec.

Obs. In G. *paniculata* ex hortis variis accepta, et in H. Regio culta flores hermaphroditos semper comperi. Nostra planta habitu paulisper diverso ab illa recedit, nempe colore laete non obscure virenti, calycibus obtusioribus seminibusque parum majoribus, caeterum eidem simillima.

5. G. illyrica *Sibth. Saponaria illyrica Linn.* et *Ten.* Fl. nap. prod. app. III. in Fl. nap. II. pag. 379.

In collibus aridis Calabriae: *Reggio.*

† 6. G. dianthoides *Sibth. Guss.* pl. rar. pag. 163.

In collibus aridis Aprutii: *Popoli, Pacentro, Solmona.*

* 1. Saponaria officinalis.

— — B; *grandiflora.*

In sylvaticis et ad vias. B. *Auletta, Lauria.*

2. S. calabrica; radice fibrosa, caulibus dichotomo-divaricatis erectis, foliis obovato-spathulatis subuninerviis, floribus axillaribus solitariis, calycibus teretibus villoso-glandulosis, petalorum lamina orbiculata basi constricta, seminibus tuberculatis subglobosis. *Guss.* pl. rar. pag. 164.

In collibus aridissimis Calabriae orientalis: *Corigliano, Cariati, Catanzaro* (Guss.). Ann.

Obs. Pilis glanduliferis, radice annua et habitu a S. *ocymoide* differt.

3. S. bellidifolia *Smith. Wild. Guss.* ec. ab omnibus excl. synon. *Bocc. Lychnis rubra Globulariae capite et facie, montana.* Mus. t. 62. f. 1. *Globularia lutea montana* Col. *Ecphr. 1. tab. 153.*

In rupibus herbidis: *Velino, Morrone.*

Obs. Synonymon *Bocconi* ad aliam plantam, et forsan ad *Lychnidem alpinam* pertinet. *Confer* Ten. *Relaz. del Viag. di Abr. pag. 66.*

* 1. Dianthus Bisignani; floribus aggregato-fasciculatis, squamis calycinis 4-fariam imbricatis, interioribus brevioribus margine ciliatis cuspidatis exterioribus setaceo-subulatis, foliis erecto-sculis linearibus semiteretibus integerrimis glabris glaucescentibus caule fruticoso. *Ten.* Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. 9. t. 1. pag. 228. tav. 37. Guss. *Prod. Fl. Sic. I. pag. 494*, et *Pl. rar. pag. 169.* Reichenb. *Pl. crit. cent. 6. pag. 23. tab. 591. fig. 180.*, in qua flores squamis calycinis exterioribus expertes repraesentantur.

In rupibus maritimis Lucaniae: *Palinuro, Molpa;* Calabriae: *Bagnara, Scilla.* Perennis.

Obs. Squamae calycinae exteriores longitudine variant et interiores numquam superant, idcirco longissimae dici nequeunt, ne cum foliis floralibus confundantur.

2. D. Armeria

In collibus aridis Apuliae; Hirpinorum: *Montevergine* et alibi.

* 3. D. barbatus.

In herbidis montosis: *Montevergine.*

4. D. ferrugineus.

In pratis Principatus citerioris: *Pianure di Eboli;* Japygiae: *Lecce;* Calabriae, Aprutii: *Morrone.*

* 5. D. atrorubens. M. B.

In collibus Calabriae: *Sila, Aeri.*

* 6. D. prolifer.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B. *Minor;* basi pubescens. *Dianthus velutinus Guss.*

In submontosis et maritimis: *Gargano, Baja.* Var. B. *Sessa in Principato citra, Omignano, Montenuovo, Fusaro, Capodimonte.*

7. D. longicaulis; caule elongato paniculato, foliis lineari-elongatis laxis, squamis calycinis sex adpressis intimis emarginatis cum mucrone, petalis longe unguiculatis contiguis serratis glabris. *Ten.* Fl. nap. prodr. app. III. in Fl. nap. II. pag. 379. et Fl. nap. tav. 138. fig. 1. *DC.* prodr. I. pag. 359. *Reich.* Hort. bot. t. 1. pag. 42. tab. 56. *Dianthus Caryophyllus Ten.* Fl. nap. I. pag. 230.

— — B. *Minor;* floribus minoribus.

In collibus circa Neapolim: *Camaldoli;* in rupibus calcareis Salerni; in Aprutio, et alibi. Perennis.

Obs. A D. *Caryophyllo* differt foliis angustissimis laxis, radicalibus subserrulatis, squamis calycinis intimis emarginatis cum mucrone, nec acutis petalis longe unguiculatis. A D. *sylvestri* caule paniculato, foliis glaucis laxis, floribus duplo majoribus, petalis serratis aliisque notis abunde differt. Cultura non immutatur.

* 8. D. sylvestris.

— — B; caule elongato apice diviso 2-3-floro.

— — C. *Garganicus;* caule elongato subbifloro, squamis calycinis ovatis longe cuspidatis.

In saxosis Aprutii. B. *Colli, Majella.* C. *Gargano, Cagnano.*

Obs. Folia margine ciliata, caulisque basi scaber ut in sequenti, sed ab eo differt petalis subrotundis nec cuneato-obovatis et squamis calycinis late ovatis non lanceolatis. Var. C. *intermedia* dici potest inter D. *sylvestrem* et D. *ciliatum*, nam hujus folia et caulem exhibet, et prioris flores cum squamis calycinis intermediis.

9. D. ciliatus; caule erecto apice parum ramoso, foliis enerviis margine serrulato-ciliatis, floribus solitariis pedunculis bifidis, squamis calycinis senis adpressis acuminato-aristatis calyce plusquam dimidio brevioribus, petalis glabris cuneato-obovatis integris vel obsolete eroso-crenatis. *Guss.* Pl. rar. pag. 168.

— — B. Petalis subrotundis, caule apice bifloro.

— — C. *Minor;* floribus duplo minoribus.

In Aprutii montibus: *Costone, Monte Corno, Sulmona, Pacentro.* B. *Monte Corno.* C. *Majella.* Perennis.

10. D. marsicus; caule erectiusculo, foliis linearibus erectis rigidiusculis serrulatis, squamis ovato-subulatis tubo plerumque multo brevioribus, petalis palmato-multifidis barbatis, unguibus tubo calycis multo longioribus laminis deflexis. *Ten.* Adnotat. ad Ind. semin. H. R. Neap. 1830. D. *monspeliacus Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 61. D. *monspeliacus* et D. *Sternbergii* Schleich. pl. exsicc. ex Helvetia, non *DC.* Prodrom. I. pag. 361, non *Vest* pl. exsicc. ex alpib. Carinthiae.

Caulis 1-2-pedalis basi decumbens caeterum erectus, folia radicalia oblongo-linearia, caulina erecta angustissima (1. lin. lat. 2-3-poll. long.) obscure viridia rore glauco adspersa, flores fragrantissimi, petala deflexa pallide carnea unguibus elongatis, ore pilis hirta.

In nemoribus montium Hirpinorum: *Montevergine;* Aprutii: *Valle di S. Spirito alla Majella, Pietracamela alle falde di Monte Corno, Monte de' Fiori.* Perennis.

Obs. Ab affini D. *monspeliaco* differt caule elatiore, floribus barbatis 2-3-ploque majoribus, unguibus elongatis, unde laminae deflexae conspiciuntur, dentibus calycinis concoloribus nec rubris, planta glaucescente, foliis erectis. A D. *superbo* recedit petalis non ultra medium pectinato-multifidis, squamisque calycinis elongatis aliisque notis. Planta *D. Sternebergii* nomine a cl. *Schleichero* accepta, statura minori tantum a nostra differt. Hoc autem minime dicendum de planta eodem nomine inscripta, et a cl. *Vest* ad me missa, in qua characteres a cl. *Decandollio* in D. *Sternebergii* observatos rite deprehendi. Hic, enim habet petala serrata nec fimbriata, et laminas undique pubescentes, non fauce tantum barbatas. A D. *erubescenti Trevisanus* et *Roth* Enum. plant. t. 1. pag. 279 differt floribus duplo majoribus in paniculam contractam minime coacervatis nec subaggregatis, calycibus viridibus squamis exterioribus tubum aequantibus, foliis minime subulatis rigidis, habituque omnino diverso. D. *erubescens* magis affinis D. *superbo* quam nostro dici potest.

D. *erubescens Trevir.* ab Horto Berolinensi acceptus in Horto Regio tribus abhinc annis colimus, facie characteribusque quibus a nostra dignoscitur immutatis.

An *Seguierii* et *Lobelii* synonima in *Wulfenii* et Roem. Archiv. bot. 3. sect. 3. pag. 390. quae cl. *Roth* ad D. *monspeliacum* laudat, ad nostram plantam potius trahenda sint, ulteriori disquisitioni commendamus.

11. D. tripunctatus *Smith. D. divaricatus D' Urville* ex DC. *Prod. I. p. 360* et Spr. *Syst. t. 2. pag. 377.*

In aridis collibus Calabriae: *Colline di S. Agata e di Reggio, Capo Pellaro* (Gussone).

12. D. deltoides.

In herbidis montosis Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella, Monte Corno.*

13. D. glaucus L. *D. deltoides.* pl. exsicc. ex *Pizzo di Sivo* (Orsini).

Obs. Petala contigua subrotunda nec deltoidea discreta hanc speciem a praecedente disjungunt.

† 14. D. Caryophyllus.

In nostris montibus occurrit: *Petagna* Inst. bot. t. 2. pag. 801. Cum D. *sylvestri*, vel cum *D. longicauli* certe commutatus.

Trigynia.

1. Silene acaulis.

In summis alpibus Aprutii: *Velino, Majella a Scrimacavallo, M. Amaro, M. Corno.*

* 2. S. inflata *Smith.* et *DC.*

— — A. *Vulgaris;* glabra vel pubescens, foliis ovato-lanceolatis membranaceis. *Cucubalus Behen* Linn.

— — B. *Angustifolia;* glabra, foliis lanceolato-linearibus et linearibus. *Cucubalus angustifolius Ten.* Fl. nap. I. p. 233. tav. 38.

— — C. *Rubra;* petalis purpureis.

— — D. *Castrata;* petalis abortivis.

— — E. *Maritima;* petalis fauce coronatis.

— — EE; *alpina Spreng.* caule decumbente paucifloro, foliis glaucis ovatis, ellipticis vel lanceolatis ciliatis. *Silene Persoonii* Schott. S. *commutata* Guss. *Behen album Fabariae foliis* Bocc. Mus. pag. 133. tab. 92.

— — EEe; *uniflora. Cucubalus crassifolius Ten.* Fl. nap. app. IV. pag. 23. *Relaz. del viag. di Abruzzo pag. 67.*

A. In collibus apricis: *Ischia, Calabria alla Serra, Reggio.* B. In collibus et arvis montosis. C. Ad sepes Gargani et montis divi Angeli Stabiarum. D. In montibus Pollino et Magella. EE, et EE e in saxosis montium Aprutii: *Pizzoli, Pietracamela, Monte de' Fiori, Bacucco, Intermesole.*

Obs. Eodem jure quo sub *Silene inflata Cucubalum angustifolium* militare autumant botanici plerique, S. *commutata* Guss. et *Cucubalus crassifolius* Ten. ad S. *maritimam* adducere oportet. Haec tamen petalis fauce coronata a S. *inflata* discedere silentio non praeteream.

3. S. Behen.

In Calabria: *al Capo dell' Armi* (Gussone).

* 4. S. Otites.

In pascuis montosis: *Velino, Gargano, Martina.*

* 5. S. conica.

In arvis siccis: *Strada del Campo, Granatello, Bari, Lecce, Abruzzo.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

6. *S.* lusitanica. *S. gallica Mayer* pl. exsicc. ex *Tarvisio*, et aliorum.

In campis et secus vias.

Obs. Dentes calycis longissimi setacei divergentes, laminae corollae obliquae denticulatae minime emarginatae, ac pili exserti hanc speciem ab affinibus statim distinguere faciunt. In nostra planta caules semper decumbentes et non erecti, et flores in spicas secundas disponuntur non in spicas distichas, sicut in Icone *Dillenii* repraesentantur, et in diagnosi cl. *DC.* prodr. t. 1. pag. 371. indigitantur. In speciminibus vero ex *L'orient* a cl. *Montagne* S. *gallicae* nomine acceptis, et quae certe ad S. *lusitanicam* spectant, caules erecti ramosissimi, et spicae distichae adsunt. Flores inferiores quoque subsessiles non longius pedunculati ut in sequente.

7. S. gallica.

In arvis Aprutii, et Principatus citerioris (rara), *Bosco di Persano* (Giordano).

Obs. Caulis simplicissimus erectus, flores majores, petala obovata emarginata, calyces hirsutissimi pilis patentibus.

8. *S.* nocturna (vera)

In arvis Apuliae.

Obs. Dentes calycis brevissimi obtusi conniventes hanc speciem a var. B. sequentis primo intuitu dignoscere faciunt. Calyces ipsi semper concolores virescentes, non purpureo-venosi ut in sequente.

Icon Bocconi *Lychnis sylvestris humifusa viscosa calyce ventricoso flore flammeo* t. 150. quam cl. *Bertolonius* ad S. *gallicam*, et cl. *Gussonius* ad S. *lusitanicam* trahere conati sunt, ob dentes calycis brevissimos et petala emarginata bifida, ad hanc speciem potius spectare videtur.

* 9. S. neglecta; petalis emarginatis, calycibus cylindraceis 10-striatis, dentibus linearibus calycis longitudinis fere quartam partem attingentibus; floribus remotis secundis subpedunculatis, fructibus erectis vel patentibus; foliis inferioribus spathulatis, superioribus oblongo-lanceolatis. Ten.

— — A; caule erecto minus ramoso, ramis elongatis, floribus majoribus remotissimis, inferioribus longe pedunculatis, fructiferis patentibus, petalis subintegris, fauce squamosa. Planta hirsuta, caule superne pilis glandulosis viscoso. S. *nocturna*. A. *Fl. nap. prod. pag. 56. Fl. nap. I. pag. 234. Fl. part. I. pag. 350* exclus. synonymis.

— — B; caule erecto simpliciusculo, subbifido, ramis apice reflexis, floribus approximatis breviter pedunculatis, pedunculis fructiferis erectis, petalis emarginatis nudis, planta hirsuto-viscidula pilis glandulosis. S. *gallica* Hort. Reg. Paris. (fide speciminis in eodem horto lecti). S. *nocturna* var. B. *Cucubalus reflexus Linn. Ten. Fl. nap. I. pag. 235* et *Fl. part. t. I. pag. 350* (exclusis synonymis).

— — Bb; *flore albo.*

— — C; caule e basi ramosissimo decumbente, breviter pubescenti, floribus minoribus remotis, petalis minutis emarginatis. Planta glabriuscula.

Var. A. ad nemorum oras: *Astroni*, *Persano*. B. et Bb. *Pozzuoli*, *Monte nuovo*. C. secus vias, et ad agrorum margines circa Neapolim et in insula Caprearum. Annua.

Obs. A S. *anglica* differt foliis spathulatis non lanceolatis, calycibus striatis non profunde sulcatis, floribus secundis non alternis, pedunculis fructiferis minime reflexis. A S. *nocturna* floribus remotis laxis pedunculatis nec dense spicatis adpressis, calycinis dentibus duplo longioribus, petalis emarginatis, non bipartitis diversa judicatur. A S. *gallica* tandem differt petalis non integris, calycibus non hispidis.

Flores vigilant a vespertino ad matutinum crepusculum. In varietate B. minus constans haec observatur vigilia.

10. S. quinquevulnera.

In campis Apuliae et Lucaniae: *Praterie delle Murgie, e nel Cilento.*

11. S. hispida *Desf.* et *DC.*

Secus vias et in arvis: *Lecce*, *Portella*, *Bosco di Persano.*

12. S. dichotoma.

In arvis Apuliae.

* 13. S. sericea. *All.*, *Bertol.* et *Guss.*

— — A; caule erecto dichotomo, foliis glabriusculis spathulatis, pedunculo ex dichotomia, calycibus glabriusculis. S. *vespertina Retz. S. bipartita* Desf. Atl. I. p. 352. tab. 100.

— — B; caule erecto dichotomo foliis piloso-hirtis lanceolato-oblongis, floribus subimbricatis, calycibus patenti-pilosis. S. *bipartita varietas*, a Broussonetio lecta Marocco; *Desf.* loc. cit.

— — C; caule decumbente, foliis obovatis canescentibus calycibusque glabriusculis. *S. canescens Ten.* Fl. nap. I. p. 236. tav. 39. S. *decumbens Biv.* Cent. 1. t. 6. p. 75.

In arenosis maritimis: A. *Bari*, *Barletta*. B. *Calabria*, *Monteleone*. C. circa Neapolim: *Fusaro*, *Licola*, *Pesto.*

* 14. S. echinata *DC. S. verruculosa Guss.* pl. exsicc. ex Calabria.

In collibus herbidis apricis Calabriae: *Tiriolo*, *Maida*, *Staiti.*

15. S. Graefferi; radice repente, caule erecto simplici pauciflo-ro, foliis lanceolatis ciliatis adpresse hirsutis, floribus racemosis secundis, calycibus 10-striatis subscariosis tubuloso-clavatis, petalis bipartitis. *Guss.* pl. rar. pag. 170. tab. 34. S *ciliata Moretti* Dec. pl. ital. 6. p. 4. exclusis synonymis. An S. *ciliata B*, vix pubescens, calycibus pallidioribus petalis albis *DC.* Prodr. I. pag. 375?

In herbidis montosis ad vias in Aprutio: *Pietracamela*, *Monte de' Fiori*, *Majella*; Samnio: *Matese* (Graefer) Perennis.

* 16. S. pendula.

In arvis et inter segetes obvia.

17. S. viscosissima; villoso-viscosa pilis articulatis, caulibus erectis ramosissimis, foliis carnosis obscure-virentibus radicalibus obovato-spathulatis caulinis lanceolato-oblongis, obtusis canaliculatis, floribus paniculato-racemosis longe pedunculatis, calycibus clavatis petalorum unguibus longissimis, laminis albis bipartitis. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 24. *DC.* Prodr. t. 1. pag. 375.

In arenosis maritimis: *Bagnuoli*, *Fusaro.* Annua.

Obs. Ab affini S. *nicensi* differt in primis unguibus petalorum duplo longioribus, laminis 2-partitis, foliis carnosis obscure virentibus duplo angustioribus, calycibus clavatis etc.

18. S. quadridentata *DC. Cucubalus quadrifidus Lin.* S. *quadrifida Jacq.* et *Ten. Relaz. del viag. di Abruz. p. 67.* non *DC.*

— — B; caulibus erectis foliisque glaberrimis. S. *fontana* Ten.

In vallibus Aprutii ad scaturigines: *Majella alli Trocchi*, *M. Corno.*

19. S. cretica.

In arvis: *Gargano, alla piana di Fedele presso le neviere di Cagnano; Abruzzo; Sessa nel Cilento.*

20. S. tenuiflora; caule erecto stricto, foliis radicalibus spathulatis obtusis pubescentibus, caulinis superioribus lanceolato-linearibus apice attenuatis glabris, paniculae subdichotomae pauciflorae pedunculis elongatis, calycibus glabris ellipticis-oblongis 10-nervosis teretibus, corollae (parvae) petalis emarginatis, capsulis ovatis brevissime pedicellatis. *Guss.* pl. rar. pag. 177. tab. 36

Ad agrorum margines: *Catanzaro*, *Squillace*, *Persano.* Ann.

21. S. sedoides.

In lapidosis maritimis Japygiae: *Capo di Leuca*; Peucetiae: *Mola.*

22. S. Saxifraga.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In glareosis Aprutii: *Valle oscura, Majella, M. Corno, Accumoli.*

23. S. multicaulis; caule adscendente (gracili) dichotomo-paniculato, foliis linearibus angustis puberulis acutis ciliato-scabris floribus subpaniculatis, calycibus glaberrimis clavatis, petalis 2-partitis, coronae laminis bicuspidatis, capsula ovato-oblonga breviter pedicellata. Guss. pl. rar. pag. 172. tab. 35.

In glareosis montosis: *Rocca valle oscura, Majella alla valle di S. Spirito, Matese.* Perennis.

Obs. A S. *petraea Kit.* differt calycis laciniis acutis, capsulis ovato-oblongis non subrotundis, coronae laciniis tripartitis, caule subpaniculato, seminibus rufis.

* 24. nutans.

— — A. *Viridella;* pubescens ramosissima.

— — B. *Olygophylla;* pubescens humilis, caule simplici fere nudo purpurascente, foliis spathulatis, pedunculis 1-2-floris.

— — C. *Alpina;* foliis linearibus pilosis, panicula pauciflora.

In pascuis montosis. A. *Castellammare, Matese.* B. *Majella, M. de' Fiori.* C. *M. Corno, Pietracamela.*

25. S. livida *Kit.* et *Reichemb.*

In nemoribus Aprutii.

Obs. Caules flexuoso-infracti, racemi unilaterales et petala inferne livida virescentia hanc speciem a praecedente disjungunt.

26. S. pelidnea *Reichemb.*

In pascuis montosis Aprutii: *Morrone, Monti di Scanno, Monte de' Fiori.*

Obs. Rami minime flexuoso-infracti, flores subtus lividi, germen non semper truncatum, sed etiam leviter convexum; in praecedente vero exsquisite subrotundum et in S. *nutante* constanter conicum.

* 27. S. viridiflora.

In *Valle di S. Rocco;* in nemoribus Stabiarum et in Gargano: *Valle di Cagnano;* in sylvaticis submontosis Principatus citerioris: *Sessa, Omignano, S. Mango* (Giordano).

Obs. Folia magna ovata etiam in caule, et flores tenuissimi laminis virescentibus hanc speciem a sequentibus discriminare valent.

28. S. catholica. *Cucubalus catholicus* Lin. *C. glutinosus* Retz.

In Aprutio: *M. de' Fiori, siepi di Cerqueto, Caramanico, Roccamorice.*

29. S. muscipula.

Gargano, Manduria, Lecce.

30. S. noctiflora.

In nemoribus Aprutii: *Majella, Monte Corno.*

Obs. Panicula pauciflora, flores magni, calyces cylindrici dentibus longissimis.

31. S. paradoxa.

Velino, Monte Grande; in Aprutio, in montibus Stabiarum: *S. Angiolo di Castellammare,* inque Lucania.

* 32. S. italica.

— — B. *Humilis;* caule paucifloro, foliis radicalibus subrotundis.

Ad sepes passim: *Agnano, Capri, Abruzzo, Principato Citra.* B. Calabria: *Scogli del Pizzo.*

33. S. pilosa *Spreng.* et *Reich. S. mollissima* DC. *Cucubalus mollissimus* Kitaib. non Lin.

In Aprutii montibus: *Majella, M. Corno.*

Obs. Flores in paniculam decompositam, calyces tertio longiores illis S. *italicae*, potius cylindrici quam clavati, dentes brevissimi.

* 33. S. Armeria.

In pascuis montosis Hirpinorum: *Montevergine* ec.

35. S. pseudo-atocion.

Inter segetes Calabriae: *Monteleone, Capopellaro.*

† 36. S. conoidea. In nostro Regno Petag. Inst. bot. tom. 2. pag. 813.

* 1. Cucubalus bacciferus. *Silene baccifera Willd.* et *Ten.* Fl. nap. t. 1. p. 241. *Lychnanthus scandens Gaertn.* et Roth Enum. (1807). 2. pag. 284.

In pascuis humidis: *Fusaro*, et ad sepes, *Valle di S. Rocco;* Principatus citerioris: *Sessa, Valle.*

* 1. Stellaria nemorum.

In nemoribus montium Stabiarum, Hirpinorum, Aprutii, Calabriae.

2. S. saxifraga.

In glareosis Aprutii: *Majella* (*Grotta Caprara*), *M. Corno, Accumoli, M. de' Fiori.*

3. S. media *Smith. Alsine media Linn.*

— — B; grandiflora. *Alsine grandiflora* Ten. Fl. nap. prodr.

— — C; apetala. *Alsine apetala Kitaib.* et *Lang* pl. exsicc. circa Budam.

Ad agrorum margines et in campis frequentissima.

* 4. S. Holostea.

In nemoribus obvia.

5. S. viscida M. B. (Cerastium anomalum Kitaib.)

In arvis Lucaniae.

6. S. aquatica Poll. et DC. *Stell. uliginosa* Curt. et Spr. *S. alsine* Willd. et Ten. Fl. nap. prodr. app. V. pag. 13.

In montibus Calabriae, *Aspromonte, Mongiana.*

7. S. cerastoides.

Ad nives deliquescentes: *Majella.*

1. Arenaria segetalis Lam. *Alsine segetalis* Lin.

2. A. rubra.

— — A; *campestris.*

— — B; *marina.* A. *marina Roth.* non *Smith. Alsine maritima neapolitana et terrestris altera* Column. Ecphr. 2. tab. 76.

A. in campis; B. in maritimis.

3. A. media Linn. A. *marina Smith.* A. *marginata* DC. Fl. fr.

In subolosis maritimis Puteolorum, Dauniae et Apuliae.

4. A. diandra; glabra, caulibus ascendentibus erectisque superne paniculato-trichotomis, foliis lineari-filiformibus semiteretibus, foliolis calycinis lanceolatis margine scariosis, pedunculis fructiferis erectis, seminibus angulato-subpyriformibus rugosis vicompressis immarginatis, capsulis trivalvibus. *Guss.* Fl. sic. prodr. 1. pag. 515. A. *rubra Thomas* pl. exsicc. ex Calabria.

In campis siccis Calabriae: *Mongiana* (Thomas) Annua.

Obs. Habitus A. *rubrae*, sed caules graciliores, tenuiores superne dichotomi, pedunculo erecto in dichotomia; corollae purpureae et capsulae calyce breviores, stamina ut plurimum duo, raro tria.

5. A. radicans *Spreng.* Syst. veg. 2. pag. 400. *Spergularia radicans. Presl.*

In montosis siccis Calabriae: *Pollino.*

6. A. Rosani; suffruticosa caespitosa, foliis lineari-lanceolatis rigidis nervosis, utrinque hirtis, caulibus erectis corymbiferis pauciforis, petalis obovatis calycibus striatis duplo longioribus. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. XXVI. *A. graminifolia Arduini* non *Willd. A. Arduini Visiani* pl. Dalm.

— — B. *subglabra.*

Ad rupes Aprutii: *Majella;* Samnii: *Capracotta, Monte Capraro;* Lucaniae. *B. Monte de' Fiori, Pizzo di Sivo, Costone alla discesa verso Campiglione* (Guss.).

7. A. grandiflora.

In summis alpibus Aprutii: *Majella, Pizzo di Sivo.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

8. A. austriaca.
— — B. Glabra. *A. Villarsii Balb. A. triflora Vill.* Dauphin.
In Calabria: *Pollino.*
9. A. verna.
— — B. *caespitosa.*
In pascuis Aprutii: *Majella, M. Corno.*
10. A. tenuifolia.
— — B. *Barrelieri* DC.
— — C. *viscidula.*
In montosis Gargani; Aprutii, C. ad muros frequentissima.
11. A. recurva.
In summis alpibus Aprutii: *M. Corno, Grotta Caprara, Velino.*
12. A. setacea *Thuill.*
— — B. *heteromalla.*
In Hirpinis: *Monte Vergine;* et in Aprutio.
13. A. mucronata.
In Aprutii pascuis alpinis: *Majella.*
14. A. condensata *Presl.*
In rupibus maritimis Calabriae: *Aspromonte, rupe di S. Sibilia sotto Montalto.*
15. A. lanceolata.
In pratis lapidosis Aprutii: *Costone, Intermesole, falde di M. Corno.*
16. A. serpyllifolia.
— — B. *viscida maritima.*
In arvis siccis et ad muros. B. in arenosis maritimis.
Obs. Var. B. a planta alpina, cujus specimina a cl. *Thomasio* et *Gay* accepi, non differt nisi caule elatiori. Haec, uti speciei typus a sequente dignoscitur laciniis calycinis lanceolato-cuspidatis, nec late ovatis iis duplo brevioribus.
17. A. sphaerocarpa; pubescens rigida, pilis glanduliferis, pedunculis fructiferis erectis, calycinis foliolis ovato-lanceolatis acutis trinerviis corolla duplo longioribus, capsulis subrotundo-ovatis calycem excedentibus. *Ten.*
Caules filiformes erecti vel ascendentes ramosi; folia ovata acuminata trinervia; pedunculi axillares duplo longiores fructiferi erecti; calyx 5-phyllus, sepala ovato-lanceolata trinervia, margine lato membranaceo, petala alba ovata calyce dimidio breviora apice leviter incisa; capsulae turgidae ovato-subrotundae apice sexfariam dehiscentes in maturitate erectae, semina reniformia aeneo-tessellata. *Ten.* Relaz. del Viag. di Abruzzo pag. 66.
In montis *Velini* pratis editioribus. Annua.
Obs. Magnitudine et forma capsularum a simillima *A. serpyllifolia* primo intuitu diversa deprehenditur; a qua tamen, sepalis ovatis caule pedunculisque plerumque erectis, aliisque notis facile dignoscitur.
18. A. trinervia.
In nemoribus totius Regni.
19. A. montana.
In pascuis siccis Aprutii
20. A. biflora.
Monte Corno.
21. A. procumbens.
In sabulosis maritimis: *Ischia alla Cala dell'Imperatore, Citara, S. Lucia;* Principatus Citerioris: *Spiaggia di Casalicchio, di Velia.*

Pentagynia.

1. Cerastium vulgatum.
— — A. *rotundifolium;* caule erecto simpliciusculo, petalis calycem subexcedentibus, pedunculis flores subaequantibus.
— — B. *paniculatum:* floribus laxe paniculatis. *C. vulgatum.* Pers.
— — C. *glomeratum;* floribus umbellato-glomeratis. *C. ovale.* Pers.
A. in Lucania, B. in herbidis montium Stabiarum, C. in arvis commune.
2. C. viscosum.
Ibidem et in montibus Lucaniae: *M. della Stella;* Aprutii: *Velino.*
3. C. pentandrum.
Ad sepes et in muris: *Gargano, Potenza.*
Obs. Flores subsessiles, calyces minus scariosi et magis acuminati quam in sequente.
4. C. semidecandrum
— — B. *alsinoides:* lobis calycis margine apiceque scariosis.
Ad muros in umbrosis circa Neapolim.
5. C. brachypetalum.
— — B. petalis obovato-oblongis profunde bifidis, calycem subaequantibus, capsulis calyces multo superantibus. *C. pilosum Ten.* Fl. nap. prodr. p. 26. non *Hornem. C. Tenoreanum.* DC. prodr. 1. p. 421, an *C. divaricatum Herbich* ex *Spreng.* Syst. veget. 2. pag. 419.
In sylvaticis herbidis et umbrosis montanis Lucaniae; *Monte della Stella, Sessa.*
Obs. Pedunculi post florescentiam deflexi floribus longiores.
6. C. campanulatum *Viviani* Ann. bot. 1. p. 2. p. 171. t. I. *C. praecox. Ten.* Fl. nap. prodr. p. 27 et Fl. nap. tav. XL, fig. 2.
In pratis et arvis circa Neapolim: *Bagnuoli, Pozzuoli* et alibi.
7. C. tomentosum. L. *Caryophyllus holosteus tomentosus latifolius Bauh.* Prodr. pag. 104. n. 9.
— — B. foliis linearibus utrinque attenuatis. *C. Columnae Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 27. *Caryophyllus holosteus tomentosus angustifolius Bauh.* prodr. l. c. tab. 9. *Ocimoides Lychnitis Column.* Phyth. 2. pag. 19. tab. ad paginam 20 (edit. neap.); pag. 115. tab. 31. (edit. Mediol. 1744.). An species propria?
In Apricis montosis: *Matese, M. di Castellammare. B. Salviano, Petrella, Velino, Montevergine.*
Obs. Sicut jam monuerunt cl. *Bauh.* loco cit. et cl. *Moretti* et *Brocchi;* Memoria sugli Abruzzi, in Bibliot. ital. n. 29. *C. tomentosum* verum habet folia brevia 5-6-lin. long. ovato-oblonga vel omnino ovata; quaedam etiam subrotunda; *C. Columnae* vero folia profert angustiora marginibus reflexis. Icon *Columnae* perperam a *Linnaeo* sub *Cerastio repente* citatur.
8. C. samnianum; diffusum, ramis divaricatis, foliis lanceolato-linearibus sublanato-virescentibus, panicula dichotoma, corollis calyce duplo longioribus, capsulis oblongis *DC.* Prodr. 1. pag. 421. *C. longifolium Ten.* Fl. nap. prodr. p. 27. non *Willd. Juss. Poir.* Fl. nap. tav. CXL. fig. 1.
In herbidis montanis Lucaniae: *Sirino;* Samnii: *Matese, Campobasso.*
Obs. Caules pedales ramis divaricatis, folia 1 1/2-pollicem longa, inferiora denudata superiora cinereo-tomentosa. *C. tenuifolium Visiani* ab hoc non differt nisi foliis angustissimis.
9. C. latifolium.
In Pollino (*Brocchi*): in cacumine montis Divi Angeli Stabiarum prope aediculam.
10. C. arvense.
In herbidis montanis: *M. di S. Angiolo di Formicola* in Campania.
Obs. Caules dense caespitosi debiles declinati humiles, folia molliuscula lineari-lanceolata plerumque glabra, calyces ovati obtusiusculi, pedunculi villosi sed non glandulosi.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

11. C. strictum.

— — A. *Commune DC.*

— — B. *Rigidum;* foliis rigidis oblongo-lanceolatis, imbricatis carinatis, caulibus subunifloris. *Centunculus rigidus Scop.* Carn. t. I. t. 19. fig. 2.

In pascuis alpinis editioribus: *M. Corno, M. de' Fiori. B. Grotta Caprara.*

Obs. Caules declinati, folia angustissima flaccida, in ramis setacea, calyces cylindracei, petala leviter emarginata, pedunculi piloso-glandulosi.

* 12. C. hirsutum: diffusum hirsuto-viscosum, foliis oblongis obtusiusculis basi attenuatis hirsutis canescentibus, floribus paniculatis, corollis calyce ovato-opaco duplo longioribus, petalis profunde bifidis, pedunculis piloso-glandulosis. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 27. Fl. nap. tav. CXLI. fig. 1.

In montosis Stabiarum et Calabriae: *Mongiana.*

Obs. Praecedenti magis quam *C. arvensi* affine, a quo planta triplo major incana, calycibus pedunculisque fusco-glutinosis praecipue dignoscitur.

13. C. Scarani; diffusum, foliis ovato-lanceolatis rigidis utrinque tomentoso-viridibus, corollis calyce ovato opaco duplo longioribus, petalis leviter bifidis, capsulis ovatis, pedunculis pilosis nec glandulosis. *Ten.* Fl. nap. prod. l. c. et Fl. nap. tav. CXLI. fig. 2.

In Samnii herbidis montosis Per.

14. C. Thomasii; caulibus caespitosis procumbentibus, undique foliis emarcidis tectis, foliis inferioribus imbricatis ellipticis (2. lin. long. $\frac{1}{2}$ lin. lat.) superioribus subspathulato-oblongis, omnibus sessilibus, pilis articulato-moniliformibus hispidis, cauliculis floriferis erectis filiformibus pollicari longitudine, ut plurimum unifloris, (quandoque 2-3-floris) subcymosis, pedunculis piloso-viscidis, foliolis calycinis lanceolatis acutis margine albo-membranaceis, petalis bifidis calyce duplo longioribus (planta viridi-flava prope flores arenulis conspurcata). Ten. Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 21.

An *Stellaria pumila Brocchi.* Centur. pl. Abruz. n. 42?

In Aprutii montibus: *M. Corno* (Guss.) *Sejella* (Orsini) Per.

Obs. Affinis *C. latifolio*, a quo differt foliis angustioribus, calycinis foliolis acutis minime campanulatis, pedunculis glutinosis, foliis non ovatis subtomentosis, floribus duplo minoribus. *Stellariam pumilam Brocchi* loco cit. aberrationem tantum floribus trigynis hujusce speciei esse suspicor.

15. C. sylvaticum.

Torricella, Monte di mezzo, Monte della Stella.

16. C. aquaticum.

Ad Sebeti ripas.

Obs. Semina reniformia aureo-tessellata.

1. Spergula arvensis.

In campis sabulosis: *Agnano, Pozzuoli.*

2. S. pentandra.

Ibidem.

3. S. saginoides.

In pratis montanis: *Pollino.*

4. S. subulata.

Piana di Scrisi sopra Scilla (Guss.), *Monte Vergine, Matese, Cerealto, M. Corno, Martina, Pollino, Monte della Stella.*

1. Lychnis Viscaria.

In pratis alpinis: *Monte Corno.*

2. L. coeli-rosa (*Agrostemma Linn.*).

In arvis Aprutii et Calabriae.

3. L. sylvestris.

Velino.

4. L. dioica.

Ad vias et sepes communis.

5. L. corsica.

In pratis udis: *Fondi.*

6. L. flos-cuculi.

In pascuis humidis subumbrosis: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

7. L. coronaria. (*Agrostemma Linn.*)

Inter segetes: *Capri, Salerno, Abruzzo.*

8. L. Githago. (*Agrostemma Linn.*)

Inter segetes obvia.

Oxalideae.

1. Oxalis corniculata.

In ruderatis communis et ad muros.

2. O. stricta.

In arvis et cultis.

Obs. Stipulas minimas ad basim petiolorum et caulem decumbentem in utraque specie comperi. Harum specierum diagnoses nuperrime rectius concinnavit cl. *Zuccarini*, his characteribus: *O. corniculata* Lin.; annua, *radice fibrosa*, caule repente, prostrato vel ascendente pubescente, foliis ternatis, foliolis obcordatis, pedunculis uni-quinquefloris, *pedicellis fructiferis* refractis. *O. stricta* Lin.; annua, *radice stolonifera*, caule erecto vel rarius decumbente glabriusculo, foliis ternatis foliolis obcordatis, pedunculis 1-5-floris, *pedicellis fructiferis erectis strictis.* Flora, oder Botanische zeitung. 1826. t. I. pag. 257.

3. O. Acetosella.

In nemoribus montanis: *Castellammare, M. Vergine, Matese, Abruzzi, Pollino.*

Crassulaceae.

1. Cotyledon umbilicus.

Ad sepes humidas et muros: *Montenuovo, S. Mango, Sessa, Castagneta, Valle nel Principato Citeriore.*

2. C. horizontalis; radice tuberosa, caule subramoso, foliis radicalibus peltatis orbiculatis crenatis cucullatis, floribus horizontalibus, corollae limbi laciniis acuminatis, pedunculis bractea lineari setacea duplo brevioribus. Guss. Fl. Sic. prodr. 1. pag. 517.

Ad muros ubique.

* 1. Sedum Telephium.

In saxosis apricis: *Gargano, Calabria, Abruzzo, Princip. Citr. Sessa, Vallo alla fontana di Pattano, Princip. ultra.*

* 2. S. Notarjanni; caulibus ascendentibus basi suffruticosis, foliis petiolatis ovatis obtuse sinuato-dentatis glabris, floribus solitariis, paucisve terminalibus, petalis lanceolatis. *Ten.* Fl. nap. I. pag. 245. tav. XL. *DC.* Regn. Veget. Prodr. tom. III. pag. 403.

In rupibus calcareis prope Fundos.

Obs. Foliis non cordatis floribusque subsolitariis a *S. populifolio* differt. An haec nostrae plantae differentia e loco natali, tam a *S. populifolii* patria diverso, tribuere debeatur, ulteriori disquisitioni commendare licet. Planta a cl. *Notarjanni* inventa, et Horto Regio missa, ibi semel florentem habui, et ad naturam delineare curavi. Quum deinde absque maturo fructu deperierit, nunquam alibi legere, vel ab amicis denuo accipere datum fuit.

3. S. stellatum.

— — B; floribus lutescentibus.

— — B; floribus purpureis. *S. deltoideum Ten.* Fl. nap. prod. pag. 6. an species propria?

Var. A. semel legi in scopulis vulcanicis prope mare: *al Capo dell' uncino alla Torre dell' Annunziata.* B. in muris et collibus aridis frequens: *Monte nuovo, Capri, Gargano, Vallone tra S. Mauro di Cilento e Galdo, e tra Galdo e S. Giovanni alle falde del M. della Stella.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. S. deltoideum Fl. nap. habet folia deltoideo-cuneiformia inaequaliter crenato-dentata in petiolum attenuata, florum cymas plerumque decompositas reflexas ut in *S. reflexo*, petala rubro-purpurea, capsulas cuspidatas patentes non omnino horizontales.

* 4. *S.* magellense; caule ascendente foliisque obovato-oblongis sessilibus glabris, floribus thyrsoideo-racemosis sparsisve breviter pedunculatis acutis, capsulis turgidis cuspidatis coadunatis. *Ten.* Fl. nap. prod. pag. 26. Fl. nap. tav. 139. fig. 1.

Ad rupes alpinas Aprutii: *Pietracamela, Campo Aprico, Arapietra, Majella alli Trocchi.*

* 5. *S.* Cepaea.

— — B. *Galioides.*

— — B. *Spathulatum Waldst.* et *Kit. S. calabrum Ten.* Ind. semin. 1829. in notis.

Var. B. in sepibus et muris udis. C. in dumetis Sylarum.

6. *S.* atratum.

— — B; petalis purpureis.

M. Corno, Majella.

* 7. S. pallidum *Bieb.* Fl. Taur. I. p. 353. an *S. hispanicum Guss.* Fl. sic. prodr. I. pag. 523 non *Lin.*? (excl. synon.) *S. aristatum Ten.* Fl. nap. I. pag. 250. *S. rubens decandrum Lin. DC.* et *Ten.* Relaz. del viag. di Abr. pag. 68. *S. glaucum Mayer* pl. exsicc. et agro Tergestino an *Kit?* *S. puberulum DC.* Monograph. des Crassulacées p. 33.

In montibus Stabiarum, Aprutii, Gargani.

Obs. Stirpem, quae a non paucis botanicis vel cum *S. hispanico* vel cum *S. glauco* commutatur, ac demum *S. puberuli* nomine cl. *De Candollius* descripsit, fructificationis partium 5-6-7-nario numero mirum in modum variante, etiam in eodem individuo, a *S. rubente* decandro haud differre arbitror. Quapropter ne cum *Crassula rubente* (vera) confunderetur cl. *Biebersteinii* nomine eam insignere malui.

Flores non semper 12-andri, sicut cl. *De Candollius* asseruit, sed passim 10-andri et 14-andri etiam in eodem individuo, verum minus frequenter decandri quam in *S. hispanico*. Caules 1-3-pollicares erecti vel ascendentes simplices vel ramosi, folia plus minusve elongata constanter glauca et glabra, filiformia cylindracea vel subfusiformia, petala alba longe aristata carina rubra, antherae purpureae, capsulae 5-6-7-cuspidatae puberulae longe aristatae, planta annua. *S. hispanicum* ab hoc differt duratione, capsulis glabriusculis, antheris rubris, partium fructus et floris numero plerumque quinario, surculis perennantibus foliis rosulato-confertis, primordialibus erubescentibus angustioribus glaucioribus brevioribus et minus obtusis.

Confer Ten. Fl. nap. III. pag. 361 sub *Crassula rubente.*

* 8. *S.* dasyphyllum.

In muris, tectis et rupibus.

9. *S.* glanduliferum; glanduloso-pubescens, caule gracili, foliis carnosis glaucescentibus elliptico-spathulatis obtusis basi angustatis adnato-sessilibus supra planiusculis subtus convexis glandulis pellucidis impressis, panicula terminali pauciflora, petalis acutis. *Guss.* Fl. sic. prodr. I. pag. 519.

— — B; *pubescens.*

In saxosis montium Aprutii: *Majella, Colli, Capistrello;* B. Calabriae: *Reggio.* Perenne.

* 10. *S.* album.

— — B; *turgidum.*

In rimis saxorum montium Hirpinorum, Stabiarum, Aprutii.

11. *S.* hispanicum. (*verum*).

In montibus Stabiarum, Aprutii.

Obs. Surculi perennantes rosulato-conferti, caules rubri procumbentes caespitosi, capsulae glabriusculae abbreviatae brevius aristatae aristis caducis.

* 12. *S.* acre.

— — B; *glaciale.*

In saxosis apricis Calabriae: *Cocuzzo;* Aprutii: *Majella.* B. *Majella.*

13. *S.* neglectum; radice repente, caulibus caespitosis ascendentibus, foliis sparsis conico-oblongis adnato-sessilibus basi productis demum patentissimis remotiusculis, cyma 2-3-fida, radiis simplicibus, floribus pedunculatis, petalis ovato-lanceolatis acuminatis, sepalis triplo longioribus. *Ten.* Adnot. in indic. sem. pro anno 1830. pag. 12.

Planta humilis caespitosa, rami angulati, surculi perennantes folia primordialia laxe sexfariam imbricata, flores lutei decandri, capsulae 5-rostratae ut tota planta glaberrimae, radii cymae reflexi. Perenne.

Ad saxorum rimas in montibus, Aprutii: *Majella;* Samnii: *Monte Capraro;* Calabriae: *Monte Cocuzzo;* Apuliae: *Gargano, S. Angiolo.*

Obs. A S. *acre*, cui valde affinis, dignoscitur foliis non dense imbricatis ovato-triquetris, sed conico-oblongis et fere cylindraceis remotiusculis duplo longioribus, rufo-virescentibus non obscure viridibus, floribus pedunculatis, ac plantae caeteris partibus duplo majoribus. Herba fere insipida.

14. *S.* bononiense.

Colli, Capistrello.

Obs. Sepala omnino cylindrica obtusa nec acuta, folia undique imbricata obscure virentia duplo breviora quam in S. *sexangulari*, flores 4-plo minores.

15. *S.* sexangulare.

In montibus Samnii: *Monte di mezzo sul monte della Penna; Guss.* pl. rar. pag. 386.

16. *S.* repens.

Majella.

17. *S.* hirsutum.

In rupibus calcareis Calabriae: *Stilo, Sila, Ceraçe.*

18. *S.* rostratum; caulibus basi ramosis, foliis glaucis, in surculis demum tuberiformibus, tereti-subulatis basi in membranam dilatatis sexfariam imbricatis, in caule florifero basi solutis depressis sparsis, cyma 2-fida, sepalis petalisque lanceolatis acutis, capsulis rostratis calycibus duplo longioribus. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 26. et Fl. nap. tav. 139. fig. 2.

In pascuis montanis: *Piano di Faito a S. Angelo di Stabia, di Caserta, della Stella, di Basilicata, della Sila.* Perenne.

Obs. Nisi specimina authentica *S. amplexicaulis DC.* a cl. *Delile* in Cebennis lecta accepissem, sententiae plurium botanicorum aequo animo subscribens, nostram plantam cum *S. amplexicaule* in unam eademque speciem jungendam esse statuerim. Sed in dictis speciminibus characteres a nostra plantam tam diversi conspiciuntur, ut non sine damnabili hallucinatione ad eamdem speciem ea referre potueris. Sunt enim eorum petala omnino elliptica obtusa vix tres lineas longa, dum in nostra pollicaria fere et exquisite lanceolato-subulata deprehenduntur. Quapropter florentis plantae facies a planta gallica tum abludit ut primo intuito ad diversam speciem pertinere judicaberis. Icon e natura deprompta in Fl. neapolitana l. c. evulgata hanc differentiam luculentius ostendit.

* 19. *S.* rupestre.

Ad muros; in Princip. citer. *Acropoli;* in Aprutio: *Pettorano, Colli, Capistrello.*

Obs. Folia laete viridia, flores aurei conferti, petala obtusiuscula.

* 20. *S.* reflexum.

In montibus obvium: *Principati, Montevergine, Bagnuoli, Campania, Caserta, Formicola, Abruzzi, Sannio.*

Obs. Folia glauca incurva, cymae rami recurvi, flores remotiusculi, petala patentia flava elongata acuminata.

21. *S.* anopetalum.

In montibus Aproti.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Planta humilis, folia glauca, cymae rami contracti convergentes, flores conferti, petala flava linearia acuta erecta.

* 22. *S. rufescens*; caulibus suffruticulosis basi ramosis, floriferis erectis, foliis teretiusculis cylindraceis elongatis sparsis, in surculis laxe imbricatis, cyma multifida ramis reflexis, petalis flavis lanceolato-subulatis, capsulis rostratis calyce 3-plo longioribus. Ten. Fl. nap. prodr. pag. 27. et Fl. nap. I. tav. 41.

In muris et tectis frequentissimum, itidem in collibus et subulosis maritimis: *Baja, Fusaro, Gargano:* ad rupes prope *Matinata.* Perenne.

Obs. Habitu graciliori laxiori minime scandente, foliis cylindraceis cuspidatis in surculos elongatos laxe dispositis, non ovoidalibus in rosulas coacervatis, floribus pallidis, petalis acuminatis capsularum rostris duplo longioribus a *S. altissimo* differt.

Icon DC. pl. crass. tab. 40 hanc plantam optime repraesentat. *S. ochroleucum Smith*, quod cl. *Haworth* et *Salu-dich* recte a *S. altissimo* diversum dixerunt, non est nisi nostrae plantae varietas floribus luteis.

† 23. *S. litoreum*; caule erecto basi ramoso ramis ascendentibus, foliis spathulato-cuneiformibus, semiteretibus obtusis glabris, floribus sessilibus lateralibus solitariis. *Guss.* Pl. rar. pag. 185. tab. 37. fig. 2. et Fl. sic. prodr. I. pag. 523. Annuum.

In ruderatis maritimis Calabriae orientalis: *alle Castella tra Catanzaro e Capo Rizzuto* (Guss.)

Decagynia.

Chenopodiae.

1. Phytolacca decandra.

In ruderatis: *Capodimonte, Fusaro, Capua;* Princip. citer. *Valle.*

Classis Dodecandria.

Monogynia.

Aristolochiae.

* 1. Asarum europaeum.

In nemoribus Samnii et Aprutii.

Rutaceae.

* 1. Peganum Harmala.

In arvis Apuliae: *Tavoliere;* Lucaniae: *Potenza.*

Lythrariae.

1. Lythrum Salicaria.

Ad rivulos commune.

2. L. Hyssopifolia.

In inundatis Aprutii.

Obs. A sequenti staminibus inclusis primo intuitu dignoscitur.

3. L. Graefferi; herbaceum, caule diffuso angulato-alato, foliis alternis, inferioribus elliptico-oblongis vel cordato-oblongis superioribus lineari-lanceolatis, floribus solitariis axillaribus hexapetalis dodecandris, staminibus calyce longioribus. *Ten.* Fl. nap. prodr. sup. 2. pag. 27. et Fl. nap. tav. 142. *L. Gussonii* et *L. alatum Presl* Delic. prag. p. 55. *L. Preslii Guss.* pl. rar. pag. 188 et Prodr. Fl. sic. 1. pag. 533.

In inundatis circa Neapolim: *Pascone, Fusaro;* Lucaniae, Japygiae, Calabriae. Perenne.

Obs. Characteres in *L. Preslii* Guss. non inveni ut ab hac specie rite distinguere valeant. In utraque caules plus minusve alati, folia inferiora basi cordata, calyces etiam in eodem individuo nunc clausi nunc patentes, caeteraeque notae in innumeris specimimibus collatae utrique communes conspiciuntur.

4. L. tribracteatum.

— — β; bracteis oblongis obovatis vel ovalibus. L. *Thymifolia Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 28. et *Guss.* prodr. Fl. sic. I. pag. 535. et pl. rar. pag. 189. (fide speciminis).

In inundatis Calabriae: *Cotrone* (Thomas). *Capo rizzuto, Cassano;* Peucetiae: *Monopoli;* Samnii: *Isernia* (Gussone).

Obs. Species a *L. Thymifolia* satis distincta, foliis spathulatis glaberrimis laete viridibus, bracteis subrotundis vel ellipticis, calycibus brevioribus, dentibus calycinis obtusis brevissimis inflexis. *L. Thymifolia* verum, cujus specimina exsiccata a cl. *Delile* Monspelii lecta et cum *L. tribracteato* simul crescentia accepi, habet folia linearia angustissima glauco-viridia, bracteas lineares setaceas calyce plerumque longiores, et dentes calycis subulatos patentes.

Var. B. figura bractearum tantum a typo speciei differt, idcirco aliarum specierum et in genere plantarum palustrium organorum foliaceorum figuram mirum in modum variantium inspicienes, a *L. tribracteato* nostram plantam non dissociare putavi.

Icon *Bauhini* hist. 3. pag. 749 ad *L. Thymifolia* verum pertinet, sed Ic. *Barrel.* t. 773. fig. 2. ad hanc plantam potius spectare videtur.

Digynia.

Rosaceae.

* 1. Agrimonia Eupatoria.

In dumetis sylvaticis et ad sepes prope Neapolim: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

* 2. A. odorata *Ait.*

In dumetis et ad sepes submaritimas prope Neapolim: *Fusaro, Arco Felice.*

Obs. Planta villosior, foliola magis elongata et acutius serrata, floresque odori hanc a praecedente distinguunt.

Trigynia.

Resedaceae.

1. Reseda luteola.

In collibus apricis regionis mediae et meridionalis; *Principati, Terra di Lavoro, Basilicata, Lecce, Ginosa.*

2. R. Phyteuma.

In collibus calcareis et argillosis: *Ischia, Itri, Salerno, Campobasso, Tavoliere, Manfredonia, Gargano, Lecce, Bari, Calabria.*

3. R. lutea.

— — B. *Longifolia;* foliis trifidis undulato-crispis.

— — C. *Crispa;* foliis pinnatis omnibus, laciniis latioribus subundulato-crispis. *R. lutea B. Willden.* et *Guss.* Fl. sic. prodr. I. pag. 538. An *R. crispa gallica* Bocc. *sic. pag. 77: tab. 41. f. 3?*

In collibus aridis Aprutii, Apuliae. B. in Apulia. C. *Lecce, Bari, Gargano,* et in Lucania.

4. R. crispata Link.

In ruderatis; *Lecce.*

5. R. gracilis; caulibus diffusis ramosissimis, foliis omnibus 3-fidis, laciniis linearibus tenuissimis, intermedia raro bifida vel 3-fida, corollis luteis, fructibus elongato-ovatis, argute tricuspidatis. *Ten.*

In macerlis et sepibus Calabriae et Lucaniae: *Rotonda, Castelluccia.* Perennis.

Obs. Affinis *R. luteae*, a qua differt caule ramosissimo in amplum caespitem excrescente, foliorum laciniis lineari-setaceis, fructibus clavatis. A *R. ramosissima Willd. Enum. I. pag. 495.* differt, caule diffuso, fructibus elongatis. A *R. saxatili Willd.* l. c. differt caule minime simplici stricto.

6. R. undata. *R. incisa Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 28.

In ruderatis: *Bari, Lecce.*

Obs. Caulis strictus simplicissimus, foliola aequalia undulato-crispa, calyces 5-partiti.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

7. R. myriophylla ; caule herbaceo , foliis decursive-pinnatis , foliolis aequalibus planis elliptico-oblongis , calycibus 4-fidis, floribus 3-4-gynis *Ten.* Fl. nap. Prodr. pag. 28.

In collibus siccis : *Lecce* , *Martina.* Perun?

8. R. fruticulosa.

— — A. *Major ;* virescens , foliis planis aequalibus.

— — B. *Minor ;* glaucescens , foliis undulato-crispis , foliolis alternis minoribus.

In ruderatis. B. *Gargano* , *Pescara.*

Euphorbiaceae.

* 1. Euphorbia spinosa.

In saxosis montanis Principatuum, Lucaniae, Calabriae, Gargano.

Obs. Synonymon *Columnae,* Tithymalus epithymoidi fructu, *Ecphr. p. 2. t. 52.* ad hanc potius quam ad *E. epithymoidem* spectare videtur.

2. E. Preslii; herbacea dichotoma, caule erectiusculo , foliis oblongis obtusis villosis basi oblique cordatis altero latere magis serratis, floribus terminalibus aggregatis, capsulis glabris levibus , seminibus 4-gonis rugosis. *Guss.* Fl. sic. prod. I. p. 539.

In inundatis Aprutii : *Teramo.* Annua.

* 3. E. Chamesice.

— — B ; *pilosa.*

— — C ; foliis punctatis. *E. perforata Guss.* Prodr. Fl. sic. I. pag. 540.

In campis sterilibus et arenosis.

Obs. Folia punctata et impunctata saepe in eodem individuo deprehendi , itidem et capsularum angulos glabros vel pilosos vidi , quapropter cl. *Gussonii* planta a typo speciei haud differre mihi visa est. Flores , quum ex ramulorum axillis prodeunt foliolis oppositis pedunculo subjectis bractearumque vices gerentibus fulciti observantur , ex quo idem cl. Auctor suae plantae flores dibracteatos mutuasse suspicor.

4. E. Apios.

In campis argillosis Apuliae : *Bari , Lecce , Monopoli , Ginosa ;* Lucaniae : *Potenza.*

* 5. E. Lathyris.

Ad agrorum margines Campaniae : *rive del Volturno.*

* 6. E. Peplis.

In arenosis maritimis ubique.

* 7. E. Peplus *Linn.*

In cultis ubique.

8. E. rotundifolia Loisl.

In campis Apuliae : *Polignano.*

Obs. Caule omnino prostrato , foliisque obovatis retusis, superioribus subrotundis a praecedente differt.

* 9. E. falcata *Linn.*

— — A. *Major ;* involucellis distantibus.

— — B. *Minor ;* involucellis imbricatis, foliis bracteisque acuminatis. *E. acuminata Lam.* et *Ten.* Fl. nap. I. p. 261. *E. obscura Loisl.*

In cultis obvia.

* 10. E. exigua *Linn.*

— — B. *retusa.*

In cultis frequens. B. In Aprutio et in Apulia etiam in Princip. citer. : *Sessa.*

11. E. cuneifolia ; umbella 5-fida-3-fida-2-fida , vel 5-fida-dichotoma , involucris foliisque cuneato-spathulatis glabris et involucellis rhombeis antice acute serrulatis , capsulis 3-gonis setis crassis obsitis , seminibus punctato-scabris, caulibus simplicibus erectis basi ascendentibus. *Guss.* Pl. rar. pag. 190. et Fl. sic. Prodr. I. pag. 542.

In dumetis humentibus maritimis : *Persano , Calabria.* Annua.

12. E. dendroides *Linn. E. laeta Ait. E. divaricata Jacq.* et Ten. *Fl. partic. di nap. t. 1. pag. 387.*

In collibus maritimis Pausilypi , Bajarum , insulae Inarimes , Gargani : *Matinata ;* Calabriae : *Bagnara , Scilla.*

* 13. E. coralloides.

— — B ; *lanuginosa. E. lanuginosa* Lam. et *Ten. Fl. nap. I. pag. 264.*

In nemoribus montanis : *Camaldoli , Pollino.* B. *Montevergine , Avvocata ;* Calabria : *Oppido.*

* 14. E. Paralias.

Ad litora maris : *Pozzuoli , Fusaro , Ischia.*

Obs. Ab *E. Paralias* Spr. t. 3. p. 798. excludatur synon. *E. fruticosa* Bie. quae est planta ab illa toto coelo diversa.

15. E. tanaicensis *Guss. Fl. sic. prodr. I. pag. 537* an Fischer?

In collibus maritimis Adriatici : *Bari , Pescara.*

* 16. E. helioscopia.

In cultis ubique.

17. E. serrata.

In campis argillosis : *Gole d' Itri* inter oleas.

18. E. dulcis Lin. *E. purpurata Thuill.*

Pizzo di Sivo (Orsini).

* 19. E. italica *Lam. E. neapolitana Ten. Fl. nap. I. p. 166. tav. 42. E. provincialis* Willd. *E. terracina* Guss. *Fl. sic. prodr. I. p. 544.* an Linn? non *E. segetalis* Link *Enum. alt. H. Berol. 2. p. 13. non E. nicaensis* Spreng. *S. V. 3. p. 801.*

In collibus, campis ad agrorum margines et in arenosis maritimis communis.

20. E. segetalis.

Ad sepes maritimas Calabriae : *Pizzo.*

Obs. Ab *E. segetali* Spreng. *Syst. 3. pag. 799.* excludatur synonymon *E. caespitosa Ten.* quae est planta omnino diversa.

* 21. E. caespitosa ; umbella 5-7-fida 2-fida dichotoma , involucellis cordato-reniformibus integerrimis concavis , petalis lunatis , capsulae angulis scabris , seminibus reticulatis griseis, foliis inferioribus linearibus deflexis confertis , superioribus latioribus ovato-lanceolatis subtrilobis , caule basi suffruticosa. *Ten. E. linifolia* Ten. *Prod. Fl. nap. pag. 29. E. caespitosa* Ten. *Fl. nap. I. pag. 322. in addend. tav. 143. fig. 1. E. pinea* Guss. *Fl. sic. Prod. I. pag. 548*, an Lin?

In saxosis maritimis : *Leuca , Castro* (Guss.) *Ischia , Tavoliere , Viesti , Barletta.* Perennis.

22. E. pubescens *Desf.* et Ten. *Fl. med. et Fl. part. di nap. I. pag. 388* (exclusis synon. *Vahlii* et *Willd.*) Jacq. fil. *Eclog. plant. t. 1. tab. 66. Thithymalus palustris , villosus , mollior, erectus.* Barr. *rar. pag. 41. tab. 885.*

In inundatis et ad rivulos : *Fusaro , Pescara , Falde del Monte della Stella.*

Obs. Hujus loci est *Barrelieri* synonymon, nec E. *pilosae.* Confer *Ten. Fl. part. loc. cit.* et Guss. Prodr. Fl. sic. tom. 1. pag. 551.

23. E. platyphylla.

— — B. *Glabriuscula ;* caule stricto simplicissimo, foliis angustioribus, umbellis elongatis , involucris abbreviatis. *E. paniculata Loisl.* DC. et Ten. *Fl. nap. prod. suppl. 2. in Fl. nap. I. pag. 68. an Desf?*

Obs. Var. B. ob ramos et capsulas glabras ad hanc potius quam ad praecedentem spectare videtur.

* 24. E. verrucosa.

— — B. *Glabra.*

Ad rivulos Aprutii : *Bosco del Cerro presso Rocca di mezzo.*

Obs. Caules basi perennantes decumbentes diffusi caespitosi , nec solitari

© Orto Botanico di Napoli, Italy

erecti annui. Capsulae duplo majores undique verrucis productis obtectae, non tantum leviter verruculosae, rami inferiores plerumque nulli steriles vel subunifiori nec umbelliferi uti in praecedente.

* 25. E. ceratocarpa; umbella 5-fida 4-3-fida dichotoma, involucellis ovato-subrotundis mucronatis, petalis rotundatis capsulis verrucosis, verrucis coadunatis ramosis, seminibus levibus, foliis lanceolatis integerrimis glabris glaucescentibus, caulibus frutescentibus. *Ten.* Fl. nap. I. p. 268. tav. 43.

— — B. *Humilis;* caespitosa, umbella plerumque 4-3-fida dichotoma, radiis longissimis inflexis.

Ad torrentium et fluviorum margines in Apulia: *Rive dell' Ofanto, Barletta;* Calabria: *Reggio, Cotrone.* B. *Bagnara.* Per.

26. E. amygdaloides *Linn.* et Ten. *Fl. med. et Fl. partic. di nap. I. pag. 389* (cum synonymis a sequente exclusis). *E. sylvatica* Hoppe *pl. exsicc. ex agro Ratisbonensi.* Jacq. *Fl. Austr. tab. 275.* Gaudin. *Fl. Helvet. tom. 3. pag. 281*, et botanicorum Germaniae fere omnium. *Tithymalus lunato flore* Column. *Ecphr. 2. tab. 57.*

In sylvaticis frequens: *Valle di S. Rocco, Camaldoli, Principati ec.*

Obs, Cl. *Roth* in meam ire sententiam visus est, dum in novissimo opere cui titulus: *Enumeratio plantarum phaenogamarum in Germania sponte nascentium, E. sylvaticam* Jacq. et ipsam suam priorum evulgationum ad hanc speciem vindicavit. Minus fauste cl. *Gaudin* (loco citato) adhuc hanc plantam pro *E. sylvatica* etsi cum dubio retinuit. Confer *Ten.* Fl. med. e Fl. partic. di Napoli, loco citato.

27. E. sylvatica *Linn.* (exclusis synon. Column. *tab. 37.* Bauhin *pin. 290.* et Moris. *hist. 333. §. 10. t. 5. fig. 2.*). Ten. *Fl. med.* et *Fl. part. di nap. tom. I. pag. 390. Tithymalus toto anno folia retinens* Bauh. *hist. 3. p. 675.* icon bona.

In nemoribus montanis: *Matese, Majella.*

* 28. E. Characias.

— — B; petalis purpureis. *E. veneta Willd.* et Ten. *Fl. med. e Fl. partic. di Nap. p. 394.*

Ad sepes maritimas et in dumetis montanis: *Ischia, Castellammare, Sorrento, Montevergine, Lucania, Calabria, Gargano.*

29. E. myrsinites.

In pascuis et saxosis montium Aprutii: *Majella, Velino, Revisondoli, Morrone.*

Obs. Ab *E. myrsinite Spreng. Syst. veg.* 3. p. 801. excludatur synonym. *E. Baselicis Ten.* quia est haec planta ab illa omnino diversa.

30. E. melapetala *Gasparrini Index sem. H. R. in Boccadifalco pro anno 1830.*

In maritimis Japygiae: *Lecce* (Marinosci).

Obs. Ab E *myrsinitide* differt habitu, umbellis abbreviatis, petalis fuscis.

31. E. rigida *M. B.* et *Spr.* Syst. veget. 3. pag. 801. *E. biglandulosa Desf.* et *Guss.* non Willd. *Enum. suppl.*

In saxosis ad radices montium et in collibus apricis Calabriae; Dauniae: *Gargano;* Aprutii: *Velino, Castel di Sangro*, et insulae Inarimes.

32. E. Baselicis; umbella multifida 2-fida, involucellis cordato-semiorbiculatis, foliis inferioribus obovatis superioribus parabolicis rotundatis amplexicaulibus, petalis 2-cornibus, capsulis glabris, caule suffruticoso. *Ten. Fl. nap. prod. p. 29. Fl. nap. tav. 143. fig. 2.*

In saxosis montis Gargani: *S. Angelo al Rizzo, S. Marco in Lamis, M. Stinco, Coppa di mezzo.* Perenn.

* 33. E. Gerardiana.

In sylvis Campaniae ad meridiem versis: *S. Angelo presso Capua.*

* 34. E. esuloides; umbellae multifidae radiis (20-30) bifidis, involucellis semiorbiculato-reniformibus, petalis semilunatis muticis, capsulis scabrjusculis, foliis cuneato-linearibus obtusis enerviis glabris laete viridibus, ramis sterilibus paucis multum ab umbella dissitis. *Ten. Fl. med. univ. e part. di Nap. tom. 1. pag. 392;* an exclus. synon. Dalech? An *E. cyparissias* B. *esuloides* DC. *Fl. Franc. 3. suppl. pag. 362? E. esula* Ten. *Fl. nap. I. pag. 270* non Linn.

Ad agrorum margines et secus vias: *Strada nuova di Poggioreale dopo la gabella della farina detta la Storta.* Perennis.

Obs. Ab affinibus *E. esula* et *E. cyparissia Linn.* differt foliis apice sensim dilatato rotundato non attenuato, involucellisque semireniformibus omnino rotundatis, nec cordatis acutis; insuper a prima differt umbellae radiorum numero fere duplici, ramisque sterilibus brevibus sparsis; ab altera foliis enerviis umbellis duplo majoribus ramis sterilibus brevissimis ab umbella longe dissitis, nec illam aequantibus vel etiam superantibus dignoscitur. Clar. *De Candolle* in *Fl. Fr. loc. cit.* de hac planta loquutus esse mihi visus est, dum iisdem fere notis supra recensitis ab *E. Cyparissia Lin.* suam *E. cyparissiam* B. *esuloidem* differre statuerit et in speciem distinctam eam sumere suspicatus fuerit, sed cl. *Duby*, in suo *Botanico Gallico*, hanc Candollii varietatem nec sub *E. esula* nec sub E. *cyparissia* inseruit; quapropter de recta *Florae gallicae* synonymi collocatione dubius denuo haesi. Specima exsiccata ex Helvetia et Gallia, quae a clarissimis *Thomasio* nomine *E. esuloides Fl. Fr. suppl.* et *Delile* nomine *E. pinifoliae* accepi, a nostra planta non differunt nisi umbellae radiorum numero duplo minori, involucellis cordatis acutis et ramis sterilibus fere nullis. Synonymon Dalechampii *Pithyusa Esula minor* p. 1634 ad *Euphorbiam, pinifoliae* nomine acceptam, spectare videtur, quae si a nostra diversam ulteriores disquisitiones ostendere poterunt, tum ab ea excludendum erit.

* 35. E. Cyparissias.

In saxosis montium Aprutii: *Velino, Majella, Pizzoli;* Dauniae: *Gargano.*

* 36. E. nicensis.

In saxosis apricis Campaniae: *Monte Majone presso Cajano;* Aprutii: *Aquila, Velino, Pizzoli.*

37. E. palustris.

Pesto, et in inundatis Paludosis Silari.

† 38. E. pterococca *Brot.*

In herbidis fruticetis maritimis collium Calabriae orientalis: *Brancaleone, Roseto, Capo Rizzuto.* Guss. Pl. rar. pag. 192.

Dodecagynia.

Crassulaceae.

1. Sempervivum arachnoideum.

— — B; petalis angustissimis. *S. pumilum* Ten. *Relaz. del viaggio di Abruzzo pag. 69.*

Ad saxorum rimas in montibus editioribus Samnii: *Matese;* Aprutii: *Monte Corno, Majella.*

2. S. globiferum.

Ad tecta et super muros Gargani.

3. S. tectorum.

In Aprutio.

Classis Icosandria.

Monogynia.

Nopaleae et *Cacteae DC.*

1. Opuntia vulgaris; *major Salm?*

— — A; spinis fasciculatis deciduis lanuginem aequantibus. An *Opuntia Ficus indica* Linn. et Willd. *Enum. Suppl? Cactus Opuntia* A. Guss. *Prod. Fl. sic. tom. 1. pag. 559.* (excl. synonym. *O. inermis* DC.)

— — B; spinis lanugine duplo longioribus subsolitariis. *Cactus*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Opuntia B. *Guss. loc. cit.*, non *Linn.* non *O. vulgaris* DC. *Ficus indica* Lob. Ic. 2. pag. 141. Matth. Comm. 1. pag. 263.

— — C; fructu sanguineo.

Ad rupes maritimas passim: *Posillipo, Pozzuoli, presso Cagnano sul Gargano, Ischia, da Acropoli* (in Princip. citra) *lungo tutto il littorale del mezzogiorno del Regno.* B. *Capodimonte.*

Obs. Dubius adhuc haereo an haec species ad *O. vulgarem*, quam neoterici *Cacti Opuntiae Linn.* synonymon faciunt, pertineat. Constat enim tam in *O. vulgari* quam in *O. inermi*, necnon in tota harum *Opuntiarum* sectione, quae *O. polyanthem* et *O. triacanthum* complectitur, articulos semper valde carnosos utrinque convexiusculos esse et semipedalem longitudinem non excedere. Nostra planta vero caule assurgit erecto 8-13-pedali, articulos habet omnino complanatos, obovato-oblongos vel ellipticos. 10-12 poll. long. 6. poll. latos, fructusque sapidissimos profert. *Opuntiae* species, quae in hortis *Ficus indicae* nomine colitur, nostrae plantae ex asse respondet. Haec ab *O. coccionellifera* non differt nisi articulis magis complanatis et minus elongatis. Utraque species viridis est sed *O. Ficus indica* aliquando laeviter glaucescit, dum *O. coccionellifera* per plures annos culta semper viridis mansit. Haec species articulis utrinque attenuatis (1-1/2 ped. long. 4. poll. lat.) complanatis leviter tamen tumidiusculis gaudet.

O. decumanae haec nostra magis affinis est, et fere cum ea conjungendam putaveris, nisi cl. DC. *loco citato O. decumana Cacti elongatis* synonymon fecisset, in quo articuli revera elongati et fere subcylindrici sunt. Haec *O. elongata* ad *O. coccionelliferam* magis accedit, sed articulis falcatis tumidioribus ab ea diversa judicatur.

2. O. amyclaea; erecta articulato-prolifera glauca, articulis ellipticis latissimis planis compressis aculeis validis divergentibus teretiusculis lanugine obsoleta. *Ten. Fl. nap. prod. app. V. pag. 15.* DC. *Prod. t. 3. p. 474.* et *Revue de la famille des Cactées pag..... Link* Cacti Linn. *Index specierum* H. B. *Berolinensis, in Verhandlungen des Vereins zur Beforderung des Garten hauses in des Koniglich Preussichen statten, Sechfter Band pag. 434. Berlin 1830. Cactus maximus* Guss. *Prod. Fl. sic. I. pag. 560.* non *Salm.* Opuntia major histricis spinis *Bonanni tab. 21.*

In rupibus calcareis prope Amyclas veterum (*Monticelli*), *Portella.*

Obs. Articuli rite elliptici nec ovato-oblongi (12-15 poll. long. 6 lat.) valde compressi idcirco crassitudine congenerum duplo tenuiores, spinae pollicaris longitudinis e basi subtriquetra refracta, caeterum teretes reflexae, 4-6 in quovis fasciculo, fructus praecedentis fructibus minores minus sapidi et carnosi sunt.

O. maxima ab hac nostra differt articulis duplo minoribus ovato-oblongis crassissimis, spinis validis triquetris erectis 3-5 in quovis fasciculo. *O. maxima* in hortis passim cum *O. triacantha* commutatur; quae est planta omnino diversa et *O. spinosissimae* vel *O. polyanthae* potius similis.

Ab omnibus diversissimus *Cactus italicus* vel *O. italica Ten.* nec cum *O. humili Haw.* vel *O. vulgari nana DC.* confundenda est. Ad hanc nostram plantam absque dubio pertinet *C. humilis* Lagasca *nov. spec. pag. 16*, quem cl. DC. dum ad *O. horridam* retulerit, ad aliam speciem pertinere suspicatus est.

Myrteae.

* 1. Phyladelphus coronarius.

In nemoribus humidis circa Neapolim.

1. Myrtus communis.

— — A. *Melanocarpa;* fructibus nigris.

— — — a *Romana;* foliis ovatis pedicellis longioribus.

— — — b *Tarentina;* foliis ovatis, baccis rotundioribus.

— — — c *Boetica;* foliis ovato-lanceolatis confertis.

— — — d *Lusitanica;* foliis acutissimis.

— — B. *Leucocarpa;* fructibus albis.

In nemoribus circa Neapolim et alibi; c et d in Apulia: *Gargano.* B. in Calabria: *Pizzo.*

1. Punica Granatum.

In dumetis maritimis Calabriae: *Roseto.*

Di-pentagynia.

Rosaceae.-Pomaceae.

* 1. Mespilus germanica.

In sylvis montosis.

2. M. tomentosa.

In Aprutio et Gargano.

3. M. Cotoneaster (verus). An *Pyrus nebrodensis* Guss. Prodr. Fl. sic. I. pag. 569?

In rupibus montosis Aprutii: *Velino.*

* 4. M. pyracantha.

Ad sepes et in dumetis maritimis: *Fusaro;* Campaniae: *tra Fondi ed Itri;* Lucaniae: *Acropoli, Pesto, Castello nuovo, S. Giovanni in carico tra S. Angiolo di Scala ed Altavilla;* Aprutii.

5. M. triloba.

In dumetis Calabriae: *Lobianco.*

Obs. Spinae elongatae graciles, calyces villosi.

* 6. M. Oxyacantha.

— — A. *Obtusata* DC. Flora. Dan. tab. 634.

— — B. *vulgaris.*

Gargano, Monte de' Fiori.

Obs. Flores semper digyni, stigmata peltata.

* 7. M. monogyna.

In sepibus communis.

Obs. Flores semper monogyni, stigma peltatum.

8. M. laevigata. *Poir.*

In Aprutii montibus: *Colli, Bilancino.*

Obs. Folia subintegra plerumque subtus ferruginea, spinae brevissimae crassae vel nullae, pedunculi, fructus, calycesque reflexi glabri.

† 9. M. Azarolus Poir. et Willd. *Crataegus* L. Communis apud nos. *Petagna Instit. bot. 3. p. 940.*

1. Pyrus communis.

In nemoribus Apuliae: *Tavoliere, Pozzo d'Albero;* Campaniae: *S. Germano*, et Principatuum.

2. P. chamaemespylus.

In subalpinis: *Montevergine, Velino, Campo Aprico, Gargano, Monte di mezzo.*

3. P. torminalis.

— — A. *Major acerifolia;* foliis lacte virentibus coriaceis utrinque glabris aestivatione erubescentibus plerumque basi cordatis, corymbo composito, stylis distinctis. *Sorbus latifolia* Ten. *in Fl. nap. ad calcem indicis semin. H. R. Neap. pro anno 1827*, non Pers. *M. laciniata* Guss. *Prod. Fl. sic. I. pag. 563.*

— — B. *Minor cuneifolia;* foliis obscure virentibus subtus villosis magis incisis plerumque basi cuneatis, pedunculis umbellatis subsimplicibus, stylis coalitis.

Var. A in nemoribus Gargani: *Bosco di S. Angiolo*, et Lucaniae: *Boschi di Carbone, di Potenza;* B. in nemoribus Hirpinorum: *Montevergine;* Samnii et Aprutii.

4. P. Malus.

In nemoribus Aprutii et Lucaniae.

5. P. acerba.

In nemoribus Calabriae, et Lucaniae.

Obs. Folia etiam juniora utrinque glabra non subtus tomentosa ut in praecedente: an mera varietas?

6. P. Amelanchier.

In nemoribus Aprutii.

7. P. Aria.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — A ; *rotundifolia.*
— — B ; *elliptica.*
In nemoribus Aprutii : *Pizzo di Sivo , Majella ;* Hirpinorum : *Montevergine ;* Princip. cit. : *Monte di Novi ;* B. *Bosco di S. Nicola alle radici di Monte Corno.*
8. P. intermedia.
In Aprutii montibus.
* 9. P. domestica. *Sorbus domestica* Lin. et Ten. Fl. nap. I. p. 228. Gargano et alibi.
* 10. P. Aucuparia. *Sorbus Aucuparia* Lin. et Ten. Fl. nap. I. p. 228.
— — B; folio impari praemorso. *P. praemorsa* Guss. prodr. Fl. sic. I. pag. 571.
In nemoribus Aprutii : *Majella ;* Hirpinorum : *Montevergine ;* Princip. citerioris : *M. di Novi ;* Samnii : *Matese ;* Apuliae : *Gargano.* B. Calabria : *Livadia , Tiriolo , Valle di Neto* (Guss.)

Obs. In tanta hujus familiae plantarum foliorum varietate , certos characteres in P. *praemorsa* cl. *Gussonii* non inveni, ut in distinctam speciem eam sumere possim.

† 11. P. cuneifolia ; foliis oblongo-ovalibus crenulatis basi cuneatis , junioribus subtus floccoso-pubescentibus adultis glaucescentibus glabratis , pedunculis corymbosis , junioribus calycinisque dentibus lanceolatis lanato-tomentosis , petalis obcordatis , fructibus globosis. *Guss. Pl. rar. pag. 202. tab. 39.*
In collibus aridis , et ad sepes Calabriae orientalis , Lucaniae , Japygiae : Peucetiae , Dauniae. (Gussone). Frutex.
1. Cydonia vulgaris.
In sepibus nemorosis.
1. Prunus Lauro-cerasus.
In Gargano : *Valle di Rignano detta la Lamia.*
2. P. semperflorens. *Cerasus semperflorens* DC. *Prod. 2. p. 537.* Duham. *nouv. ed. tom. 5. p. 8. tom. 5. fig. 4. Prunus serotina* Roth.
In sepibus Aprutii prope *Rio freddo ,* in extremo septentrionali Regni confinio. Colitur et apud nos , fructusque perficit autumno. Romae eamdem plantam quoque legi in viridario suburbano , vulgo *Villa Paolina.*

Obs. Fructus parvi rubri acerbi , pedunculi longissimi apice incrassati.

3. P. Cerasus.
— — A; *caproniana.*
In nemoribus passim.
4. P. avium. Cum praecedente : *Gargano , Sannicandro.*
5. P. insitícia.
In nemoribus Lucaniae : *Potenza.*
* 6. P. Cocumilia ; pedunculis brevibus geminis , foliis elliptico-obovatis utrinque acuminatis , glabrisque crenulatis , crenis pedunculisque glandulosis glandulis deciduis , fructibus ovato-oblongis mucronulatis. *Ten. Fl. nap. Prod. suppl. 2. pag. 67.* DC. *Prod. tom. 2 pag. 538. Atti del Reale Istituto d' Incoraggiamento tom. 4. pag. 444* cum icone. *Fl. nap. tav. 144.*
In nemoribus Campaniae : *Chiavino presso Fondi ;* Dauniae : *Gargano ;* Aprutii ad *Velini* radices , *Massa.*
7. P. Mahaleb.
In nemoribus Campaniae : *Chiavino presso Fondi ;* Dauniae : *Gargano ;* Aprutii ad *Velini* radices , *Massa.*
8. P. Padus.
In nemoribus Apuliae.
* 9. P. spinosa.
In dumetis maritimis : *Fusaro , Licola ;* in Apulia : *Pantano salso ,* et in sepibus submontosis.

Ficoideae.

1. Mesembrianthemum glaciale *Haw. et Spreng. M. cristallinum* Sibth. et Ten. *Fl. nap. Prod. append. V. pag. 16.*
Ad Jonii scopula prope Tarentum (Rosano) *Gallipoli* (Gussone).
2. M. nodiflorum.
Ad rupes maritimas : *Bagnoli , Posillipo , Baja , Miseno , Capri , Ischia , Gallipoli , Taranto , Reggio.*

Aizoideae.

1. Aizoon hispanicum.
In depressis et inundatis maritimis Calabriae : *fra Capo Polizzi e Capo Spartivento , tra Melito e Brancaleone* (Guss.)

Rosaceae.

1. Spiraea filipendula.
In pascuis humidis montosis : *Matese , Abruzzi , Pollino , Gargano a Monte di mezzo , Bicccari , Castelfranco.*
2. S. Ulmaria.
— — B; foliis subtus villosiusculis. *S. denudata* Presl. *S. Ulmaria B. denudata* DC. Prodr. t. 2. p. 545.
In turfaceis montosis Aprutii : *Cappadocia , Pescocostanzo , Revisondoli.*

Obs. In *var. B.* folia non tantum ad venas , sed undique pubescentia comperi.

3. S. flabellata *Bertol. S. Chamaedrifolia* Ten. *Fl. nap. prod. append. IV.* in *Flor. nap. tom. 3. pag. IX.*
In collibus glareosis Aprutii : *Aquila , Teramo.*

Deca-polygynia.

Rosaceae.

1. Rosa arvensis.
— — A ; *vulgaris.*
In sylvis et sepibus Lucaniae.
2. R. sempervirens.
— — A ; *scandens* DC.
— — B ; *latifolia* DC.
— — C ; *hispida ;* floribus corymbosis , germinibus pedunculisque glanduloso-hispidissimis.
In dumetis totius Regni. B. *Pesto , Abruzzo.*
3. R. stylosa *Desv.*
In dumetis Aprutii : *tra Rocca di mezzo ed Aquila.*
4. R. gallica.
— — A; *officinalis.*
— — B ; *pumila. R. pumila* Lin. *R. austriaca* Crantz. *R. Pollíniana* Spreng.
Ad sepes circa Neapolim. B. in dumetis montosis Lucaniae : *Pollino ;* Aprutii : *Velino.*
5. R. pimpinellifolia DC.
— — B; *spinosissima. R. spinosissima* Smith.
In montibus Aprutii. In Umbria quoque legit cl. Schow : *tra Norcia e Castelluccio.*
6. R. rubrifolia.
— — A ; *levis* DC.
— — B; *pinnatifida. R. Seraphini* Ten. *Relaz. del viag. di Abruz. pag. 70.*
In dumetis Aprutii. A. *Fucino.* B. *Pietralta.*
7. R. alpina.
— — A ; *pendulina.*
— — B ; *sorbifolia.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In nemoribus Aprutii: *Pizzo di Sivo*, *Monti di Capo d'Acqua* (Orsini). *Chiarino alle Capezze* (Gussone) in Princip. citer.: *Monte di Novi* (Giordano) et B. *Monte di Capo d'Acqua* (Orsini).

8. R. Pyrenaica.

— — A; *villosa*.

In Calabria: *Boschi della Serra* (Thomas).

9. R. canina.

— — A; *vulgaris*. *R. canina glabra* DC.

— — B; *fastigiata* Desv.

In nemoribus obvia. B. *Gargano*, *Monte Sagro*.

10. R. dumetorum.

In dumetis Aprutii: *Rocca di mezzo*.

11. R. Heckeliana Tratt. ros. 2. p. 85 et DC.

In monte *Pollino*.

Obs. Nostra planta habet petiolos villosos et pedunculos glabros.

12. R. rubiginosa.

— — A; *vulgaris*.

— — B; *umbellata* DC.

— — C; *sepium* DC.

— — D; *parvifolia* DC. *R. micrantha* DC., an *R. Seraphini* Viv. *add. Fl. Ital. in Fl. Lybic. pag. 67. et Fl. Cors. sp. nov. 8?*

In dumetis. A. *Fondi*, *Montevergine*. B. *La Serra*; Calabriae. C. et D. *Montevergine*, *Gargano* et alibi.

1. Rubus tomentosus.

— — A. *Acute-serratus*.

— — B. *Late-serratus*.

In campis argillosis. A. *Pizzo di Sivo* (Orsini) *Matese*, *Montevergine*. B. *Majella*, *Gargano*, *S. Maria di Marina presso Viesti*; Calabria: *Scilla*, *Piana di Serisa*.

2. R. dissectus; caule suffruticoso erecto anguloso subaculeato villoso, aculeis minutissimis fragilibus, foliis ternatis, foliolis lateralibus deltoideo-ovatis inaequalibus, latere exteriore lobato impari deltoideo vel obovato, omnibus profunde bidentato-incisis, dentibus acutis, supra pubescentibus viridibus subtus argenteo-incanis, panicula terminali simpliciuscula, laciniis calycinis ovato-acuminatis demum reflexis Ten. *Adnot. ad Ind. sem. H. R. Neap.* pro anno 1830. pag. 13.

In montibus et saxosis Aprutii, *Cappadocia*, *Majella*; Daunine: *Gargano*.

Obs. Ab affinibus *R. tomentoso* et *R. corylifolio* differt foliolis inciso-serratis dentibus acuminatis, itidem et a *R. tomentoso* differt foliis minime utrinque tomentoso-incanis.

3. R. glandulosus.

Monte de' Fiori, *Chiarino*.

4. R. fruticosus.

Ubique in sepibus et umbrosis.

5. R. pubescens *Vest.*

Majella.

6. R. corylifolius.

In Calabria: *Vallelonga*; in Lucania, et in monte Gargano.

7. R. hirtus.

In Lucania, et in Aprutio: *Pizzo di Sivo*, *Majella*.

8. R. idaeus.

In sylvis montosis regionum mediae et septentrionalis hujus Regni.

9. R. caesius.

— — B. *Arvensis*.

In nemoribus Campaniae: *Caserta*; Hirpinorum: *Montevergine*, *Cerealto*. B. *Gargano*.

10. R. saxatilis.

In nemoribus Aprutii: *Majella alla Valle di S. Spirito*.

1. Fragaria vesca.

In sylvis communis.

2. F. collina.

In nemoribus Lucaniae: *Potenza*; Calabriae: *Serra di S. Bruno*; Aprutii: *Majella*.

1. Potentilla Fragaria.

— — B. *Breviscapa*; pedunculis radicalibus unifloris; *Roth Enum. plant. phaenogamarum t. 2. p. 514. Potentilla brevi-scapa* Vest. *in Flora; oder bot. Zeit. 1820. p. 735.*

Var. B; in sylvis et nemoribus montosis Stabiarum: *M. S. Angiolo*; Hirpinorum: *Montevergine*, *Cerealto*; Campaniae: *M. di Caserta*; Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini); Lucaniae: *Potenza*.

Obs. Var. B. distinctam constituere speciem autumat cl. *Vest*, sed et *Trattinikii* et *Rothii* sententia ad speciei typum cultura transit. Nostra planta per plures annos in Horto Regio culta non solum breviscapa mansit, sed flores protulit constanter brevissimis pedunculis suffultos et fere clandestinos; in ipsa petala alba obcordata calycem aequantia, receptaculum villosum et carpellas rugosas comperi: quibus notis a speciei typo magis recedere videtur. De stolonibus, qui *P. fragariae* a cl. *Decandollio* tribuuntur, silent caeteri auctores omnes. Ita et in nostra stolones nunquam vidi.

2. P. micrantha *Ram.* Schleich. *pl. exsicc. ex Helv. P. fragaria* Lang. *pl. exsicc.* non *Poir.*

In Lucania: *Lagonegro*; et in Calabria: *Serra di S. Bruno*, *Pollino*.

Obs. Stolones nulli, petala lutea obcordata calyce breviora.

* 3. P. apennina; surculis caespitosis basi lignosis, cauliculis annotinis floriferis filiformibus monophyllis subtrifloris; foliis omnibus ternatis, utrinque argenteo-sericeis, foliolis radicalibus ovalibus apice obtusis integris vel 2-3-dentatis, caulinis linearibus integris, petalis obovatis longe unguiculatis, calyce duplo longioribus, receptaculis lanatis. *Ten. Fl. nap. I. pag. 191. tav. 46.* et *prod. app. IV. p. 24.* DC. *Prod. 2. pag. 585.* Guss. *Pl. rar. pag. 209.* (excl. synon. Bocconi *Heptaphyllum argenteum alpinum trifoliatum, longius radicatum saxatile sabaudum* Bocc. Mus. t. 9. fig. 4. quod ad *P. nitidam* pertinet.) *P. Bocconi* Nestl. *potent.* 73. t. 10. f. 2. et DC. loco cit. *Heptaphyllum trifoliatum argenteum montanum italicum longius radicatum, crassioribus* et *rotundioribus foliis.* Bocc. *Mus. pag. 20. tab. 8. fig. 4.*

— — B; *minor. P. nitida* Ten. Fl. nap. II. pag. 291. non Lin.

In rupibus calcareis editioribus montium Aprutii: *Velino*, *Majella* (*M. Amaro* e *M. Focaleto*) *Morrone*, *M. Corno* (*Forca di Vado*, *Lama bianca*) *M. Intermesole*, *M. Costone*, *Pizzo di Sivo*.

Obs. Calycis foliola alterna minima linearia, petala albida leviter carnea, fere ut in *Amygdalo persica*, obtusa integerrima, foliolis calycinis minoribus opposita, semina hispidiuscula stylis persistentibus coronata. Cauliculi in exsiccatione nisi arcte comprimantur, flexuosi evadunt. Icon *Fl. neapolitanae*, quia ab exsiccato specimine delineata caules sic repraesentat, quod non in natura.

Synonymon et icon *Bocconi tab. 8. fig. 4.* ratione loci absque dubio ad nostram plantam spectat, idcirco *P. Bocconi Nestler* et *Lehman* non est nisi *P. apenninae* repetitio. Icon Nestlerii (*monograph. Potent. tab. 1. fig. 2.*) omnino fictitia videtur.

4. P. Tormentilla *Schrank* et Spr. *Tormentilla erecta* Linn. *Tormentilla reptans* Orsini Pl. exsicc.

In montibus Aprutii ulterioris: *Roseto* (Orsini).

5. P. nemoralis *Lehm.* et *Spr.* an *P. tormentilla* var. *E. nemoralis* Dc. *Prod. 2. p. 574? Tormentilla reptans* Linn.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In pascuis humidis montosis Samnii: *Matese*; Lucaniae: *Sirino*.

Obs. Caules prostratos, folia radicalia quinata foliolis cuneatis pilosioribus, nec non stipulas omnes profunde multifidas, inter hanc speciem et praecedentem discrimen constituere mihi visum est.

6. P. reptans.

In paludibus et ad agrorum margines communis.

7. P. caulescens.

In rupibus nemorosis Aprutii: *Majella* (*Valle di S. Spirito*), *M. de' Fiori*; Lucaniae: *Pollino*.

8. P. verna.

— — B; *subacaulis*.

— — C; *minima*.

In pascuis montosis Aprutii: *Majella*, *M. Corno*. B. *Majella*; Calabriae: *Pollino*. C. in Aprutii montibus.

9. P. geranioides. *Willd.* et *Nestl. pot.* 47. t. 5 f. 1. *

In Aprutii montibus: *Pizzo di Sivo*, *Majella*.

* 10. P. opaca.

Majella.

11. P. cinerea *Chaix* et *DC. Fl. Franc. 4. pag. 460*; non *P. verna* var. *cinerea* DC. *Prod. 2. p. 575*.

In Aprutio: *Majella*.

Obs. A *P. subacauli* differt foliis quinatis minime ternatis.

12. P. crocea *Hall. fil.* et *Lehm.* an *P. aurea* Linn? non *P. aurea* Spreng.

In Aprutii montibus: *Velino*, *M. Corno*.

Obs. P. aurea Spreng. habet folia oblongo-ovata apice tantum dentata et petala obovata; in hac autem folia obovata abbreviata undique incisa et obtuse dentata atque petala obcordata conspiciuntur. Specimina authentica possideo, a claris. *Reynerio*, *Thomasio* et *Schleichero* communicata, in quibus petala obcordata evidetur observantur, minime vero obovata ut in *P. aurea*, inter cujus synonyma cl. DC. *P. croceam* enumerare arbitratus est.

* 13. P. Detommasii; caule erecto vel ascendente corymbifero, foliis septenatis, foliolis obovatis grosse dentatis utrinque sericeo-villosis supra virescentibus subtus incanis, petalis luteis obcordatis calycem duplo superantibus, receptaculis hirsutis. *Ten. Fl. nap. prod. suppl. I. pag. 61.* et *Fl. nap. I. p. 285. tav. 44. P. Thomasii* DC. *Prod. 2. pag. 576*.

In demissis montosis apricis Campaniae: *Monti di Frasso* (Lostritto) *Caserta*; Aprutii: *Velino*; Apuliae: *Gargano*, *Monte di mezzo*; Lucaniae: *Pollino*.

Obs. Carolo de Tommasi olim Botanices cultori, qui eam primus invenit hanc plantam dicavi; sed deinceps typographica menda ejusdem nomen in illo *P. Thomasii* mutatum legitur apud auctores omnes. Qua ratione cl. *Sprengelius* ad *P. collinam*, cujus folia quinata et ternata dicuntur, nostram plantam duxerit, mihi omnino latet.

* 14. P. calabra; caule ascendente vel declinato, foliis quinatis supra incane subtus candide tomentosis, foliolis obovato-cuneatis multipartitis laciniis lincaribus margine revolutis, petalis obovatis integerrimis calycem subduplo superantibus. *Ten. Fl. nap. prod. suppl. 2. pag. 68.* et *Fl. nap. I. p. 287. tav. 43.* Spr. *Syst. veg. 2. pag. 587. P. argentea* var. *calabra* DC. *Prod. t. 2. pag. 577*.

In saxosis Stabiarum: *M. S. Angiolo, all' acqua santa*; Aprutii: *Difesa di Pettorano*; Hirpinorum: *Cerealto*, *Bagnuli*; Lucaniae: *Ruggia*, *Pollino*; Japygiae: *Martina*; Calabriae: *Monte Cocuzzo*.

* 15. P. canescens. *P. argentea* Ten. *Fl. nap. prod.* non Linn.

— — B. *Humilis*; minus villosa.

Pollino. B. *Monte Corno*.

16. P. obscura *Willd. Nocca* et *Balbis. Fl. Ticinensis tom. 1. tab. 10. P. hirta* var. *obscura* DC. Prod. tom. 2. pag. 579.

In montibus Lucaniae.

Obs. In hac et in *P. pedata* petala crocea sunt, sed in *P. pilosa Willd.* et in *P. recta Linn.* petala sunt pallide flava.

17. P. pilosa *Willd. P. rubens* All. *Fl. Pedem. tab. 71. P. hirta* var. *rubens* DC. *prod. 2. pag. 528*.

In montibus Hirpinorum: *Montevergine*, *Cerealto*; Calabriae: *Cocuzzo*.

* 18. P. pedata *Nestler pot. 44. t. 7. P. hirta* Ten. *Fl. nap. t. 2. pag. 285.* an *Linn?* *

In montibus Aprutii: *Pizzo di Sivo*; Calabriae: *Cocuzzo*, *Pollino*.

* 19. P. recta *Linn.* Nestl. *pot. 42. t. 6. P. hirta* var. *recta* DC. *Prod. pag. 579*.

In monte Gargano: *Monte di mezzo*.

* 20. P. anserina.

In Samnio: *Matese*.

21. P. supina.

In inundatis Aprutii: *Avezzano*, *Fucino*.

1. Geum pyrenaicum.

In Calabria: *Monte Cocuzzo*.

2. G. urbanum. In sylvis commune.

3. G. intermedium. In sylvis montosis Aprutii.

1. Dryas octopetala.

In glareosis alpinis editioribus Aprutii: *Velino*, *Majella*, *Focaleto*, *Monte Amaro*, *Monte Corno*, *Costone*, *Intermesole*; Campaniae: *Monte Casino*, *Monte Cairo*.

Classis Polyandria.

Monogynia.

Capparideae.

1. Capparis rupestris.

Ad muros et arces vetustas, quae Neapolis pomerium praecingunt: *Fossi di Porta Capuana*, *di S. Carlo all' Arena*, et in rupibus maritimis Pausylippi, Puteolorum; Peucetiae: *Polignano*, *Bari*; Japygiae: *Lecce*, *Brindisi*, *Castro*; Calabriae; *Roccella* et alibi.

2. C. spinosa.

Ad muros et rupes maritimas Japygiae et Calabriae.

3. C. ovata *Desf. C. Fontanesii* DC. et Spreng.

— — B; *spinis rectiusculis*.

— — C; *herbacea*. Guss. Pl. rar. pag. 212. an Willd?

In arvis argillosis Apuliae: *Tavoliere*; Calabriae orientalis: *Cassano*, *Roseto*, *Catanzaro*. B. in Aprutio: *Chieti*, *Atri*, *Francavilla* (Gussone).

Obs. In specimine *var.* B. a cl. *Gussonio* accepto, spinae neutiquam rectae sed passim incurvae conspiciuntur; caeterum planta, sicut ipse cl. auctor dixit, ut ovum ovo *C. ovatae* similis est: fructus tamen rectius explorandi sunt, quum et in meo specimine desint, et ipse clar. Gussonius illos non vidisse fateatur. Idcirco Aprutii planta an ad cl. Willd. speciem revera spectet, an et ipsa *C. herbacea* Willd. cum *C. ovata Desf.* conjungenda sit, ulteriori disquisitioni commendamus.

Ranunculaceae.

1. Actaea spicata.

In nemoribus montosis regionum mediae et septentrionalis totius Regni: *Montevergine*, *Matese*, *M. Corno* ec.

Papaveraceae.

1. Chelidonium majus.

Ad margines sylvarum et in sepibus passim.

1. Glaucium luteum.

In ruderatis maritimis commune.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

2. G. rubrum.

In ruderatis maritimis et in arvis siccis raro occurrit: *Ponte della Maddalena*, *Tavoliere*.

1. Papaver somniferum.

— — A. *Nigrum*; flore purpureo.

— — B. *Album*; flore albo.

In arvis frequens. B. in Aprutio: *Roccamorice* (De Angelis) A. *Capri*.

2. P. Rhoeas.

— — B; *minor*.

In arvis et inter segetes communissimum.

3. P. Roubiaei DC.

In arvis Apuliae.

Obs. Planta hispidissima *P. rhoeadi* similis, sed folia bipinnato-partita, nec simpliciter pinnato-partita profert. In utraque specie foliorum laciniae pilo terminatae sunt.

4. P. dubium.

In arvis Apuliae: *Alberona*, *Tavoliere*, et Japigiae: *Ginosa*.

Obs. Capsula oblongo-clavata setis pedunculorum adpressis a praecedente differt.

5. P. Argemone.

Inter segetes Campaniae et Apuliae.

Obs. Flores parvi petalis pallide coccineis ad basim macula nigra notatis, foliorum lobi lineares, capsulae hispidae elongato-clavatae.

6. P. hybridum.

Inter segetes Apuliae, in insula Caprearum et circa Neapolim: *Fusaro*.

Obs. Flores parvi, capsulae ovatae.

7. P. apulum; capsula hispida obovato-elliptica, petalis sepalis pilosis triplo majoribus, caulibus ascendentibus ramis hispidis, foliis bipinnati-sectis, lobulis abbreviatis ovato-oblongis obtusiusculis. Planta hispida. *Ten.* Fl. nap. prodr. app. V. pag. 16.

In Apuliae arvis. Annuum.

Obs. A praecedente differt floribus fere magnitudine florum *P. rhoeadis*, et foliorum laciniis brevibus obtusis.

8. P. alpinum.

In glareosis editioribus Aprutii: *Majella*, *Monte Corno*.

9. P. pyrenaicum Willd.

— — *A. luteum. P. aurantiacum* Loisl. *not.* etc. Ten. *Fl. nap. prod. pag. 30.* et *Relaz. del Viag. di Abruzzo p. 71.*

In Aprutii montibus: *Velino*, *Monte Amaro*.

Nympheaceae.

1. Nymphea alba.

In lacubus profundioribus: *Lago di Astroni*, *Fondi*, *Lecce*.

1. Nuphar luteum.

In lacubus Fundorum.

Tiliaceae.

1. Tilia microphylla. Vent. et DC. *T. europaea* C. Linn.

In sylvis submontosis totius Regni.

2. T. platyphylla Scop. et DC.

Cum praecedente.

Obs. Prima ab altera magnitudine foliorum tantum differre videtur, nam in utraque et saepe in eodem individuo fructus subrotundi teretes et lanati cum fructibus ovatis costatis glabris, confusi observantur, itidem et de eorundem fructuum fragilitate vel lignosa duritie, characteres satis firmos ad species discriminandas erui difficillime possunt.

Cistoideae.

* 1. Cistus monspeliensis.

— — B; foliis calycinis exterioribus interiora subexcedentibus. *C. affinis* Guss. Fl. sic. prodr. 2. pag. 12.

In litoribus et collibus maritimis provinciarum mediae et meridionalis regionis.

* 2. C. salvifolius. In collibus siccis.

3. C. villosus *Lam.*

In dumetis maritimis: *Fusaro*, *Licola*, et alibi.

Obs. Petala rotundata tantum crenulata.

4. C. incanus.

In Lucaniae et Aprutii nemoribus.

Obs. Petala obcordata.

5. C. creticus.

In Calabriae collibus aridis ad meridiem versis. *Staiti*, *S. Cesario*, *Reggio*, *Terreti*, *Salita di Bova* (Guss.)

6. C. garganicus; fruticosus exstipulatus, foliis ovalibus vel ovali-oblongis in petiolo basi vaginanti attenuatis, rugosissimis scabris villosis undulato-crispis, passim conduplicatis acuminatis, pedunculis subternis ramisque viscoso-hirtis, calycis foliolis ovatis acuminatis villosis, petalis purpureis integris duplo brevioribus. *Ten. Adnot. ad Ind. Sem. H. R. Neap. ann. 1829. pag. 15.*

An *C. ladaniferus Blackw. t. 197?*

In Gargano: *S. Angiolo piano del Camposanto*, et in aliis Regni montibus. Suffrutex.

Obs. A plantis tum *C. cretici* tum *C. crispi* nomine in hortis divulgatis, nostra planta satis diversa milfi visa est. A *C. crispo* differt foliis ovatis rugosis enerviis, nec lanceolatis 3-nervis, foliolis calycinis petalis ovatis duplo brevioribus, nec lanceolatis petala aequantibus. Icon *C. crispi* Cavan. (*Icon. rar. 2. tab. 174*) quae apud auctores ad *C. crispum Linn.* refertur, nostrae plantae minime quadrat. A *C. cretico* quoque ipsa recedit foliis spathulato-oblongis acuminatis, foliolis calycinis haud lanceolato-3-nerviis corollam saepe excedentibus. Majori cum *C. villoso* affinitate nostra planta gaudere videtur, ab eo tamen differt in primis planta atro-virente pilis horizontalibus undique hirta, non villoso-incana, pilis mollibus arcte adpressis. Icon *Blackwelli* (loc. cit.) sub *C. crispo* relata raepraesentat plantam omnino ab illa diversam, ad quam *Cavanillesii* et *Clusii* (*Cisti maris 5 Hist. 1. p. 69.*) icones referuntur.

* 1. Helianthemum halimifolium.

In dumetis maritimis: *Fondi*, *Gaeta*, *Manfredonia*, *Serra Capriola*.

2. H. tuberaria.

Otranto (Gussone), *Scilla*, *Lecce*.

* 3. H. guttatum.

— — A. *Columnae;* petalis integris basi maculatis. *Col. Ecphr. 2 pag. 78. tab. 77.*

— — B. petalis integris basi immaculatis.

In arvis siccis: *Agnano*, *Solfatara*, *Monte Nuovo*, *Fusaro*; *Bari*, *Lecce*; *Basilicata*, *Principato citra*.

4. H. niloticum.

— — B. *procumbens* DC. *Cistus ledifolius* Ten. *Fl. nap.* an Gouan. *Fl. Monspel.?*

In collibus siccis Gargani: *tra Viesti e Peschici*.

Obs. Hirsute subtomentosa omnium partium ab *H. ledifolio* differt. Nostra planta habet caules spithamaeos erectos vel ascendentes, folia lanceolata, flores in apice caulis subcapitatos et calyces minus obtusos; idcirco ad *H. ledifolium* magis quam ad *H. niloticum* accedere videtur.

* 5. H. salicifolium.

— — B. Denticulatum. *H. denticulatum* DC. *Prodr. 1. p. 272.*

— — C. Intermedium. *H. intermedium* DC. *loco cit.*

In collibus siccis: *B. Colle di S. Giovanni presso Eboli*, *Campobasso*, *Basilicata*. *C. Bari*.

6. H. sessiliflorum.

In arenosis maritimis et in collibus Japygiae (*Gussone*).

7. H. ericoides.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B. *pubescens.*
Gargano, *Peschici.*
8. H. Fumana.
— — B. *Minus;* foliis subfiliformibus. *Barr. Ic.* 286. et 446.
In collibus siccis: *Fusaro*, *Capri*, *rupi presso Salerno.* B. in Lucania.
9. H. arabicum.
— — B. *glutinosum.*
In collibus siccis: *Reggio*, *Ugento*, *B Lecce.*
* 10. H. laevipes.
Sperlonga (in Campanis) *Capri*, *Basilicata.*
* 11. H. viride; caule suffruticoso ascendente glabro, foliis oppositis subfasciculatis, lineari-subulatis margine revolutis glabris viridibus submucronatis, stipulatis, stipulis subulatis folio multo brevioribus, pedunculis racemosis, calycibusque villoso-glutinosis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 31* et *Fl. nap. 1. pag. 299. tav. XLVII.*
In lapidosis maritimis: *Capri*, *Gargano*, *Taranto*, *Andria.*
12. H. juniperinum. *H. glutinosum* Ten. *Fl. nap.* non *Linn.*
In sabulosis maritimis: *Fusaro.*
13. H. Barrelieri; caule suffruticoso erecto, foliis lineari-oblongis basi attenuatis obtusiusculis margine revolutis ac ciliatis ramisque villoso-pubescentibus, stipulis lineari-subulatis erectis folio minoribus, pedunculis, racemis, calycibusque villosis (non glutinosis). *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 31.* et *Fl. nap. III. tav. CXLV. Chamaecistus angusto thymifolio*, *hispanicus.* Barrel. *Ic.* 416 et 443.
In arenosis maritimis: *Fusaro*, *Ginosa*, *Andria*, *Reggio.*
Obs. Foliis stipulisque crassiusculis non aristatis, nec non planta minime glutinosa ab *H. juniperino* differt. Ob folia quae etiam seorsim exhibita oblonga linearia utrinque obtusa nec lineari-subulata submucronata evidenter conspiciuntur, *icon Barrel.* 416. ad hoc potiori jure, minime vero ad *H. viride* pertinere videtur: planta quidem *thymifolia* dici non potest.
14. H. alpestre DC. Prodr. *Cistus oelandicus* Ten. Fl. nap.
In saxosis editioribus montium mediae et septentrionalis Regni regionis: *S. Angiolo di Castellammare*, *Matese*, *Majella*, *Velino*, *Costone*, *M. Corno.*
Obs. Folia utrinque obscure virentia, calyces oblongi, rami ferruginei.
15. H. italicum DC. Prodr. an exclus. var. A *H. strigosum* Fisch.? quae potius ad *H. alpestre* pertinere videtur.
— — A. *Virescens*; foliis supra viridibus tomentosis subtus tomentoso-argenteis; *Cistus vinealis* Lang. *pl. exsicc. ex agro ruthenico* an Willd.?
— — B. *Candidissimum;* foliis utrinque tomentoso-candidis. *H. canum* Ten. Fl. nap. non *Cistus canus* Linn. *H. marifolium* A. Mauri *Pl. exsicc. ex Pizzoli.*
In editioribus montibus cum praecedente.
Obs. Calyces plerumque ovato-oblongi non subrotundi uti in sequente: rami constanter plus minusve tomentoso-incani (in praecedente ferrugineo-virides), folia utrinque vel subtus intensius tomentoso-candida, non tantum piloso-strigosa ut in praecedente. *Cistus canus* Linn. ab omnibus affinibus abunde differt caulibus erectiusculis foliisque obovatis.
16. H. marifolium.
Gargano, *Monte de' Fiori*, *Pizzoli*, *Monti di Aquila.*
Obs. Folia revera *Teucrii maris*, videlicet late ovata, quandoque elliptica, sed semper utrinque obtusa nec utrinque angustiora et acuta ut in *H. italico*, calyces plerumque globosi.
17. H. vulgare.
— — B. *Flore albo.*
— — C. Foliis lanceolato-linearibus et utrinque viridibus. *H. hyssopifolium* Ten. Fl. nap. prodr. supp. 2. pag. 68.
— — D. Foliis caulibusque molliter albo-tomentosis. *H. vulgare.* E Bertol. *Amoenit. pag. 32.*
In montibus commune. *C. Fondi*, *Basilicata* *D. Basilicata.*
18. H. ovatum DC. *Prodr. Cistus ovatus* Viv. *Fragm. Fl. ital. fasc. 1. p. 6. t. 8. fig. 2.*
In collibus Dauniae.
19. H. grandiflorum.
In collibus circa Neapolim: *Camaldoli;* in Daunia; Japygia; Lucania; Aprutio: *Velino.*
20. H. obscurum. *C. oelandicus* Hoppe *pl. exsicc. ex alpib. Salisburg.*
In montibus Aprutii: *Monte di Campli*; *Pizzo di Sivo* (Orsini). *Majella*, *M. Corno;* Samnii: *Matese;* Campaniae: *M. Casino.*
Obs. Caules frutticosi procumbentes ramosissimi, folia elliptica utrinque viridia hirta.
21. H. apenninum.
In montibus Samni: *Monte di Mezzo;* Aprutii: *Monte de' Fiori*, *Civitella*, *Velino*, et in Lucania.
22. H. hispidum DC.
— — A. *Virescens:* foliis planiusculiis oblongis infimis ovalibus. *H. lavandulaefolium* Ten. *Fl. nap. 1. pag. 298.*
— — B. *Incanum:* foliis linearibus exquisite revolutis. *H. stoechadifolium.* Ten. *Fl. nap. I. pag. 298.*
In montibus Lucaniae; Japygiae: *Ginosa;* Dauniae: *Gargano.*
Obs. Flores albi, calyces hispidi. *H. pulverulentum* Var. B. non differt nisi calycibus minute tomentoso-pubescentibus.
23. H. arcuatum; caule suffruticoso procumbente, ramis ascendentibus simplicibus hirsutis, foliis petiolatis supra glabris viridibus subtus viridi-canescentibus margine ciliatis vix revolutis, infimis orbiculatis, mediis ellipticis, superioribus oblongo-lanceolatis, stipulis lineari-lanceolatis ciliatis petiolo duplo longioribus, racemis apice inflexo-recurvis, pedicellis hirsutis, calycibus glabriusculis. *Presl. Fl. sic. 1. pag. 129. Chamaecistus vulgaris*, *flore luteo.* Cup. *H. Cath. p. 46. Ic. Fl. Dant. t. 101.* Lam. *ill. gen. t. 477. fig. 1. H. vulgare* Guss. *Fl. Sic. prod. 2. pag. 19.*
In Calabria: *Monte Cocuzzo.*
Obs. Foliis omnibus ellipticis utrinque incano-tomentosis, tomento fusco, calycibusque glabriusculis ab *H. vulgari* differt.

Digynia

Rosaceae-Monoicae.

1. Poterium spinosum.
Bari, *Calabria*, *Capo colonna.*
2. P. Sanguisorba.
In Aprutio.
3. P. garganicum; herbaceum pilosum, foliolis radicalibus subrotundo-ellipticis, caulinisque oblongo-lanceolatis, profunde dentato-subincisis, spicis globosis, floribus androgynis. Ten. *P. Sanguisorba* var. *garganicum:* Ten. Index sem. H. R. N. pro anno 1829. (in notis) pag. 17.
In arvis siccis Gargani.
Obs. Caulis strictus angulatus hirtus superne ramosus, ramis adpressis folia 10-juga dentibus mediam folii partem attingentibus, capitula, et flores *P. Sanguisorbae.* Planta glaucescens, pubescens. Ab ipsa *P. Sanguisorba* differt hirsutie foliisque profunde sectis, a *P. polygamo* floribus androgynis, hirsutie et forma foliorum: A *P. agrimonifolio* foliis radicalibus subrotundis caeterisque partibus duplo minoribus.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Trigynia.

Ranunculaceae.

* 1. Paeonia corallina.

In nemoribus Calabriae : *Pollino , Monteleone.*

2. P. peregrina. *Pollino , Gargano.*

3. P. paradoxa P. *officinalis* Ten. *Fl. nap. I. pag. 300. P. peregrina* Ten. *Viaggio in Abruzzo pag. 71.*

In nemoribus Aprutii: *Majella , M. de' Fiori.*

Obs. In nostra planta foliorum laciniae acutae sunt nec obtusae, uti apud auctores dicuntur.

* 1. Delphinium gracile. *D. peregrinum* Ten. *Fl. nap. I. p. 303.*

In arvis siccis.

Obs. Variat caule simpliciusculo et valde ramoso.

2. D. junceum.

— — B. *subvelutinum.*

Inter Aprutii segetes.

* 3. D. Consolida. Inter segetes post messem.

* 4. D. Ajacis.

In agris frequens.

* 5. D. velutinum *Bertol. D. Fissum* Ten. *Fl. nap. 1. p. 304.* non *Kit.*

In vallibus editioribus Aprutii : *Monte di Rotella al Sud Est del piano di 5-miglia , Majella , Vallone di Caramanico , M. de' Fiori , M. Corno , Pizzoli ;* Hirpinorum : *Bagnuli ;* Campaniae : *Cepino presso Frasso* (Lostritto).

Obs. Racemi plerumque conferti sunt , non laxi.

* 6. D. Staphysagria.

In apricis saxosis : *Fondi , Monticelli presso Portella , radici di M. S. Angiolo , M. Calvo , e Piana di Peschici nel Gargano ; Lecce etc.* Vulgo *Erba pidocchiara*

7. D. Requieni DC.

In arvis montosis Aprutii et alibi cum praecedente.

Obs. Calcari calycem subaequante nec brevissimo , bracteolisque medio nec basi pedicelli insertis a praecedente dignoscitur.

1 Aconitum Lycoctonum.

— — B. *Neapolitanum ;* glabriusculum , galea conica subclavata , staminibus glabris , unguibus nectarii pilosis , foliis radicalibus amplissimis (diametri subpedalis) profunde 5-palmato-sectis segmentis tripartito-multifidis laciniis elongatis linearibus acuminatis.

In pascuis montosis editioribus ; Hirpinorum : *Cerealto ;* Samnii : *Matese :* Aprutii : *Majella , Valle di Caramanico , M. Corno Selve di S. Nicola , Pizzo di Sivo , Monte de' Fiori , Monte Grande.*

Obs. Nostra planta est affinis subvarietatibus, quae *A. grandiflori, A. Thelisphoni* et *A. vulpariae* nomine, cl. *Reichembach* in monographia *de Aconitis* descripsit, sed a *A. Thelisphono* differt galae fundo subclavato, et ab *A. vulparia* petalis infimis non abbreviatis , rostro obtuso non porrecto.

* 1. Aquilegia vulgaris.

Ad sepes montanas Lucaniae : *Sirino ;* Principat. citerior. *M. della Stella ;* Samnii : *Matese ;* Aprutii : *M. de' Fiori ;* Dauniae : *Gargano.*

* 2. A. viscosa.

In vallibus montosis Aprutii ad saxorum rimas : *Majella alla Valle di S. Spirito.*

Obs. Caule subunifloro humiliori , foliis magis dissectis villoso-viscosis , floribusque pallide coeruleis a priori differt.

1. Nigella damascena.

In Aprutio ad agrorum margines.

2. N. arvensis.

— — B. *glaucescens.*

In arvis arenosis maritimis : *Gargano , Savignano , Tavoliere, B. Taranto , Catanzaro.* (Gussone).

1. Anemone alpina.

— — B. *Millefoliata.. A. millefoliata* Bertol.

— — C. *Flore pleno.*

In pascuis alpinis Aprutii : *Majella , M. Corno.* B. *Velino.*

2. A. narcissiflora.

In pascuis Aprutii editioribus : *Costone, Intermesole* (Gussone) *Monte de' Fiori* (Orsini) *Majella , Monte Corno.*

3. A. ranunculoides.

M. Corno a Campo Aprico , Chiarino al vallone dell' acqua rossa (Gussone).

4. A. nemorosa.

In nemoribus montosis : *Matese.*

5. A. apennina.

In sylvis circa Neapolim : *Valle di S. Rocco , Camaldoli ,* et in submontosis : *Monte della Stella , Sessa , Omignano , Valle ,* etc. In pascuis Apuliae; ubi vulgo *Storta* appellatur.

6. A. coronaria.

In pascuis et collibus apricis ; Japygiae : *Martina ;* Dauniae : *Serra-Capriola , Marina di Chieuti , Conversano.*

7. A. hepatica.

In nemoribus frigidis : Campaniae : *Monti di Caserta ;* Hirpinorum : *Cerealto , Avvocata ;* Samnii : *Matese ;* Aprutii : *Caramanico ;* Picentinorum : *Trinità di Cava , Avvocatella , Monte Finestra ;* Calabriae : *Cucuzzo.*

8. A. hortensis.

In herbidis maritimis : *Monte nuovo , Granatello ,* et ad agrorum margines : *Terra di Lavoro , Montechiuso, Conversano, Tavoliere , Pesto , Acropoli ,* etc.

* 1. Clematis erecta.

In nemoribus Aprutii : *Caramanico , Roccamorice ;* Dauniae : *Gargano a Matinata ;* Calabriae : *Fiume della Fabrizia , Pollino.*

* 2. C. Flammula.

— — B. segmentis suborbiculatis. *C. fragrans* Ten.

— — C. segmentis linearibus.

Ad sepes obvia. C. in Apulia.

* 3. C. Vitalba.

— — B. Foliis integris. *C. Vitalba integra* DC.

Ad sepes communis. *Tavoliere ,* ubi vulgo *Fuoco morto* appellatur.

* 4. C. Viticella.

Ad sepes Lucaniae ; *Potenza ;* Gargani : *M. S. Angiolo ;* Japygiae : *Lecce , Ginosa.*

* 5. C. cirrhosa.

In dumetis et ad sepes : *Brindisi , Bari , Otranto , Lecce , Reggio.*

6. C. semitriloba *Lagasca* et DC. *C. polymorpha* Viviani *Fl. Cors. spec. pag. 9.* et Guss. Prodr. Fl. Sic. 2. pag. 40.

Ad sepes Calabriae : *Monteleone , Reggio.*

1. Thalictrum lucidum *Jacq.* et *Spreng. T. angustifolium Jacq. T. nigricans* Ten. *Fl. Nap.*

In collibus apricis; Samnii : *Molise ;* Dauniae : *Lago Salso presso Manfredonia ;* Calabriae : *M. Cocuzzo , Fontana di Scrisi a Monteleone.*

2. T. glaucum *Linn. T. speciosum* Ten. *Fl. nap.*

In Samnii nemoribus Matese , et in Aprutio.

3. T. elatum.

In sylvis circa Neapolim : *Camaldoli.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

4. T. foetidum.
In montibus Aprutii: *Majella.*
5. T. maius. In Gargano.
6. T. minus. In Magella.

Obs. Antherae elongatae subcuspidatae fere ut in *T. foetido*, sed folia minime viscida.

7. T. aquilegifolium.
Monte de' Fiori, Matese, Gargano alla Valle del Tesoro.
† 8. T. calabricum Spr. *pug. 1. pag. 37. et Syst. Veget. 2. pag. 671.*
In Calabria (ex Sprengel.).
1. Adonis autumnalis.
2. A. aestivalis DC. excl. syn. *A. miniata* Jacq.
— — B. *Bicolor,*
Ad Fucini oras, et in *Gargano.*

Obs. A. aestivalis Fl. Sic. *prodr. 2. pag. 43.* ob carpellas in densam spicam dispositas ad *A. miniatam* veram *Jacquini* amandanda esse videtur.

3. A. distorta; caule subflexuoso unifloro subercolo, foliis radicalibus petiolatis bipinnato-multifidis ciliatis laciniis extimis lineari-lanceolatis latiusculis brevibus, carpellis ovatis uncinatis angulato-reticulatis glaberrimis. *Ten. Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 10.* Guss. *Pl. rar. pag. 218.*
— — A. *Flore majore albido.* Ten. *Fl. nap. III. tav. CXLIX. fig. 1.*
— — B. Flore minore luteo. *A. pyrenaica* et *A. apennina* Schouw et Brocchi *in Bibliot. Ital. t. 4. n. 66.*
In glareosis alpinis Aprutii *A. Majella, M. Amaro. B. Velino, M. Corno.*
1. Ranunculus hederaceus.
In inundatis maritimis Calabriae: *Corigliano, Cassano.*
2. R. aquatilis *DC.*
Mazzoni di Cardito, di Capua, di Basilicata; Laghi di Pesto, di Velia.
3. R. pantothrix *DC.*
In rivulos Sebeti.
4. R. peucedanoides *Desf.*
Fiume Sangro.
5. R. Seguieri.
In rupium fissuris prope nives: *M. Corno, M. Bacucco* (Orsini), *M. Amaro.*
6. R. magellensis; caule subunifloro, foliis radicalibus cordato-reniformibus subtrilobis, lobis crenatis, caulino lanceolato integerrimo, petalis leviter emarginatis (albis). *Ten. Fl. nap. prodr. suppl. II. pag. 58. Ranunculi montani I. species prima* Clus. *hist. 4. p. 234.*
In alpinis Magellae prope nives deliquescentes.

Obs. Ab affini *R. alpestre* differt foliis leviter trilobis, lobis crenatis nec tripartitis laciniis trilobatis, petalis minime profunde obcordatis.

7. R. aconitifolius.
— — B. *platanifolius.*
Pizzo di Sivo (Orsini).
8. R. Lingua.
In palustribus montosis: *Matese.*

Obs. Carpellae tuberculatae.

* 9. R. Flammula.
In paludibus Aprutii: *Pescara.*
10. R. ophyoglossifolius *DC.* excl. syn. *R. uliginosus Ten. in literis.*
In paludosis: *Mazzoni di Capua, Cardito, Laghi di Velia.*
11. R. uliginosus *Willd. Enum.*
— — B. Caule decumbente basi radicante. *R. uliginosus* Ten. in literis. *R. cochlearifolius* Hornemann. *R. fontanus* Presl. et Guss. Fl. *Sic. prodr. 2. pag. 52.* (fide speciminis).
In udis montosis et ad rivulos montium Calabriae: *La Serra, Mongiana, Sila sul Masone* (Thomas) *Li corsici, Aspromonte ai cannavi, ai piani di Reggio e di S. Agata* (Gussone).

Obs. Etiam in varietate B. semina tuberculata comperi nec levia, uti ex cls. *Prestio* et *Gussonio*, quapropter a *R. uliginoso* specie non differre mihi visa est.

* 12. R. lateriflorus. *R. nodiflorus* Ten. *Fl. nap. 1. p. 311.*
In paludibus sylarum, *Serra* (Thomas).
* 13. R. bullatus.
— — A. *parviflorus;* foliis vix bullatis. Ten. Fl. nap. I. pag. 312. tav. XLIX.
In pascuis montosis Dauniae: *Andria, Conversano;* Lucaniae: *Potenza;* Japygiae: *Martina, Ginosa.*

Obs. Carpellae compresso-triquetrae subreticulatae breviter rostratae in capitulis elliptico-subrotundis dispositae,

14. R. chaerophyllus DC. excl. synon. *R. Thomasii.* Ten. Col. *ecphr. t. 311* et Bocc. *mus.* 162.
— — B. *Flabellatus* Desf. *Fl. Atl. tab. 114. Ranunculus alter saxatilis asphodeli radice.* Col. *ecphr. 1. pag. 312. tab. 313. R. radice tuberosa reticulata.* Bocc. *mus. tab. 124. fig. 5.* (foliis radicalia tantum repraesentans) *Ranunculus minimus apulus Col. luteus.* Bar. *ic. 791.*
Var. *A.* in Magella. *B.* in pascuis montosis insulae Caprearum; Campaniae: *Monti di Frasso;* Lucaniae: *Potenza;* Dauniae: *Tavoliere, Andria.*

Obs. Carpellae laeves glabrae stylo acuminato terminatae, minime reflexo, hanc speciem primo intuitu a *R. monspeliaco* distinguere faciunt; in quo carpellae adsunt scabrae margine superiore hirsutiusculo apice exquisite reflexo Caeterum planta uti congeneres mirum in modum variat statura, incisione et villositate foliorum. Folia radicalia in A. tripartita et fere subcrenata, segmentis subrotundis crenatis: in B. ovalia vel cuneata tantum dentata, semper glabra, reliqua vero villosa et villoso-sericea.
R. pedunculatus Viv. *Fl. Cors. specim.* non est nisi varietas humilis uniflora *R. flabellati.*

* 15. R. illyricus. Ten. *Fl. nap. 1. pag. 314.*
— — B. foliis radicalibus primordialibus tripartitis, calyce reflexo. *R. monspeliacus* Ten. *Fl. part. di nap 1. pag. 451. e viag. di Abruz. pag. 72.*
In pascuis montosis: *Piano di Faito a Castellammare; Gargano a Monte Calvo; Montevergine; Frasso.*

Obs. Carpellae omnino similes illis *R. Chaerophylli;* qua nota praesertim a *R. monspeliaco* dignoscitur. *R. illyrici* Lin. specimen unicum possideo a cl. *Thunbergio* acceptum et in Graecia lectum, in quo folia primordialia revera simplicia et calyces patentes uti ex auctoribus deprehenduntur. Plantae caeterae ex speciminibus Pestini (*Lang.*), Vindobonae (*Mayer*), et in omnibus nostri regni montibus lectis, nec non in Horto Regio a plurimis annis cultae, habent folia primordialia tripartita et calyces reflexos. Hisce characteribus innixus nostram plantam ad *R. monspeliacum* potius quam ad *R. illyricum* pertinere existimavi, et tantum ex accuratiori collatione speciminum authenticorum *R. monspeliaci* a cl. *Montagne* (Lugduni) et *Viviani* (Monspelii) acceptis, characterem unicum nuperrime eruere potui ad has species rite discriminandas, quem in carpellarum differentia agnoscere oportet. *R. illyricus* tomento gaudet magis albo-sericeo quam *R. monspeliacus*, sed hoc charactere a *R. chaerophyllo* potius, quam ab ipso dignosci potest. Caeterum harum spe-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

cierum differentia characteribus innitur tam debilibus, ut eas in unam eademque speciem complecti, ex cl. *Haberlè* sententia, sanius consilium foret.

16. R. garganicus; foliis decomposito-multifidis laciniis oblongo-linearibus villosiusculis, scapis unifloris adpresse villosis, petalis obovato-oblongis crenato-erosis, carpellis uncinatis adpressis in spicam cylindricam congestis, calycibus patentibus. *Ten. Adnot. ad Cat. Semin. H. R. Neap.* (1830).

— — B. Caule multifloro folioso, foliorum laciniis lineari-oblongis obtusiusculis. *R. Thomasii* H. R. Neap. et Ten. *Fl. nap. III. tav. 146.* non *Fl. nap. prodr.*

Caulis 1-2 pedalis in A. simplex, in B. plus minusve ramosus, petioli folia subaequantes, in B. quandoque eis duplo longiores, nunquam 3-plo et 4-plo ut in *R. millefoliato*. In var. B. folium unum vel alterum primordiale adest simpliciter tripartitum segmentis ovato-trilobis pollicaris diametri in anthesim evanidum. Flores magni intense lutei. Calix in A etiam post anthesim adpressus, in B. patens vel reflexus. Carpellae in spicam fere pollicarem dispositae glabrae subtuberculatae uncinatae.

In herbidis montosis Gargani: *Montecalvo, Monte sacro.* Var. B. in Lucania: *Potenza* (Rosano).

Obs. Species intermedia inter *R. chaerophyllum* et *R. millefoliatum*. Ab hoc differt habitu firmiori, duplo majore, foliis atrovirentibus villosis brevius petiolatis lobis duplo latioribus et brevioribus, tuberculis maxime elongatis. A *R. chaerophyllo* discrepat foliis decompositis, foliolis linearibus, fibris radicalibus erectis nullis.

Semina varietatis *B.* sub nomine *Ranunculi Thomasii* botanicis exteris quandoque communicata fuerunt; idcirco nil mirum, si cl. Decandollius *R. Thomasii* ad *R. chaerophyllum* amandaverit, a quo R. *Thomasii* verus abunde differt, sicut ex descriptione et icone in Fl. nap. evulganda patebit.

17. R. millefoliatus *Vahl.* et *Desf. R. leptophyllus asphodeli radice.* Col. *Ecphr. I. pag. 312. t. 311.*

In pascuis montosis Lucaniae: *Potenza*; Calabriae: *Pollino.*

18. R. Thora.

In herbidis Aprutii: *Monte Corno* (Orsini). *Majella, Vallone di S. Spirito.*

Obs. Flores aurei, folia laete viridia.

19. R. brevifolius, (radice fasciculata) caule unifloro incurvo, foliis coriaceis glaberrimis glaucis, radicalibus petiolatis apice trilobis, lobis lateralibus subintegris intermedio breviori usque ad folii tertiam partem producto, caulino sessili cuneiformi tripartito, carpellis glabris laevibus stylo circinnato uncinatis. *Ten. Fl. nap. prodr. supp. 2. p. 58.* DC. *Syst. nat. 1. p. 266.* Guss. *Pl. rar. pag. 22.* Ten. *Fl. nap. tav. 149. fig. 2.* sub nomine *R. brachyphylli. R. cyclaminis folio, fibrosa et praemorsa radice minore.* Micheli *pl. Rom. et Neap. in Herb. Vaillantii in Museo H. R. Parisiensis asservato, n. 964.*

In glareosis editioribus Aprutii: *Costone, Intermesole* (Gussone) *Velino, M. Corno, M. Focaleto, M. Amaro.*

Radix e fibris crassis longissimis fasciculatim consita.

Obs. Petala citrina, carpellae subglobosae punctatae dorso subcarinatae aliquando venosae. A praecedente, cum quo a clar. Sprengelio confunditur, differt in primis radicibus minime tuberosis grumosis asphodeliformibus, sed fasciculatis fibris subcylindraceis longissimis e caudice verticali ortis. De recta synonymi *Michelii* collocatione, quod cl. DC. dubitans ad *R. hybridum* refert, (*R. Veget. t. I. pag. 266.*), oculari speciminis inspectione certus factus sum.

* 20. R. sceleratus.

In fossis et paludibus obvius.

21. R. montanus (*verus*).

In pratis editioribus Aprutii ad nives deliquescentes: *M. Amaro, M. Focaleto.*

Obs. Folia radicalia orbiculata glaberrima obscure virentia semiquinqueloba, caulis digitalis apice tantum adpresse pubescens, foliorum floralium lobi lineares integerrimi et calyx subglaber hanc speciem a sequentibus, cum quibus saepe confunditur, dignoscere faciunt.

22. R. Villarsii *DC. R. montanus* (Orsini) *Pl. exsicc. ex Aprutio.*

In pascuis montosis Aprutii: *Monte de' Fiori, Pizzo di Sivo* (Orsini) *Velino, Monte Corno, Majella.*

23. R. Gouani *DC. R. montanus* Orsini *Pl. exsicc. ex Aprutio.*

— — B. Foliis palmato-quinquepartitis.

In pascuis montosis Aprutii: *Pizzo della Cavata, Monte di Campli* (Orsini) *Majella*; Hirpinorum: *Cervalto* (Guss.); Samnii: *Matese*, var. B. *Pollino.*

Obs. Planta magnitudine a statura 2-pollicari ad pedalem mire variat. Haec et praecedens a *R. montano* foliis dissectioribus, laciniis angustis acutis villosis vel pubescentibus lacte viridibus primo intuitu discriminantur. *R. Villarsii* a *R. Gouani* differt foliis radicalibus 3-5-partitis circumscriptione subcordata, non 3-5-lobata circumscriptione reniformi vel orbiculata, corollis aureis non flavis.

24. R. Thomasii; radice fibrosa, foliis radicalibus ternato-sectis, segmentis 5-partito-multifidis subvillosis, caulinis mediis tripartitis, summis integerrimis omnibus, petiolis caulibusque villoso-sericeis pilis patentibus, caule ramoso paucifloro pedunculis teretibus, calycibus adpressis, carpellis levibus compressis uncinatis. *Ten. Fl. nap. prodr. suppl. II. pag. 68. Cat. app. I. pag. 33. edit. alt. pag. 49.* non *R. Thomasii* Ten. in *Enumer. semin. H. R. neap.* et in literis superiorum annorum. *R. alpinus parvus caespitosa radice Geranii columbini folio*; Micheli *pl. exsic. ex Roma et Neap. in H. R. Parisiensi asservatae, n. 828.*

In vallibus Sylae Calabriae citerioris: *Vallone del Crocifisso.* (Thomas).

Obs. Species intermedia inter *R. Villarsii* et *R. acrem*, non inter *R. flabellatum* et *R. millefoliatum*, uti perperam ipse dixi in *Fl. nap. prodr. loc. cit.* Idcirco a *R. chaerophyllo*, cui a quibusdam auctoribus jungitur, differt in primis characteribus sectionis, *Ranunculi* species radicibus fibrosis praeditas complectentis, insuper ab eo differt incisione foliorum et carpellis uncinatis.

25. R. acris.

— — B. *Napellifolius* Crantz *non DC.*

— — C. *Multifidus* DC.

— — D. *Calabrus*; foliis radicalibus et caulinis ternato-tripartitis segmento medio petiolato, reliquorum laciniis cuneatis incisis utrinque velutinis, caule tripedali ramosissimo. An species propria?

In pascuis humentibus: *Aspromonte, Revisondoli* (Gussone). *Piano di 5-miglia. B. Monte Corno* (Orsini) *C. Pesco Costanzo* (Gussone) *D. presso il casino di Falitto nella Sila grande* (Thomas).

* 26. R. brutius; caule erecto villoso multifloro; foliis 3-5-partitis segmentis 3-partitis lobis lanceolatis bifidis utrinque pubescentibus, pedunculis teretibus, calyce adpresso petalis dimidio breviore, carpellis levibus, stylo longe caudato uncinatis. *Ten. Fl. nap. prodr. suppl. I. pag. 61. Fl. nap. t. I. tav. L. DC. Reg. Veg. 1. p. 278.*

In nemoribus Calabriae: *Pollino, M. Cocuzzo, Sila, Aspromonte.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

27. R. lanuginosus.

— — B. *Constantinopolitanus.*

In sylvis obvius: *Valle di S. Rocco, Camaldoli* et alibi.

28. R. velutinus; foliis radicalibus 3-partitis, lobis latis cuneiformibus inciso-dentatis caulèque erecto multifloro holosericeis, pedunculis teretibus subcorymbosis, carpellis muticis levibus, pubescentia caulis et petiolorum patentissima. *Ten. Index semin. H. R. neap. 1825. in notis pag. 11. Fl. nap. prodr. append. V. pag. 17.* Guss. *Prodr. Fl. Sic. 2. pag. 50.* Ten. *Fl. nap. tav. CXLVII.*

Ad valles humentes et in pascuis frequentissimus.

Obs. Seminibus omnino muticis ac levibus et pubescentia a *RR. nemoroso, lanuginoso*, et sequente praesertim distinguitur.

29. R. neapolitanus; radice fibrosa, caule erecto multifloro petiolisque patenti-pilosis, foliis pubescentibus nigro alboque variis radicalibus ultra medium 3-fidis, lobis rhombeis, parciter lobato-dentatis dentibus obtusis, caulinisque petiolatis lobis angustioribus subinciso-dentatis, pedunculis teretibus, carpellis levibus stylo uncinatis. *Ten. Ind. Sem. H. R. neap. prò anno 1825* in notis *pag. 11. Fl. nap. prodr. append. V. pag. 16 et Fl. nap. tav. CXLVIII.*

In uliginosis montanis: *Selve di S. Nicola alle radici di Monte corno; Gargano a Monte Calvo; Monte della Stella nel Principato citeriore; Cepino in Terra di Lavoro.*

Obs. A *R. nemoroso* cui valde affinis, distinguitur in primis pedunculis teretibus non sulcatis. A *R. lanuginoso* differt foliis minime holosericeis segmentis primariis subrotundo-rhombeis dentibus obtusis, nec cuneiformibus acute dentatis, radicibus fasciculatis fibris illarum *R. bulbosi* crassitudinem aequantibus, sed duplo longioribus et absque bulbo ad collum.

31. R. bulbosus. In pascuis humentibus communis.

32. R. phylonotis.

— — B. *Intermedius;* foliis subglabris.

— — C. *Parvulus;* caule humili, foliis radicalibus trilobis, carpellis utrinque verrucoso-tuberculatis. *R. parvulus* Lin. *R. minimus apulus* Col. *Ecphr. t. 316.*

In pratis communis. C. in collibus: *Agnano, Potenza, Cilento.*

33. R. arvensis.

In agris argillosis et inter segetes Hirpinorum: *Dentecane;* Gargani; Aprutii: *Cappadocia, Petrella.*

34. R. muricatus.

In depressis humidis circa Neapolim: *Pascone, Agnano* et alibi.

35. R. parviflorus. *Linn.*

In aridis insulae Inarimes: *Casamicciola.*

36. R. trilobus *Desf.* et *DC.* excl. synon. *R. Rosani.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 32.*

In Lucania: *Basilicata.*

* 37. R. Ficaria *Linn. Ficaria ranunculoides* DC.

In arvis et ad agrorum margines.

† 38. R. crinifolius; radice fibrosa, caule simplicissimo debili, foliis radicalibus cuneiformibus longe petiolatis integerrimis. Planta semipedalis subunifiora glabriuscula, flores citrini. *Ten. R. alpinus infirmus verbenae nodiflorae foliis* Cupan. Hort. Cath. p. 165. *R. palustris crinifolius* Bocc. *Plantae exsicc. ex Herb. Vaill. in Mus. H. R. Paris. asservatae!*

Prope Genusium in Peucetiae demissis semel legit cl. *Rosanus.*

1. Helleborus foetidus.

In sylvis communis.

2. H. hyemalis. (*Eranthis hyemalis* DC.).

In montibus Campaniae: *Valle di Terella presso Lenola* (Notarjanni); Dauniae: *Alberona presso Biccari* (Baselice), *Monte S. Angelo al Gargano;* et in montibus Aprutii: *Palmadessa presso il piano di 5-miglia*, et alibi.

3. H. Bocconi; foliis glabris radicalibus caule subbifido brevioribus digitato-pedatis, foliolis omnibus cuneiformibus profunde sectis in 2-5-laciniis lanceolatis incurvo-undulatis argute serratis, subtus grosse rugosis, floribus cernuis pedunculatis (virescentibus) petalis ovatis obtusis. *Ten. Fl. med. univers. e Fl. part. di nap. tom. I. p. 459. Fl. nap. prodr. app. IV. pag. 26.* Guss. *Prodr. Fl. Sic. 2. p. 62. H. Bocconi, et H. intermedius* Guss. *pl. rar. pag. 224. H. viridis.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 32. H. niger foliis dissectis* Bocc. *Mus. tab. 11. fig. 2. H. purpurascens B?* DC. *Prodr. pag. 918.*

In nemoribus montosis Aprutii: *Morrone* (Guss.), *Valle dell'inferno, Bosco del Monte Grande;* Samnii: *Matese;* Lucaniae: *Cilento;* Calabriae: *Mongiana* (Thomas), *Lobianco, Piano della Corona sopra Bagnara, Piana di Serisi* (Guss.), *Mendicino, Cosenza.*

Obs. Caulis 1-2-pedalis subdichotomus, folia laete viridia lucida utrinque glaberrima subtus pallidiora rugoso-nervosa, caule multifloro duplo triploque altiore foliis longiore, foliis pedatis utrinque glaberrimis non digitatis, floribusque viridibus ab *H. purpurascente* differt. *H. intermedius*, planta calabra ad hanc speciem pertinens mihi visa est.

1. Trollius europaeus.

In pascuis subalpinis: *Pietra Camela, Chiarino* (Guss.), *M. Corno* (Orsini).

Droseraceae.

1. Parnassia palustris.

Ad aquarum stillicidia in Aprutio: *Majella.*

Classis Didynamia.

Gymnospermia

Labiatae.

* 1. Ajuga reptans.

— — B. *Montana, A. pyramidalis.* Ten. Fl. nap. II. pag. 4.

In sylvis et nemoribus communis. *B. Montevergine, Monti di Abruzzo.*

2. A. pyramidalis *Ten. Relaz. del Viag. di Abr. pag. 74.*

In Aprutii montibus: *Majella, Scrimaccavallo.*

3. A. alpina.

In editioribus herbidis Aprutii: *Grotta Caprara, Monte di Pizzoli.*

4. A. genevensis.

— — B. *Garganica;* foliis radicalibus majoribus oblongis subintegerrimis, caulinis oblongo-lanceolatis dentatis, caulibus numerosis demissis.

In montibus Aprutii. B. in Gargano (*a Carbonara di M. S. Angiolo*).

5. A. orientalis.

Ad sepes et in apricis collibus Calabriae: *Aspromonte* (Thomas) *Staiti, Vallone di Pendola, Monticello, Serisi* (Guss.).

6. A. acaulis *Brocchi. A. decumbens* Ten. *Fl. nap.* non *Thunb.*

In pascuis montosis editioribus: *Aspromonte, Mongiana, Suverla* (Thomas); *Pollino al piano del trabucco;* Aprutii: *Velino, M. Corno* (Brocchi).

* 7. A. Iva.

— — B. *Moschata.*

In siccis montosis: *Montevergine, Monti di Caserta, Matese, Gargano, Calabria, B. Majella.*

* 8. A. chia. *Lin. A. chamaepythis.* Ten. *Fl. nap. II. p. 5.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Guss. *Fl. sic. prodr. 2. pag. 66.* et plurium auctorum Florae italicae.

In arvis et apricis siccis: *S. Maria del pianto ; Strada del Campo* prope Neapolim; in Aprutio: *Colle Bringione, M. de' Fiori;* in Apulia: *Gargano.*

9. A. chamaepithys (*vera*).

In collibus Aprutii: *Assergio.*

Obs. Flores caerulei foliis duplo breviores, caules erectiusculi, folia inaequaliter tripartita laciniis obtusiusculis, cariopsides reticulatae. In praecedente flores lutei folia subaequantes et caules decumbentes, folia aequaliter tripartita laciniis duplo angustioribus acutis. Icones *Florae Danicae 733.* et *Dodon. pempt. 46.* ad hanc speciem rite pertinent, illas vero *Black. herb. t. 528.* et *Zannich. Piante de' lidi veneti fig. 251.* ad praecedentem amandare oportet. De harum iconum discrepantia merito quaestuus est cl. Gussonius. (*Fl. sic. prodr. 2. p. 66.*) nam ad eamdem speciem referri non possunt.

* 1. Teucrium fruticans.

Colline di Casalicchio alla Torre delli pioppi (*Princip. citra*) (Giordano), *rupi marittime presso Fondi* (Notarjanni).

* 2. T. campanulatum.

Tavoliere, Conversano, Bari, Lecce.

* 3. T. Botrys.

Majella, Monte de' Fiori, Gallipoli.

* 4. T. Scorodonia.

In montibus frequens: *Castellammare, Montevergine, Matese, Fano di Corno, Gargano, M. della Stella.*

* 5. T. Scordium.

In pratis humentibus Aprutii: *Pesco Costanzo, Revisondoli.*

* 6. T. scordioides.

— — C; caule graciliore ascendente, surculorum foliis glabriusculis. *T. lanuginosum* Hoffm. et Link *Fl. Port. I. p. 80. t. 1.*

In pascuis humidis: *Fusaro, Agnano, Pascone, Licola.* B. in nemoribus: *Real Parco di Capodimonte, Caserta.*

* 7. T. Chamaedrys.

In apricis siccis collium et montium totius regni.

* 8. T. flavum.

M. S. Angiolo di Castellammare, Montevergine, Matese, Gargano.

* 9. T. spinosum.

In pratis siccis Dauniae: *Conversano ;* Japygiae: *Lecce.*

* 10. T. montanum.

— — B; *supinum.*

In montibus regionis mediae et septentrionalis frequens.

Obs. Cl. Lamarckii sententiam sequens *T. supino* a *T. montano* specie non differre sum persuasus. In speciminibus germanicis et gallicis *T. montani* folia plana et remota nec non calyces cuspidati adsunt. Item et in nostris folia quandoque plana plus vel minus conferta supra glabra vel sericea, calyces glabriusculi vel subcanescentes plus minusve cuspidati observantur.

* 11. T. Polium.

In montibus Aprutii.

* 12. T. pseudo-hyssopus.

— — B. *Minus ;* spicis capitatis compactis, caule erecto, foliis profunde sectis. *T. capitatum* Ten. *Fl. nap. II. pag. 12,* non Lin.

In arenosis maritimis et collibus: *Granatello, Salerno, colline di Castellabate, di Agnone, Licosa ;* in Apulia: *Tavoliere.* B. *Lecce, Calabria*

1. Satureia capitata.

Gargano (*alle radici di M. S. Angiolo, Forchia dell' asino prima di Monte Sacro*), *Lecce, Otranto, Martina, Ostuni.*

2. S. fasciculata *Rafinesque, precis des decouvertes pag. 39. S. approximata* Biv. *manip. 5. pag. 13. Thymus fruticulosus.* Ten. Fl. nap. prod. sup. 3. in Fl. nap. t. 2. pag. 379. an ? *inodorus ?*

In collibus aridis Japygiae: *Grottaglie* (Marinosci), *Capri.*

3. S. cuneifolia; pedunculis axillaribus 1-3-floris bracteatis, foliis obovato-cuneatis canescentibus subconduplicatis punctato-hispidis, caule fruticoso. *Ten. Fl. nap. prod. pag. 33. Fl. nap. tav. 151. fig. 2.*

In collibus aridis: *Manfredonia* (*ne' sepolcreti di Siponto*), *Lecce, Monopoli, Taranto.* Suffrutex.

Obs. Marum hispanicum parvo obtuso folio Barr. *ic. 689,* quod cl. Lamarck sub *Thymo Nepeta* cum dubitationis signo refert, ad nostram plantam potius pertinere videtur.

4. S. montana.

— — B; calycibus purpureis, floribus sessilibus, *S. hyssopifolia* Bert. *ann. di Stor. Naturale* (1829) *fasc. 3. pag. 406. S. subspicata.* Ten Appendix ad Ind. sem. H. R. Neap. pro anno 1827 (in notis).

In saxosis montosis: *Castellammare, Caserta, Capo di Palinuro.*

Obs. Var. B. majori hirsutie et pedunculis abbreviatis a typo speciei discedit, sed speciminibus plurimis inspectis ab una ad alteram tramitus facile detegitur. Juxta locorum diversitatem ramis elongatis, floribusque longe pedunculatis, vel ramis coarctatis, floribusque subsessilibus ludit. Calycis dentes inferiores superioribus passim longiores vel eos subaequantes etiam in eodem individuo saepe deprehendi.

Variat corollis purpureis et albis.

5. S. graeca. Fl. nap. tav. 151. fig. 2.

— — B; *angustifolia ;* glabrata.

Ad muros ubique. B. in montanis: *Gargano.*

6. S. tenuifolia; corymbis multifloris verticillato-spicatis breviter pedunculatis, bracteis calyce hirsuto duplo brevioribus, dentibus calycinis erectiusculis, foliis hirsutiusculis inferioribus ovato-lanceolatis superioribus lineari-lanceolatis margine revolutis, caule suffruticoso erecto ramis virgatis. Planta virescens. *Ten. Fl. nap. prod. pag. 33. Synops. edit. alt. pag. 49. Fl. nap. tav. 151. fig. 4.*

In collibus et saxosis siccis: *Ruine di Pompei, Pozzuoli, Baja, Miseno,* et alibi. Suffrutex.

Obs. A *S. juliana* haec nostra calycinis dentibus patentibus non connivantibus, bracteolis calyce duplo brevioribus, necnon defectu canitiei potissimum dignoscitur. Deinde a *S. graeca* corymbis sessilibus vel brevissime petiolatis, foliisque floralibus brevioribus diversa judicatur.

7. S. juliana. *Fl. nap. tav. 151. fig. 3.*

In saxosis calcareis: *Capri ;* in Aprutio: *Monte de' Fiori ;* in Hirpinis: *Monte di diecimari.*

Obs. Ab affinibus *S. tenuifolia*, et *S. graeca* differt verticillis compactis rite fastigiatis bracteis longioribus, e floribus subsessilibus dense parallele stipatis compositis. Planta glaucescens. *Icon Morisonii; hist. 3. Sect. XI. tab. 17. fig. 4.* adamussim plantae nostrae respondet.

S. tenuifolia habet verticillos spicatos laxiusculos, bracteis duplo breviores.

S. graeca habet pedunculos axillares longe racemosos.

8. S. canescens; incano-hispida, pedunculis axillaribus 2-7-floris cymosis subsecundis, bracteis calyce brevioribus, foliis radicalibus ovatis superioribus lineari-lanceolatis, caule erectiusculo basi suffruticoso. *Guss. Pl. rar. pag. 228. tab. 42.*

In collibus maritimis Japygiae: *Turanto, Gallipoli, Otranto* et alibi. Suffrutex.

Obs. A praecedenti caule erecto, omnibus partibus pilis horizontalibus hirtis, floribusque subsessilibus differt.

9. S. nervosa Desf. et Guss. *Pl. rar. pag. 227 exclusa syn. S. capitata* Desf. *S. filiformis* Ten. *Prod.* et *Marinosci viaggi botanici.* tom. 1. pag. 299.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In collibus maritimis: *Taranto, Gallipoli, Lecce* (Guss.) *Polignano, Grottaglie* (Marinosci).

Obs. Cl. *Desfontaines* loco a cl. *Gussonio* citato duas plantas abunde diversas descripsit: *S. capitatam* nempe cum icone tab. 121. fig. 2., et *S. nervosam* absque icone.

10. S. consentina; caulibus suffruticosis decumbentibus, ramis filiformibus, foliis lineari-setaceis utrinque attenuatis petiolatis, revolutis hispidis (5. lin. long. $\frac{1}{4}$ lin. lat.), pedunculis cymosis secundis patentibus, calycis dentibus capillaribus fere longitudine tubi incurvi, bracteis setaceis calyce brevioribus. Planta hispido-scabra canescens, corollae purpureae pilosae. *Ten. Fl. nap. prod. app. V. pag. 17. Fl. nap. III. tav. 151. fig. 1.*

In Calabriae sepibus: *Porta Piana e Donnici, presso Cosenza.* Floret Julio. Suffrutex.

† 1. Hyssopus officinalis *Gargano* (Baselice; viaggi Fisico-botanici tom. 1. p. 388.) *Costa di Fascia e Pietra cantavallo in Abruzzo* ulteriore 2.° (*Gravina; Viaggi Botanici* tom. 2. pag. 73.)

1. Nepeta Cataria.

— — B; *canescens*; citriodora.

In campis Aprutii. B. in hortis.

2. N. violacea. *Monte Corno.*

3. N. nuda. *Matese, Monte Corno.*

4. N. graveolens. *Monte Corno.*

1. Lavandula multifida.

In Calabria: *Capo dell' Armi.*

2. L. spica Willd. *L. vera* DC.

Pollino alla scala di Morano (Thomas); *Gargano* (Baselice).

3. L. Stoechas.

Ischia, Sperlonga presso Fondi, Capo di Palinuro, Velia, Calabria.

† 4. L. dentata. In *Gargano* (Baselice viag. Botan. *al Gargano, nella racc. di viaggi Fisico-Botanici* t. 1. pag. 389.

* 1. Sideritis romana.

In ruderatis obvja.

* 2. S. montana.

In Aprutii montibus: *Salviano, Monte di Mezzo.*

* 3. S. syriaca.

In glareosis montium Samnii et Aprutii: *Castel di Sangro, Salviano, Pettorano, Morrone.*

* 4. S. brutia; suffruticosa, tomentoso-lanata, foliis obovato-spathulatis subcrenulatis obtusis, floribus verticillato-spicatis, bracteis ampliatis cordatis acutis nervoso-reticulatis pubescentibus subaequantibus (viridi-lutescentibus) *Ten. Fl. nap. II. pag. 16. tav. 51. S. sicula* Ucria, *ex Guss. Prod. Fl. sic. tom. 2. pag. 85.*

In glareosis montosis Lucaniae: *Alpe di Latronico, Ruggia;* Calabriae: *Tempone, Pollino, Cocuzzo;* Dauniae: *Gargano* (*Piano del Campo santo di S. Angiolo, Salita da Manfredonia a S. Angiolo*).

Obs. A *S. syriaca* differt verticillis approximatis, bracteis maximis verticillos subaequantibus. A *S. taurica*, cui magis affinis, nostra planta tamen differt foliis niveis tomento densissimo indutis obtusis, non pallide virentibus tantum lanuginosis acutis, verticillis minime contiguis, ac toto habitu. Haec enim in H. Regio plurimis annis culta faciem non mutavit et semper a *S. brutia* in eadem areola vegetante diversa permansit. Nil mirum si cl. *Reichenbach* e speciminibus a cl. *Orsinio, S. brutiae* nomine acceptis et Aprutio lectis, eam a *S. syriaca* haud differre autumaverit; in Aprutio enim nunquam *S. brutia*, sed tantum *S. syriaca* sponte crescit, cujus varietas bracteis subviridibus prima fronte inspecta cum *S. brutia* facile confunditur.

* 1. Mentha sylvestris

— — B; foliis pectinato-dentatis supra glabris viridibus subtus argenteis, verticillis remotis, staminibus exsertis: *M. Rosani* Ten. *Fl. nap. app. V. pag. 18.*

— — C; foliis oblongo-lanceolatis supra pallide viridibus glabris subtus argenteis. *M. Eisenstadiana* Opitz. ex Mayer *pl. exsicc. agri Boici. M. sylvestris* var. *longifolia* Ten. *Fl. nap. prod. pag. 33. et Fl. nap. II. pag. 28.*

In Aprutii montibus: *Majella alla valle di S. Spirito.* B. in Lucaniae humentibus: *Potenza* (Rosano). C. ad rivulos: *Majella alla valle di S. Spirito.*

Obs. Folia glabriuscula, spicae elongatae e verticillis distantibus, stamina corolla longiora.

2. M. serotina; foliis ellipticis breviter petiolatis supra scabris subtus canescentibus dentato-undulatis, spicis abbreviatis e verticillis approximatis compactis, staminibus inclusis. *Ten. Flora part. di nap. tom 1. pag. 472. Fl. nap. prod. app. IV. pag. 27.*

— — B; staminibus exsertis. *Fl. nap. tav. 156.*

— — C; foliis utrinque canescentibus undulatis serratis incisis, staminibus exsertis. *M. crispa* Ten. *Fl. nap. II. pag. 29. M. reflexifolia* Opitz, ex Mayer *pl. exsicc. ex Germania. M. sylvestris nemorosa* Ten. *Relaz. del viag. di Abruzzo pag. 74.*

Ad agrorum margines, in fossis locisque inundatis. C. in Lucania: *Potenza* (Rosano) *Sessa nel Cilento* (Giordano) et in Aprutio: *Pietracamela.* Peren.

* 3. M. macrostachya; spicis cylindricis basi subinterruptis, pedicellis glabris, bracteis lineari-lanceolatis verticillo brevioribus bracteolis bipartitis, foliis cordato-ovatis crenato-dentatis obtusis rugosis supra pilosis subtus incano-villosis, floribus albis. *Ten. Fl. nap. prod. pag. 33, Flor. nap. II. pag. 30.*

— — A. *Major;* foliis cordato-ellipticis, spicis compactis crassis staminibus exsertis. *Ten. Fl. nap. II. p. 3. tav. 56.*

— — B. *Minor;* foliis cordato-ellipticis, spicis compactis crassis staminibus inclusis.

— — C. *Elongata;* foliis cordato-ellipticis spicis elongatis e verticillis remotiusculis, staminibus exsertis.

— — D. *Bauhini;* foliis superioribus rotundatis, spicis abbreviatis, staminibus exsertis. *M. neglecta* A. Ten. Fl. nap. prod. app. III. in Fl. nap. t. II. pag. 379.

— — E. *Neglecta;* foliis superioribus circinatis, spicis elongatis e verticillis remotiusculis, staminibus exsertis. *M. neglecta B.* Ten. *Fl. nap. IV. tav. 157. fig. 1.*

In fossis et ad agrorum margines, secus rivulos et in humidis omnes enumeratae varietates passim occurrunt. Peren.

* 4. M. rotundifolia.

Ad fossas: *Bagnuoli, Potenza.*

Obs. Spicis elongatis e verticillis remotis, bracteis flores excedentibus, staminibus inclusis, floribus caeruleis, planta virescenti glabriuscula, a praecedente dignoscitur.

5. M. Lamarckii; spicis oblongis, verticillis approximatis, foliis cordatis serratis undulatis subsessilibus, dentibus divergentibus cuspidatis, supra viridi-pubescentibus subtus incanis, calycibus pedunculisque hirtis staminibus corollam aequantibus, bracteis lineari-bus integerrimis. *Ten. Fl. nap. prod. append. V. pag. 19. M. crispa var. A.* Lamarck *Dict. Encycl. t. 4. pag. 106. M. rotundifolia var. B.* DC. Fl. Franc. t. 3. p. 354. *M. spicata rotundifolia crispa* Joan. Bauh. hist. 3. p. 2. pag. 218. *M. altera* Dod. *pempt. 95. M. spicata rotundifolia crispa cruciata Parkinsonii. Raj. t. 1. pag. 531. M. rotundifolia crispa spicata* Gasp. Bauh. *M. sativa altera*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Dodon. Moris. *hist. 3. Sect. 11. tab. 6. fig. 4. M. crispa* H. Paris. (fide speciminis, quod in eodem horto, ipse, anno 1824 legi). *M. crispata* Schrad. et Spreng. *Syst. veg. 2. pag. 722. M. viridis, crispata;* Fresenius. *Enumeratio mentharum; in Flora, oder Botanische Zeitung 1827. t. 2. p. 225.* et hoc teste, *M. laevigata* Willd., *M. cordifolia* Opitz., *M. hercynica* Röchel, et *M. crispa* Roth.

Ad Vulturni ripas (Orsini) Peren.

Obs. Sub eodem *M. crispae* nomine duas latuisse species satis distinctas, quarum differentias primus recte adumbravit cl. *Lamarck* (loco cit.) in *Fl. nap. prodr.* (loco cit.) manifestavi. Veram *M. crispam Linn.* Germaniae, Daniae et Angliae paludum hospitem, in Horto plantarum Austriae indigenarum cl. *Hostii* curis commisso, Vindobonae anno 1824 primum cum congeneribus cultam vidi, atque in herbario servavi; deinde ejusdem speciei semina ab externis hortis exposcere curavi, unde in H. Regio cultam habui, et repetitis observationibus subjicere potui. Idcirco a *M. Lamarckii* semper diversam comperi et sequentibus characteribus indigitandam statui.

M. crispa; spicis subcapitatis, calycibus pedunculisque glabris, foliis cordato-orbiculatis glabris undulato-crispis dentatis dentibus cuspidatis, bracteis inferioribus laciniatis.

Ad eam sequentia synonyma pertinent.

M. crispa Linn. Willd. sp. 3. pag. 77. Pers. Syn. 2. pag. 119. Spreng. Syst. 2. pag. 723. M. crispa danica aut germanica speciosa Parkinsonii Raj. *tom. 1. pag. 531.* Moris. *hist. 3. pag. 267. Sect. II. tab. 6. fig. 5. M. crispa* Bivin. *mon. tab. 50. M. crispa var.* B. Lamarck *Dict. Encycl. tom. 4. pag. 106.*

6. M. urticaefolia; floribus verticillato-spicatis, verticillis infimis e capitulis breviter pedunculatis conflatis, foliis late ovato-ellipticis conduplicatis (2-3-poll. long. 18 lin. lat.) petiolisque hirsutis, grosse serratis biserratisve, dentibus divergentibus, floribus exiguis, staminibus corolla brevioribus, bracteis cuspidatis, inciso-dentatis, caule hirto erecto 4-pedali. Planta laete virens, aestivatione erubescens. *Ten. Fl. nap. prod. app. V. pag. 19. Fl. nap. tav. 157. fig. 2.*

— — B; spicis glomeratis, bracteis dilatatis. *M. origanoides* Ten. *loc. cit.*

In Lucaniae paludibus (Rosano). B. *ne' canali de' molini di Potenza* (Rosano). Perenn.

* 7. M. aquatica.

— — B. *Hirsuta.*

In aquosis palustribus et ad rivulos frequens.

* 8. M. pyramidalis; floribus verticillatis capitato-spicatis, bracteis lineari-lanceolatis verticillo subaequalibus, pedunculis calycibusque hirsutis foliis ovato-ellipticis subsessilibus argute irregulariter serratis supra pilosis subtus dense villoso-canescentibus, staminibus corolla brevioribus. *Ten. Fl. nap. prod. pag. 33. Fl. nap. II. pag. 32. tav. 55.*

— — B. *Canescens;* foliis utrinque floccoso-incanis. *M. pyramidalis. B. sicula* Guss. Prodr. Fl. sic. 2. pag. 90.

In rivulis: *Pascone, Bagnuoli.* B. *Potenza.* (Rosano). Peren.

9. M. suavis; villoso-canescens, foliis petiolatis ovato-ellipticis acutis argute irregulariter serratis basi subcordatis integris superne villosis, bracteis superioribus anguste lanceolato-linearibus verticillo longioribus, staminibus inclusis, spicis linearibus, verticillis inferioribus distantibus. *Gussone Pl. rar. pag. 387. tab. 56.*

Ad rivulos aquarum thermo-mineralium Aprutii: *Caramanico a S. Croce* (Gussone, de Angelis). Peren.

Obs. Bracteis verticillis longioribus, spicis gracilioribus magis elongatis a praecedente dignoscitur.

10. M. austriaca.

In Aprutio: *Pesco Costanzo, Revisondoli* (Guss.)

* 11. M. Pulegium.

— — B. *M. tomentella* Link.

In pascuis humidis et ad agrorum margines obvia. B. in Apulia: *Barletta, Bari.*

* 1. Lamium garganicum *Linn.* et *Ten.* Fl. nap. II. pag. 17. (excl. synon. Till. quod ad sequentem spectat). *L. garganicum subincanum flore purpurascente, labio superiore crenulato,* Tilli Hort. Pisan. t. 34. f. 2.

In monte *Gargano.*

Obs. Caulis ascendens foliisque utrinque molliter tomentoso-incanis, verticilli 6-flores, calycis dentes triangulares non elongati, corollae magnae purpureae.

2. L. longiflorum; foliis cordatis profunde dentato-crenatis scabriusculis glabris pubescentibusque laete virentibus, verticillis 6-10-floris, dentibus calycinis lanceolatis acuminatis, corollae tubo recto duplo longiore, fauce dente utrinque gemino. *Ten. Fl. nap. prod. 34.* Guss. *pl. rar. pag. 233.* an excl. var. b. c. et d. quae ad *L. Columnae* pertinere videntur? *L. montanum saxatile ferme glabrum, flore amplo purpureo.* Tilli *Hort. Pisan. t. 34. fig. 1.* Ten. *Fl. nap. tav. 152.*

In apricis montosis et in vallibus Samnii: *M. di Mezzo, M. Capraro* (Guss.) *Matese;* Campaniae: *Frasso* (Lostritto); Aprutii: *M. Costone, M. Intermesole* (Guss.) *M. Corno, Majella, Velino;* Dauniae: *Gargano;* Lucaniae: *Sirino presso Lagonegro.* Perenne.

Obs. Planta laete virens pubescens vel glabra, folia profunde dentata non obscure virentia molliter tomentosa et sublobata (ut in *L. garganico*). Dentes calycis in utraque specie similes comperi, nec illi *L. garganici* tantum triangulares sicut in icone Tillii repraesentantur.

3. L. Columnae; foliis cordato-oblongis et cordato-ovatis duplicato-serratis summis incisis disco albo-maculatis, verticillis 8-12-floris, galea porrecta labio punctato utrinque dente duplici altero obliterato instructo, galea emarginato-dentata. Ten. *Index seminum H. R. Neap. ann. 1827.* (in notis) *pag. 16. Fl. nap. tav. 153. fig. 1.*

— — A. *Glabratum;* major caule subbipedali foliisque floralibus glabriusculis cordato-oblongis, aristis calycinis longioribus. *L. rugosum* Ten. Fl. nap. II. pag. 19. An *L. rugosum* B. Guss. *Fl. sic. prod. pag. 94? Lamium montanum flore ex albo purpurascente, foliis albis maculis nonnihil aspersis.* Tilli *Hort. Pis. pag. 93. L. aequicolorum* Column. *Ecphr. 1. 192. fig. dextera* mala.

— — B. *Pubescens;* caule humiliore, foliis latioribus aristis calycinis abbreviatis.

Planta villosiuscula, folia floralia ovato cordata acuminata, caules rubri decumbentes calyces nigro-maculati, flores purpurei vel albi, maculae foliorum aestivatione persistunt.

In saxosis apricis. A. Aprutii: *Velino, Majella, li Renari, M. Corno.* B. Samnii: *Matese* (Tilli loc. cit.) et Ten. in Lucania (Rosano). Perenne.

Obs. Foliis omnibus basi cordatis, superioribus profunde incisis et maculatis nec non floris structura a *L. laevigato* et a *L. rugoso* differt. Var. A. *L. longifloro* simillima est, et saepe cum illa confusa esse videtur; ab ea tamen differt habitu graciliore, foliis maculatis, floribus duplo minoribus dentibusque calycinis longius aristatis. Haec varietas botanicis exteris *L. longiflori* nomine communicata, quia *L. rugoso* magis affinis cum ipso a diversis commutata esse videtur, quum cl. *Sprengelius* nostram plantam ejusdem synonymon facere arbitratus sit.

* 4. L. laevigatum.

— — A. *Glabratum;* foliis levibus glabriusculis. *L. laevigatum* Reich. *Icon. bot. Cent. 3. pag. 14. tab. 216. fig. 363. L. rubrum* Blackw. *tab. 182. fig. 2.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — B. *Pubescens;* foliis rugosulis utrinque pubescentibus. *L. rugosum* Ten. *Fl. nap. II. 19.* non Willd. *L. subrotundo rugoso folio, flore rubro* Bocc. Muss. 2. pag. 35. t. 23?

— — C. *Minor*; planta pubescens, flore majore, caeteris partibus minoribus. *L. purpureum foetidum folio acuminato flore majore* Pluk. *Phyt. t. 198. f. 1.*

In apricis montosis A et C. Aprutii B. Gargani, Lucaniae: *Potenza.*

Obs. L. rugosum verum, quod ipse in arvis Italiae superioris (*Pardenone*) legi et in Horto plantarum austriacarum Vindobonae cultum vidi, descriptioni et Icone *Reic.* (Iconogr. bot. tom. 3. pag. 14. tab. 217. fig. 364) ex asse respondet; ideirco a *L. Columnae* et a *L. laevigato* abunde diversum existimandum. Ejusdem *L. rugosi* affinitates, sicut ipse cl. Reich. monuit, in *L. maculato* et in *L. albo* requirendae sunt, quod non in supradictis speciebus. *L. rugosum* habet folia floralia immaculata, oblonga non cordata cum acumine, calycibusque glabriusculis viridibus gaudet. *Bocconi* synonymon *Mus. 2. p. 35. t. 23.* quod cl. Willdenowius eodem tempore ad *L. laevigatum* et ad *L. rugosum* refert ad quamnam harum specierum potiori jure trahi debeat statuere non ausim.

* 5. L. maculatum *L. Plinii montanum Campoclarensium.* Col. *Ecphr. I. p. 190. t. 185.*

In Aprutii et Samnii montibus. In Aequicolorum regione et in Valle Campoclarensi (Columna), *Majella, Matese, Gargano al Monte sacro.*

Obs. Folia cordato-oblonga biserrata acumine longe producto destituta, vitta alba media maculata; verticilli densi, calycum dentes setacei elongati patentes hispido-ciliati corollae tubum subaequantes.

* 6. L. hirsutum. *L. hirsutum folio oblongo, flore purpureo. D. Pontederae.* Tilli *Hort. Pis. tab 35. fig. 1.*

In apricis montosis Aprutii: *M. Corno* (Guss.) *Li Renani presso la Casella di Vado alle radici meridionali di M. Corno.*

Obs. Planta glabriuscula, caulis strictus basi repens leviter hirtus, pilis retroflexis, folia cordato-ovata bidentata atrovirentia immaculata, verticilli depauperati 3-5-flores, calyces parvi dentibus breviter lanceolatis, corollae magnitudo illa *L. maculati*, purpurea vel pallide carnea.

* 7. L. purpureum.

In agris commune.

8. L. bifidum *Cyrill.* Ten. *Fl. nap. tav. 153. fig. 2.*

Ad sepes humidiusculas: *Ponti rossi, Camaldoli, Fusaro, Agnano;* et in cultis Principatus citerioris; *Sessa ec.*

* 9. L. flexuosum; adpresse pubescens, caule subflexuoso deorsum piloso, foliis cordato-ovatis grosse inaequaliterque dentato-serratis bidentatisque subpilosis sparse albo-maculatis superioribus acuminatis, verticillis 7-18-floris, corollae tubo calycis dentes aristatos subaequante, labio inferiore demum plicato punctis atropurpureis picto, antheris glabris. *Ten. Fl. nap. II. pag. 19. tav. 52.* Spreng. *Syst. veget. t. 4. p. 228.* Guss. *Fl. sic. prod. 2. p. 95.*

In sylvis et collibus, ad muros juxta agrorum margines et ad sepes. Perennis.

10. L. amplexicaule.

— — B. *Flore albo.*

— — C. *Calyciflorum;* floribus minutissimis tubulosis calyces non superantibus, foliis superioribus profunde sectis.

In arvis frequens. B. rara. C. *Gargano, Tre santi.*

1. Galeobdolon luteum.

— — B. *Calabrum;* calycibus subinermibus.

In Aprutii montibus. B. in Calabriae nemoribus: *Bosco di Montalto, Sila all' Ervuso, Basilicò.* (Guss.)

1. Galeopsis Tetrahit.

— — B; foliis angustioribus.

In apricis sylvaticis. B. in Aprutio.

2. G. pubescens.

In sylvaticis montosis Samnii et Aprutii.

Obs. Verticilli remoti et dentes calycis corollae tubo triplo brevioribus hanc speciem a praecedente potissimum disjungunt.

3. G. Ladanum.

Inter segetes et in arvis montosis: *Aoezzano, Chiarino, Capracotta, Monte di Mezzo, Pizzo di Sivo.*

4. G. angustifolia.

In campis Aprutii, Samnii: *Matese;* Lucaniae: *Fiumara di Pattano sotto Castellonuovo, sponde dell' Alento,* et alibi.

Obs. Dentes calycis abbreviati hanc speciem a praecedente sic dignoscere faciunt sicut *G. pubescentem* a *G. Tetrahit*; ita ut si *G. angustifoliam* ad *G. Ladanum* trahere volueris, pari jure *G. pubescentem* ad *G. Tetrahit* referre debueris.

1. Glechoma hederacea.

— — B. *Pubescens.*

— — C. *Grandiflora.*

Var. B. in montibus Aprutii. C. in sylvis circa Neapolim.

Obs. Var. B. intermediam constituit plantam inter *G. hirsutam* W. et Kit et *G. hederaceam* veram.

1. Betonica Alopecurus.

In Aprutii editioribus herbidis: *Morrone, Majella a Grotta Caprara.*

2. B. hirsuta.

In Apricis Lucaniae: *Potenza;* Japygiae: *Lecce, Ginosa.*

3. B. officinalis.

In sylvaticis Lucaniae *Auletta, Sessa, Omignano alle falde del Monte della Stella;* Aprutii: *Mattone di Pettorano* (Gravina).

4. B. stricta.

In alpinis sylvaticis Aprutii: *M. Corno nelle selve di S. Nicola, Majella.*

1. Stachys maritima.

In litoribus Adriatici: *Pescara.*

2. S. pubescens; caule decumbente glabriusculo, foliis ovato-lanceolatis 5-nerviis pubescentibus dentatis acutis, basi attenuatis, verticillis sexfloris subspicatis calycibus velutino-incanis dentibus triangulari-setaceis divergentibus incrmibus. *Ten. Synopsis in Cat. H. R. Neap. 1819. edit. alt. pag. 50. Fl. nap. prod. pag. 34.*

In arvis siccis Lucaniae. Perennis.

Obs. A praecedente differt planta firmiore leviter pubescente nec villoso-hirta, caule ascendente vel omnino erecto, foliis radicalibus minime basi cordatis, calycibus basi gibbis discoloribus albido-tomentosis dentibus exquisite setaceis divergentibus, nec tantum triangularibus convergentibus. Utraque planta in Horto Regio culta suos characteres servavit. A *S. arvense*, cum qua cl. *Sprengel Syst. Veg. t 2. pag. 734.* associace placuit, haec nostra differt in primis duratione et corollis concoloribus.

3. S. annua.

In arvis Lucaniae, Samnii, Aprutii etc.

4. S. hirta. *S. divaricata* Viviani *ad Fl. Corsicae Prod. append. 3.* (fide speciminis).

In herbidis maritimis, Calabriae: *Piano della corona presso Bagnara* (Guss.) Lucaniae, Japygiae, Dauniae: *Tavoliere.*

5. S. arvensis.

In herbidis et in campis ad sepes: *Bagnuoli, Agnano, Pozzuoli, Sessa.*

6. S. purpurea. Poiret.

In collibus siccis: *Posillipo* (rara).

Obs. Calycibus densa lana involutis, seu villosissimis, corollisque duplo majoribus a praecedente dignoscitur.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

7. S. arenaria.

In arvis siccis Calabriae, et *Sessa alla fiumara de' Staffoli* in Princip. citeriore (Giordano).

Obs. Hirsutie majore et galea magis incisa a *S. iberica* tantum differt. An varietas?

* 8. S. sylvatica.

In sylvis communis.

* 9. S. palustris.

Ad rivulorum ripas: *Regi Lagni, Sele.*

* 10. S. germanica.

In pascuis montanis Aprutii: *Velino, Majella, Pietracamela, M. Corno.*

Obs. S. germanica (vera) habet dentes calycis obtusos non spinoso-acutos ut in sequente.

2. H. heterophylla ; pedicellis calycis longitudine, petalorum laminis obovatis , caule ramoso diffuso , siliquisque breviter pubescentibus , foliis ovato-lanceolatis dentatis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 39.* DC. *Syst. Veg. 1. pag. 452.* et *Prodr. 1. pag.* 189. Ten. *Fl. nap. tav. 163.*
In nemoribus Aprutii : *Valle di S. Spirito nella Majella.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

3. H. laciniata.

— — B. *Columnae*; foliis radicalibus runcinato-lyratis, petalorum unguibus calycem per duas lineas excedentibus, caule undique aequaliter setoso-glanduloso superne hispido. *Leucojum corniculatum saxatile obsoleto flore.* Column. *Ecphr. tab. 262.*

In saxosis Aprutii: *Lago de' pagliari presso Monte de' Castelli, M. de' Fiori* (Orsini), *Scanno, Pettorano, Morrone.*

Obs. Flores in eodem racemo passim purpurei et flavescentes conspiciuntur.

4. H. villosa DC. In Apulia.

5. H. Orsiniana; caule diffuso vel ascendente, foliis ovali-oblongis dentatis longe petiolatis, pube bipartita adpressa, pedicellis calycibus demum longioribus, siliqua tetragona latiuscula venoso-pubescente, stylo linearis longitudinis. *Ten. Relaz. del Viag. di Abr. pag. 78. Cheiranthus* an sp. nova? Orsini *Pl. exsicc. ex M. Corno. Malcolmia chia* Reich. (in literis ex *Orsinio*).

Habitat in *Monte Corno* ad 8m. ped. alt. (*al Corno piccolo*), in extremo alpino vegetationis confinio, cum *Saxifraga glabella* Bert; nec alibi. Annua.

Radix annua fusiformis, caules plures debiles basi ascendentes in fructificatione diffusi, pilis simplicibus vel bipartitis sparsi. Folia laete viridia membranacea, radicalia et caulina longe petiolata (dempto petiolo 6-10 lin. long. 3-4. lata) margine obiter dentato, utraque superficie concoloria, pube bipartita adpressa rara pilosiuscula. Flores in racemos per dimidiam caulis partem sparsi (5-12 in singulis racemis). Calyx hirtus, foliolis conniventibus sesquilineam longis, corolla duplo brevior. Corolla cruciformis, petala obovata obtusa carnea. Siliqua tetragona sesquipollicem longa lineam lata, stigmata duo erecta conniventia in fructu coalita. Stylum plerumque lineam longum. Pedunculi teretes simplices tres lineas longi. Semina elliptica uniserialia.

Obs. Siliquae et stigmatis structura a *Malcolmia* recedit, idcirco cum *M. chia*, cui caeterum simillima, non confundenda. Ab ea quoque differt foliis omnibus dentatis, siliquis duplo crassioribus, et habitu omnino diverso.

1. Arabis collina; foliis pube stellata scabris subcanescentibus, radicalibus petiolatis obovatis obtuse dentatis, caulinis sessilibus oblongis obtusis dentatis basi cordato-amplexicaulibus, pedicellis calyce longioribus, stigmate apiculato, siliquis compressis strictis adpressis pedicello octies longioribus, seminibus marginatis (petalis albis). *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 39.* DC. *Syst. Veg. 2. pag. 241.* et *Prodr. 1. pag. 148.* Ten. *Fl. nap. tav. 164. fig. 1.* A. *Arabis appenina.* Tausch. *Diagnoses plantar. novar.* in Sylloge Ratisb. t. 2. p. 204. ex *Flora, oder botanische Zeitung. 1827.*

— — B. *Virescens*; flore roseo. *Ten. loc. cit.* et *Fl. nap. tav. 164. fig. 1.* B. *A. rosea* DC. *loco cit.* et Deless. *Ic. select. t. 2. tab. 23.* an *A. longisiliqua* et *A. purpurascens Presl.*?

In collibus circa Neapolim (rara) abunde in montosis Vesevi vallibus, in montibus Stabiarum; Campaniae: *Frasso*; Japygiae: *Martina*; in Principatus citerioris montibus cavensibus, Amalphaeis; In monte *Vulture* quoque legit cl. *Fox. Strangways.* B. iisdem in locis occurrit, et in *M. della Stella, Sessa* etc. Perennis.

Obs. Semina in A ut in B. marginata, nec in A immarginata; qua nota sublata, in unam eademque speciem utramque varietatem conjungere necesse est.

2. A. alpina.

— — B. *Pumila.* An *A. canescens.* Moretti e Brocchi *Osservazioni sugli Appenn. in Bibl. Ital. t. 29.*

Velino, Majella, M. Corno.

3. A. albida.

Roccarusa, Rocca di mezzo, Velino, M. Corno.

4. A. auriculata *Lam.*

— — B. Caule ramoso, ramis divaricatis.

Velino, M. di Pizzoli.

5. A. sagittata *DC.*

In apricis montosis.

6. A. hirsuta Scop. et DC. *Turritis hirsuta var.* Linn.

Ad muros sylvarum: *Valle di S. Rocco; Camaldoli.*

7. A. muralis.

In montosis Samnii: *Trivento, Matese.*

8. A. thaliana.

Ubique communis.

9. A. nivalis. *Guss. A. procurrens.* Ten. Prodr. non Kit. Ten. Fl. nap. tav. 164. fig. 2.

Bacucco (Orsini) *Monte Corno, Costone, Intermesole* (Guss.) *Matese, Majella alti Trocchi.*

Obs. A. serpyllifoliae nimis affinis; an varietas?

10. A. verna *DC. Hesperis verna* Linn.

In submontosis siccis: *Capri, Gargano.*

11. A. Turrita *Linn.*

— — B. *pendula. Arabis pendula* Desf. et Ten. Fl. nap. prodr. pag. 39

In sepibus montosis demissis: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

12. A. bellidifolia Jacq.

In lapidosis Calabriae: *Pollino.*

13. A stellulata *Bert.*

M. Corno.

1. Turritis glabra.

In nemoribus obvia.

1. Moricandia arvensis DC. *Brassica arvensis* Linn.

In collibus argillosis Calabriae: *Reggio.*

Obs. Floribus purpurascentibus ac siliqua tetragona ab affinibus discrepat.

1. Diplotaxis erucoides DC. *Sinapis erucoides* Linn. *Eruca sylvestris flore albo italica.* Barr. *Icon 132.*

In Lucaniae pinguibus et cultis. Annua.

Obs. Folia infima petiolata, lyrato-runcinata runcinata vel pinnatifida, lobo terminali lanceolato acuto vix aliis majoribus, omnes approximati triangulares remote dentati, siliquae patentes pollicem longae semilineam latae, stylus 2-lineas longus, stigma bilobum, semina biserialia, pedunculi in fructu 4-6. lin. longi; planta fere omnino glabra, caule tantum pilis brevibus rigidis horizontalibus scabriusculo.

Perperam certe cl. *Decandolle* in hac planta uti in diversis aliis congeneribus siliquas sessiles requisivit, sunt enim semper pedicellatae sicut in icone *Barr.* repraesentantur.

2. D. hispidula; foliis lyrato-pinnati-partitis, lobis remotis ovalibus terminalique majori obtusis, argute dentato-serratis cauleque hispido, pedicellis calyce deciduo multo longioribus, siliquis patentibus, stylo subensiformi, stigmate 2-lobo. *Ten. Brassica hispida* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 39. Eruca hispida.* DC. *Reg. Veg. 2. p. 638.* et *Prodr. 2.* pag. 223. *Sinapis erucoides.* Montagne; *plant. exsicc. ex agro Teloniensi*, non Linn.

Petala alba fusco-venosa, caulis pilis rigidis patentibus usque ad flores hispidus.

In agris Lucaniae et Japygiae: *Martina, Lecce.* Annua.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Ob calycem minime conniventem sed semipatentem, et siliquas omnino praecedentis, sub *Diplotaxi* haec species quoque militare debet. Cl. Decandollius, qui speciem perbelle illustravit, de genere recte judicare non potuit, quia specimina fructu carentia tantum sub oculis habuit. Magis quidem infauste cl. Sprengelius sub *Eruca sativa* eam inseruit, a qua, genericis notis posthabitis, differt tamen pedicellis calycibus non brevioribus sed multo longioribus, statura minori, caule hispidiore, foliorumque lobis magis regulariter dentatis.

Siliquae in nostra planta cum illis *Diplotaxis erucoidis* adprime conveniunt, minime vero folia, quae in nostra non sunt lyrato-runcinata lobis triangularibus acutis, concretis obiter dentatis, sed lyrato-pinnatopartitis lobis ovalibus obtusis remotis regulariter et argute dentatis. Quod cl. Decandollius de patria hujusce speciei tradidit, quum ex speciminibus satis certis Galliae quoque eam indigenam esse suspicatus fuerit, specimina a cl. Montagne ad me benevole missa, comprobaverunt.

3. D. apula; foliis glabris, lyrato-runcinatis lobo terminali maximo obovato, caeteris subtriangularibus discretis acutis bidentatis, caule scabro, siliquis longe pedicellatis patentibus glabris, stylo subensiformi compresso stigmate bilobo. *Ten. Sinapis apula* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 39. Sinapis apula* DC. *Reg. Veget. 2. pag. 623.*

In arvis Lucaniae et Apuliae. Annua.

Caulis elatus 1-2 pedalis erectus vel ascendens, plerumque simplex pilis brevissimis sparsis inferne scaber, caeterum ut tota planta glaber, folia inferiora oblonga in longum petiolum producta parum profunde incisa unde potius sinuato-dentata quam lyrata dici possint, flores in racemum laxum semipedalem et ultra dispositi, pedicelli calycibus duplo longiores, in fructu magis elongati: calyx semipatens foliolis deciduis, petala carnea ungue purpurascentia minime fusco-venosa, siliquae 1-2 pollices longae lineam fere latae, stylus et stigma ut in *Diplotaxi erucoidi*, semina plerumque biserialia quandoque abortu uniserialia.

Obs. Ab affinibus *Brassica elongata* Kit., *Diplotaxi erucoide*, et *D. hispidula* differt, videlicet a prima siliquis latioribus seminibus biserialibus, floribus minime luteis, calycibus haud conniventibus, nec non foliorum lobo terminali obovato-obtuso; ab altera siliquis plerumque duplo longioribus, foliisque minime subpinnatifidis laciniis triangularibus a tertia longitudine siliquarum, glabritie et incisione foliorum.

4. D. tenuifolia. DC. *Sisymbrium tenuifolium* Linn.

In arvis communis.

5. D. vimínea DC. *Sisymbrium* Linn. *Tavoliere; Ginosa; Potenza* (vulgo Marascione) *Principato Citra; Matese:*

6. D. muralis DC. *Sisymbrium* Linn.

In Samnio et Apruti.

Obs. In hac et in praecedente siliquas pedicellatas semper, sessiles nunquam observare potui.

* 1. Brassica campestris.

In collibus argillosis Calabriae: Reggio.

2. B. incana; foliis inferioribus petiolatis lyratis, lobo terminali maximo lobato-repando, caulinis sinuato-erosis auriculatis supra glabriusculis, siliquis glabris torulosis rostro decies et ultra longioribus; planta bienni, pube molli canescente. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 39.* DC. *Syst. Veg. 2. pag. 596.* excl. synon et locis natalibus ad Siciliam pertinentibus. *Ten. Fl. nap. tav. 165. B. incana* Spr. *Syst. Veg. 2. pag. 910.*

In rupibus maritimis prope Neapolim: *Camaldoli, Capo di Coruoglio ai Bagnuoli, Posillipo, Capo di Miseno*, et in Lucania: *Acropoli.* Biennis.

Obs. A *B. villosa Biv.* differt praecipue siliquis flexuosis 3-pollicaribus torulosis, nec sesquipollicaribus rectis levibus, durazione biennali non suffruticosa, partium proportione et habitu.

* 3. B. Gravinae; pubescenti hispida, caule basi suffruticoso nudiusculo, foliis inferioribus oblongis lyrato-runcinatis lobulis subdiscretis plerumque obtusis subintegerrimis terminali dentato obtusis vel acutis, calyce subpatulo, siliquis glabris teretibus, stylo filiformi stigmateque capitato terminatis. *Ten. Fl. nap. prodr. p. 39.* et *Fl. nap. II. p. 88. tav. 62. Leucojum terrestre majus frigidarum regionum.* Column. *Ecphr. 1. tab. 262?* DC. *Reg. Veg. 2. pag. 597.* et *Prodr. 1. pag. 215.* Spreng. *Syst. Veg. 2. pag. 910.*

Ad rupes montium Samnii: *Matese*, Aprutii: *Sulmona, Morrone, Difesa di Pettorano* (Gravina), *M. Costone, M. Corno, Chiarino al Canale delle capezze* (Guss.), *Monti di Civitella* (Orsini), *M. de' Fiori.* Perennis.

Caudex radiciformis suffrutescens, caules annui erecti vel ascendentes teretes fere aphylli, pedicelli calycis longitudine, in fructu parum elongati, calyx flavescens, petala flava.

4. B. Cheiranthos Willd. et DC. excl. syn. *Leucojum terrestre majus frigidarum regionum.* Col. *Ecphr.* I. pag. 260. tab. 262.

In monte *Pollino.*

Obs. Caule ramoso folioso minime basi suffruticoso, foliisque pinnatisectis laciniis utrinque dentatis, siliquis rostro conico elongato, a *B. Gravinae* differt.

5. B. fruticulosa. *Cyrill.* pl. rar. 2. pag. 7. tab. 1. *Sinapis radicata.* Desf. *Fl. Atl.* 2. pag. 98. tab. 167.

In collibus aridis et ad sepes maritimas communis. In Apulia (vulgo *Cime amarelle*).

* 6. B. Eruca. In arvis frequens.

* 7. B. Rapa. In arvis passim.

* 8. B. Erucastrum. Inter segetes.

† 9. B. Tournefortii Gouan.

In arvis arenosis Calabriae orientalis: *Cotrone, Caporizzuto*; Lucaniae: *Torre a mare*; Guss. pl. rar. pag. 279.

† 10. Quid *B. hybrida* Ten. in Spreng. Syst. Veget. 2. p. 910? Nullam enim plantam hoc nomine inscriptam adumbravi vel botanicis communicavi.

1. Sinapis nigra. Ad agrorum margines.

2. S. geniculata.

In campis aridis Calabriae: *Reggio* (Guss.).

3. S. virgata Presl.

Ad rupes maritimas: *Castello di Scilla, Bagnara* (Guss.).

4. S. pubescens.

In arvis Dauniae: *Gargano al piano del Campo Santo di S. Angiolo*; Peucetiae: *Bari*; Japygiae: *Lecce.*

5. S. arvensis.

In arvis argillosis Lucaniae.

6. S. alba.

Ad agrorum margines: *Baja, Stufe di Nerone, Ariano, Martina, Lecce, Ginosa* etc. (vulgo *cime dolci*).

7. S. hispida.

Gargano Canneto di Civitate presso S. Paolo, Bari, Lecce, Ginosa.

8. S. dissecta *Lagasca* et *DC.*

In Calabria.

Classis Monadelphia
Triandria
Polygamae
Ruscineae vel asparageae.

1. Ruscus aculeatus.

In sylvis umbrosis: *Camaldoli.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

2. R. Hypoglossum.
Ad agrorum margines: *Salita di Macedonia alle spalle di S. Efrem Vecchio* (vulgo *sparagio del tuono*).
3. R. Hypophyllum.
In nemoribus Aprutii: *Roccamorice, Caramanico* (De Angelis) (vulgo *Bislingua*).

Pentandria

Geraniaceae.

1. Erodium petraeum *Willd.*
In montibus Aprutii: *Distretto di Solmona* (Gravina).
2. E. anthemidifolium *Bieberst.*
In Aprutii montibus.
* 3. E. alpinum.
In pascuis editioribus Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini) *Colle Bringione, M. di Pizzoli.*
4. E. affine; caule prostrato, foliisque hispidis sinuato-pinnatifidis, lobis acutis bidentatis dentibus cuspidatis, pedunculis multifloris calycibus breviter aristatis, petalis calyce duplo longioribus, carpellarum caudis longissimis glabriusculis. *Ten.* Ad ind. Sem. H. R. Neap. 1830. in notis pag. 13. *Erodium gruinum.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 39. E. laciniatum.* Guss. *pl. rar. pag. 283.* (fide speciminis et locorum natalium).
An *E. laciniatum* Sebast. et Mauri *Fl. Rom. prodr.? E. decipiens* Delile *pl. exsicc. ex agro Monspeliensi.*
— — B. Minus; caule 1-2-pollicari, foliis minus incisis, pedunculis subbifloris; an *Geranium Altheaefolio inciso rigidulo minus seu alnifolio.* Bon. tav. 164?
In arenosis Adriatici et Jonii: *Cotrone, Policoro, Martina, Taranto. Var.* B. *Ascoli* in Piceno (Orsini), Pescara. In paludibus quae vulgo audiunt *Pontine* quoque legi: *Porto di Badino al Canal Pio.* Annuum.

Obs. Ab *E. lacinato* differt hirsutie majore, foliis non bipinnatis, laciniis linearibus, habitu rigidiori aliisque notis.

* 5. E. Ciconium.
In pascuis aridis demissis: *Tavoliere, Abruzzi.*
* 6. E. cicutarium.
— — A. *Praecox.* Cav. *Diss. 4. tab. 126. fig. 2.*
— — B. *Pimpinellifolium.* Cavan. *Dissert. 4. tab. 126. fig. 1.*
— — C. *Pilosum.* Thuill.
In arvis apricis siccis. A ubique. B. *Fusaro.* C. *Strada da M. Nuovo ad Arco Felice.*
* 7. E. moschatum.
In pascuis humentibus. *Pascone, Fusaro, Bagnuoli,* et alibi.
8. E. Botrys.
In arenosis maritimis. *Bagnuoli, Monte Nuovo.*
9. E. chium.
In collibus siccis Japygiae: *Lecce, Martina;* Calabriae: *Reggio.*
10. E. obliquifolium; caule herbacco erectiusculo petiolisque retrorsum hispidis, foliis radicalibus, caulinisque inferioribus sinuato-bidentatis, omnibus scabris dentibus obtusiusculis, pedunculis multifloris, calycibus longe aristatis, petalis calycis longitudine, caudis carpellarum barbatis. *Ten.* Adn. ad Ind. sem. H. R. Neap. 1830. *E. malapoides* Guss. *pl. exsicc. Sicil.* (Scopello) fide speciminis, non *Linn.*
Caulis hirsutissimus pilis deorsum spectantibus, folia basi inaequalia cordato-ovata, pube adpressa scabriuscula, superiora quoque leviter ac inaequaliter incisa, nunquam triloba nec dissecta, pedunculi folia subaequantes 3-6-flores, calycis aristae sepalorum longitudine, semina hirta.
In apricis siccis Aprutii: *Roccamorice, Chieti.* Annuum.

Obs. E. malacoidi et *E. chio* affine; a primo tamen differt hirsutie majori, foliis inaequalibus nunquam trilobis, dentibus acutioribus irregularibus, aristis calycinis longissimis; ab altero vero hirsutie majori, foliis obliquis non tripartitis nec inciso-dentatis, petalis calycem aequantibus.

* 11. E. Gussoni; caule diffuso ramisque molliter retrorsum pilosis, foliis cordatis obtusis integris lobatisque dentato-crenatis incano-pubescentibus, stipulis bracteisque scariosis ovatis pedunculis multifloris elongatis, corollis calyce aristato duplo longioribus. *Ten. Fl. nap. II. pag. 97. tav. 63.* DC. *Prodr. Syst. nat. 1. pag. 648.* Link. *en. alt. H. R. Berol. 2. p. 185.* Spreng. *Syst. veg. 3. pag. 33.* Curt. *bot. magaz. tav. 2445.* Guss. *Pl. rar. pag. 281. Geranium supinum, rotundo batrachyoides crasso tomentoso folio, radice rufescente longius radicata.* Bocc. *Mus. pag. 160. t. 128. fig. 2.*
In depressis collibus Hirpinorum: *Monti di Avellino* (Guss.); Japygiae: *Martina, Lecce, Otranto* (Marinosci, Guss.); Calabriae: *al Capo delle Alici fra Cirò e Cariati* (Guss.). Perenne.
* 12. E. malacoides.
In ruderatis prope Neapolim: *al Molino presso li ruderi del palazzo della Regina Giovanna;* et in *Gargano.*

Obs. Nostra planta petalis calyce duplo longioribus nec cum aequantibus gaudet.

† 13. E. gruinum. In arvis Apuliae (Marinosci).
† 14. E. romanum; Apud nos undique. Petagn. Instit. bot. t. 4. pag. 1280.

Decandria.

Geraniaceae.

* 1. Geranium sanguineum.
— — B. *Villosissimum.*
In sylvaticis regni regionis mediae et septentrionalis.
* 2 G. cinereum Cav. *G. varium.* L'Herit. et Ten. Fl. nap. II. pag. 100. *Cerealto* (Guss.); *Campitello a Vallè corta in Abruzzo* (Gravina); *Matese; Pollino.*
* 3. G. macrorrhizon.
In pascuis editioribus Aprutii: *M. de' sette Frati, Distr. di Solmona* (Gravina).
4. G. tuberosum. In Aprutii montibus: *Ibidem* (Gravina).
5. G. nodosum.
In Aprutii pascuis editioribus: *Pizzo di Sivo, M. di Capo di Acqua, Pizzo della Cavata* (Orsini), *Chiarino* (Gussone), *M. Corno, M. de' Fiori.*
* 6. G. striatum.
— — B. lobis minus dentatis obtusiusculis ad sinus fusco-maculatis.
In nemoribus Hirpinorum: *M. Vergine, Incoronata;* Lucaniae: *Monte della Stella;* Dauniae: *Roseto presso Biccari* (Baselice); Aprutii: *Majella.* B. in Calabria prope Vibonam (Mummoli).
* 7. G. reflexum.
In herbidis Aprutii: *Campli, Colle Bringione, Majella;* Samnii: *Matese.*
8. G. sylvaticum.
— — B. *Batrachyoides* Cav.
In sylvis Aprutii: *Pizzo di Sivo.* B. in Calabria: *Pollino.*
9. G. phoeum.
— — B. foliis minus incisis, dentibus obtusiusculis.
In Aprutii montosis: *Distretto di Solmona.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

10. G. pyrenaicum *Linn.* et *Cavan. Diss. 4. t. 99. fig. 2.*
In Aprutii nemoribus: *M. Corno, M. de' Fiori.*

11. G. umbrosum *Kit.* et *Ten. Relaz. del viag. di Abruz. pag. 79.*
Pollino, Matese, Majella, Velino.

Obs. A praecedente differt caule flaccidiore subnudo, floribus duplo majoribus, petalis calycibus subaristatis duplo longioribus, carpellis aristisque subglabris.

12. G. nemorosum; pedunculis bifloris, foliis reniformibus palmato-septem-partitis, lobis cuneiformibus trifidis laciniis tridentatis, caule erecto ramoso, petalis reticulato-venosis integerrimis, carpellis levibus aristisque pilis glanduloso-moniliformibus hispidis. *Ten.* Fl. nap. prodr. supp. 1. pag. 62. et Fl. nap. tav. 167.
Avellino; Campobasso, Matese; Sila. Perenne.

Obs. A *G. pyrenaico* differt foliis profunde sectis, floribus duplo majoribus, petalis integerrimis.

13. G. villosum; pedunculis bifloris, foliis orbiculato-cordatis 5-7-lobato-incisis lobis trifidis obtusis, caulesque erecto molliter villoso-hirtis, corollis calyce duplo longioribus, petalis emarginatis, carpellis aristatis glabris, aristis pilis simplicibus pubescentibus, seminibus reticulato-venosis. *Ten.* Fl. nap. prodr. l. c. *DC.* Prodr. 2. pag. 644. Fl. nap. tav. 166.
— — B. *Villosissimum;* floribus duplo majoribus, carpellarum caudis brevissimis.
In herbidis Calabriae: *Sila, Nicastro presso il fondaco del fico* (Thomas) *Pollino.* B. *Monteleone.* Perenne.

* 14. G. molle.
— — B. *Parvulum;* villosissimum, erectum, foliis minus profunde sectis: an species propria?
In arvis et ruderatis commune. B. in Calabria: *Monteleone.*

Obs. Carpellae rugosae pubescentes, aristae calyce duplo longiores, petala bifida calycem aequantia.

* 15. G. pusillum.
— — A. *G. malvaefolium.* Lam.
— — B. *Humile.* Cav.
In herbidis passim utraque varietas occurrit.

Obs. Carpellae glabrae et leves, aristae calycibus triplo longiores, petala 2-fida calice longiora.

* 16. G. rotundifolium.
Ad sepes et in arvis ubique.

* 17. G. columbinum.
In pascuis frequens.

* 18. G. dissectum.
Cum praecedente.

* 19. G. lucidum.
Ad muros umbrosos: *Ponti rossi, Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

* 20. G. robertianum.
— — B. *Alpinum:* an *G. purpureum* Villars?
In saxosis apricis frequens. B. in Aprutio.

† 21. G. fuscum. In nostris montibus. Petagn. Inst. bot. t. 4. pag. 1283.

Polyandria.
Malvaceae.

1. Malope malacoides.
— — B. *sinuata.*
In arvis, Samnii: *Triventa;* Dauniae: *Tavoliere;* Lucaniae: *Persano, Pesto;* Peucetiae: *Bari;* Japygiae: *Lecce.* B. in Calabria: *a Capo Rizzuto* (Guss.).

* 1. Malva Alcea.
— — B. *Alceoides;* foliis superioribus palmato-5-fidis, lobis dentatis. *M. alceoides.* Ten. *Fl. nap. prodr. supp. 1. pag. 62.* (1815) DC. *Prodr. 1. pag. 432.* (excl. syn. *Poll. Fl. Ver.*). Fl. nap. II. pag. 109. tav. 64.
In sylvis et arvis siccis prope Neapolim: *Camaldoli, Astroni, Pianura.*

Obs. Malva Morenii Poll. (Fl. Veron. 2. pag. 437. tab. 3. fig. 6.) quam cl. *Decandolle* cum varietate B. junxit, distinctam constituere speciem mihi visa est, ob folia minus incisa subtus incana, et flores duplo minores petalis leviter emarginatis.

2. M. fastigiata.
— — B. Foliis basi cordatis profunde 5-lobis lobis subaequalibus, planta pilis stellatis hirta, petalis magnis obcordatis crenulatis: an *M. lobata.* Cavan. *Diss. 2. pag. 76. tab. 18. fig. 4?*
In sylvis Lucaniae.

Obs. Nostra planta a descriptione et icone *Cavan. l. c.* discedit foliis profunde 3-lobis utrinque pilis stellatis, uti reliquae partes, villoso-hirtis, nec tomentosis: an species propria?

3. M. moschata.
— — B. *Laciniata;* foliis etiam inferioribus multifidis laciniis linearibus.
A. In montibus Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini). B. *ibidem, M. di rotella al Nord del piano di 5. miglia* (Gravina). *Monte Corno, Majella;* in Hirpinis: *Piano di Lacina a Cerealto, selve alle falde del monte Cumigliano* (Guss.).

* 4. M. altheoides.
— — B. *Hirsuta;* caule erecto, foliis infimis subrotundo-cordatis 7-lobatis, caeteris 5-partitis. *M. hirsuta.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 40. M. cretica.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 106.* et Guss. pl. *exsicc. ex. Fl. sicula;* non *M. hirsuta,* Viviani, *Fl. Corsic. sp. pag. 12.*
In campis Lucaniae: *Acropoli;* Dauniae: *Tavoliere, Gargano;* Peucetiae: *Bari,* et prope Neapolim: *Fusaro.*

Obs. Cl. *Viviani* (loc. cit.) plantam a nostra abunde diversam, et forsan *M. vulgaris* varietatem descripsit.

* 5. M. sylvestris.
Ad sepes Calabriae: *Rotonda, Cosenza, Pollino.*

6. M. vulgaris; caule diffuso prostrato glabriusculo, foliis leviter septem-lobatis, rotundatis obtusis crenatis calycis exterioris foliolis ovatis vel ovato-oblongis obtusis. Ten. *Fl. nap. prodr. suppl. I. pag. 62.* Synops. edit. alt. pag. 55.
Ubique in ruderatis et in cultis. Annua.

Obs. A praecedente differt caule numquam erecto sed diffuso uti tota planta glabriusculo, foliis leviter lobatis crenatis, non fere palmato-septem partitis acutis dentatis, foliolis calycis exterioris minime utrinque acutis, floribus numerosis in quavis axilla dilute purpureis venis saturatioribus, nec undique intense purpureis subunicoloribus. In utraque arilli hirsuti nec glabriusculi, pilis quandoque deciduis. A *M. mauritiana,* cui magis affinis est, haec nostra differt in primis petalis profunde obcordato-scrobiculatis, nec tantum emarginatis.

* 7. M. nicensis. Ten. Ad Fl. neap. Prodr. app. V. pag. 20. *M. arvensis.* Presl.
Ubique in arvis humidiusculis: *Baja, Pozzuoli, Bagnuoli.*

Obs. Capsulae rugoso-pubescentes, corollae calycibus duplo longiores, foliis cordato-orbiculata acute lobata, flores aggregati brevissime petiolati.

* 8. M. rotundifolia *Linn.* et *Fl. Dan. t. 721.* Cavan. Diss. 2 tab. 26. f. 3.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In ruderatis montosis; Samnii: *Monte di Mezzo*, *Capracotta* (Guss.); Aprutii: *Majella*, *Velino*.

* 9. M. parviflora.

In pascuis maritimis: *Bagnuoli*, *Capri*.

Obs. Calycis externi foliolis lineari-setaceis a *M. nicensi* distinguitur.

† 10. M. salvitellensis, caule erecto herbaceo, foliis 5-lobatis, pedunculis petiolo longioribus utrisque pilosis. *Briganti*. Stirp. rar. regni neap. pempt. 1. pag. 1. tab. 1.

In sylvis montosis Principatus Citerioris: *Selvitella* (Briganti).

1. Althaea officinalis.

In palustribus: *Fusaro*, *Licola* etc.

2. A. cannabina.

Principati; *Abruzzi*; *Capitanata*; *Lecce*.

3. A. hirsuta.

Ad sepes Campaniae; *Fondi*; Samnii: *Trivento*; Aprutii: *Cervaro*; Daunjae: *Tresanti*; Lucaniae: *Potenza*.

1. Lavatera trimestris.

In maritimis Calabriae; *Stignano*, *S. Lucia*, *Staiti*, *Torre della Trinità*.

2. L. hispida.

Ad sepes Calabriae: *Cariati*, *Corigliano*, *Cirò*.

* 3. L. thuringiaca.

In arvis Hirpinorum, Lucaniae, Japygiae.

* 4. L. punctata.

Ad sepes et in agris Campaniae, Lucaniae, Hirpinorum, Apuliae.

5. L. ambigua; caule herbaceo hispido scabro, foliis tomentosis, inferioribus 5-lobo-angulatis superioribus 3-lobis, lobis lanceolatis acutis dentatis medio duplo longiore, pedunculis solitariis folio brevioribus, capsulis denudatis. *DC. Prodr. pag. 440.* Guss. *pl. rar. pag. 286.* Spreng. S. V. 3. p. 94. (excl. syn. *L. trimestris*) *L. sylvestris*. Cyrilli (inedita) et Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 40.* (non *Brotero*) *Fl. nap. tav. 168. Althaea sylvestris*. Briganti *pempt.* 1. pag. 9. tab. 4.

Ad sepes Samnii, Aprutii, Lucaniae, Calabriae: *Selvitella* (Briganti). *Piano delle Grottaglie*, *Corona sopra Bagnara*, *Monteforte*, *Lavandra*, *Piano di Gallinella prima di Rodi nel Gargano*. Biennis.

* 6. L. arborea.

Ad rupes maritimas: *Fusaro*, *Lecce*, *Castro*.

* 7. L. neapolitana; caule herbaceo scabro erecto, foliis subrotundis 7-nerviis obtusissimis 7-lobatis crenatis, pedunculis axillaribus aggregatis, lobis calycis interioris exteriorem superantibus acuminatis, petalis obcordatis. *Ten.* Fl. *nap. II. pag. 113. tav. 65.* DC. *Prodr. 1. pag. 439.* Guss. *pl. rar. pag. 288.*

In arvis maritimis: *Fusaro*; in Calabria: *S. Leonardo*, *Cirò*, *Cotrone*, *S. Ilario*; Japygiae: *Taranto*. (Guss.).

Obs. A sequente differt foliis cordato-orbiculatis 7-lobis non semiorbiculato-reniformibus 5-lobis, calycibus interioribus duplo longioribus, floribus duplo majoribus saturate purpureis; planta lete virens. Icon *Cavanil. diss. 2. pag. 89. tab. 32. fig. 1.* quae sub *L. cretica* citatur ad nostram plantam pertinere potius videtur.

* 8. L. cretica.

In pascuis et arvis arenosis Apuliae: *Barletta*, atque Calabriae.

1. Hibiscus pentacarpos *Linn.* et *DC.* Prodr. 1. pag. 447. *Pavonia veneta*. Spreng. *S. V. 3. pag. 98.* et Ten. *Fl. neap. prodr. append. V. pag. 20.*

In paludibus acheruntinis: *Fusaro*.

2. H. Trionum.

In torrentium alveis exsiccatis Aprutii ulterioris: *a Coppito*, prope *Pizzoli* (*Cecchetti*).

1. Sida Abutilon *Linn.*

Inter segetes Campaniae: *Caserta*, *Piedimonte* et in Calabria.

Classis Diadelphia.

Hexandria.

Fumariaceae.

* 1. Corydalis bulbosa *Pers. Willd.* et Spr. *C. tuberosa*. DC.

In pascuis montosis: *Gargano*; *Majella*, *M. de' Fiori*; *Matese*; *M. della Stella alla pietra nzitata* (Giordano).

* 2. C. fabacea *Pers. Willd. Spreng.* et *DC. Pollino*.

* 3. C. Halleri *Willd.* et Spr. *C. bulbosa* DC. *C. digitata* Pers.

In pascuis montosis Calabriae: *M. Pecoraro sopra la Mongiana* (Thomas) et in Aprutio (Gravina).

Obs. In nostra planta foliorum laciniae multo angustiores quam in speciminibus helveticis observantur, idcirco ad *C. angustifoliam* potius eam amandaverim, nisi bracteis tantum incisis, minime inciso-serratis gauderet. An haec *C. angustifolia* *C. Halleri* varietas?

4 C. capnoides.

— — B. floribus luteis. *C. lutea*. Pers. *Fumaria lutea*. Linn. et Ten. Fl. nap. II. pag. 116.

In Aprutio: *Majella*.

* 1. Fumaria officinalis.

In arvis et cultis ubique.

* 2. F. media.

In cultis apricis: *Pozzuoli*, *Fusaro*.

Obs. Cariopsides non retusae ut in praecedente

* 3. F. Vaillantii.

In Lucania et in Aprutio: *Colli*.

* F. parviflora.

Ginosa. (Rosano); *Teramo*. (Orsini), *Velino*.

† 5. F. spicata.

Salerno. (Morcaldi).

Octandria.

Polygaleae.

* 1. Polygala major.

— — B. Caule, foliisque pubescentibus: an *P. pubescens*. Rhode et *P. vulgaris* .*B*. DC?

— — C. Caule foliisque pubescentibus, flore albo.

In montibus Aprutii: *Velino*, *M. Corno*. B. *Aspromonte* (Guss.). C. *Majella*.

Obs. Folia ima parvula obovata, capsula obcordata orbiculata cuneato-stipitata, sepala corolla fimbriata breviora, capsula duplo longiora ejusdem latitudinem subaequantia vel duplo latiora. In nostris speciminibus, et praesertim in varr. B. et C. corolla sepalis multo longior adest.

* 2. P. flavescens. *P. Rogeri*. Oertzen; pl. exsicc, ex agro Tiburtino.

In montibus Typhatibus: *Formicola*.

Obs. Sepala corolla et capsula longiora, capsula obcordato-ovata subsessili sepalorum latitudinem aequans vel superans.

3. P. comosa. *Schk.* et Reich. *Ic. t. 1. pag. 27. tab. 22. fig. 54-56.*

— — B. foliis angustissimis.

In collibus herbidis passim: *Colle di S. Giovanni presso Eboli* (Giordano) *M. di Castellammare*. Var. B. in Calabria: *Lobianco*. (Guss.).

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Sepala elliptica capsula obcordata subsessili longiora, eique aequilata, bracteae flores virgineos superantes, folia inferiora sparsa obovata. In nostra planta flores duplo majores extant, quam in icone cl. *Reich.* exhibentur.

* 4. P. vulgaris.

In montibus Aprutii.

Obs. Floribus majoribus, sepalis demum capsulis multo latioribus, corollis sepalis longioribus caducis a praecedente dignoscitur.

* 5. P. amara *Linn?*

— — B. *Decipiens.* DC.

In pascuis editioribus Aprutii: *Velino, M. Corno, Majella.*

Obs. Caules caespitosi procumbentes 1-2-pollicares, folia radicalia et inferiora obovata obtusissima, superiora oblonga, capsulae obcordatae vel suborbiculatae, laeviter emarginatae: An species propria?

6. P. alpestris, *Reich. cent. 1. pag. 25. tab. 23. fig. 45.*

In pascuis montium Calabriae: *Aspromonte* (Guss.), *Pollino.*

Obs. Sepala lateralia cuneato-elliptica corolla longiora, capsulam cuneato-obcordatam latiorem non subacquantia, sed eadem sensim longiora.

7. P. oxyptera.

— — B. *Pratensis;* elata, caulibus subramosis multifloris. *Reich. Cent. 1. pag. 25. tab. 23. fig. 47.-49. Polygala vulgaris.* Schk. *P. montana. Opitz.* Mayer p. exsicc. ex monte Sumano.

In montibus Aprutii.

8. P. thuringiaca *Spreng.*

— — A. *Glabra. P. buxifolia.* Reich. *l. c. pag. 26. tab. 24. fig. 5.* et Ten. *Fl. nap. prodr. App. V. pag. 20.* excl. loco nat. *P. Moriana. Brittinger;* Mayer pl. exsicc. ex agro Austriaco.

In monte Gargano.

Obs. Foliis inferioribus spathulato-subcoriaceis, alisque calycis obovatis corolla brevioribus a praecedente discedit.

* 9. P. monspeliaca.

In collibus siccis Lucaniae; Japygiae (in littoribus: *Martina, Ginosa*); Calabriae, et in insula Caprearum.

* 10. P. Chamaebuxus. In montibus Campaniae: *M. Casino.*

Decandria

Leguminosa.

1. Spartium junceum. *Linn.* et *DC.*

Ad sepes et in collibus maritimis commune.

* 1. Cytisus albus DC. *Spartium album.* Desf. *S. multiflorum.* Willd. et Ten. *Fl. nap. II. pag. 131.*

In nemoribus Hirpinorum: *Montevergine.*

* 2. C. Laburnum *Linn.*

Ad sepes Campaniae: *Frasso* (Lostritto), *Fondi;* Lucaniae: *Eboli.*

* 3. C. sessilifolius *Linn.*

In nemoribus montium Stabiarum: *S. Angiolo;* Thyphatum: *Caserta;* Picentinorum: *M. finestra;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Majella.*

* 4. C. triflorus L'*Herit.* et *Desf.* non *Lam.*

In sylvis et vallibus prope Neapolim: *Valle di S. Rocco, Ponti rossi, Camaldoli.*

5. C. arboreus DC. *Spartium arboreum.* Desf.

In *Monte Gargano: S. Angiolo.*

6. C. scoparius DC. *Spartium scoparium.* Linn. et Ten. *Fl. nap. II. pag. 31.*

7. C. spinosus DC. *Spartium spinosum.* Linn.

In Gargano: *Canale di Macchia pastinella.*

Obs. Planta exsiccatione nigrescente, leguminibusque glaberrimis a sequenti statim dignoscitur.

8. C. lanigerus DC. *Spartium lanigerum.* DC. *S. villosum.* Poiret et Ten. *Fl. nap. prodr. prg. 41.* et *Fl. particolare di Nap. tom. 1. pag.* 562.

Pozzuoli, Puglia, Lucania, M. della Stella a Celso, Galdo, Calabria.

9. C. infestus; ramis striatis spinosis, foliis ternatis, foliolis obovatis subtus sericeis, leguminibus compressis calycibusque sericeis pilis adpressis. DC. *Spartium infestum.* Presl. *Delic. Prag. pag. 33.* Guss. *pl. rar.* pag. 290.

A sepes Calabriae citerioris: *Donnici, le Piane* (Ten.). et in sepibus ac fruticetis maritimis: *da Reggio a Cassano.* (Guss.).

Obs. Planta exsiccatione minime nigrescit.

10. C spinescens. *Sieber* et *Spreng. Syst. Veg. 3. p. 225.*

In Gargano: *Matinata.* (Della Torre).

Obs. Pulcherrima arbuscula, foliis ramisque junioribus argenteo-sericeis; foliola obovato-elliptica vel obovato-oblonga petiolata, pedunculi uniflori, legumina utrinque adpresso-sericea 15-lin. longa, 3-4-lin. lata.

11. C. ramosissimus; ramis spinescentibus sericeo-incanis, foliis ternatis foliolis obovato-oblongis supra viridibus pubescentibus subtus sericeo-incanis, pedunculis 1-2-floris lateralibus abbreviatis, calycibus adpresse sericeis tubulosis apice bilabiatis, leguminibus compressis glabris suturis hirtis. *Ten. C. supinus* Ten. *Fl. nap. II. pag 148.* non Lin.

In lapidosis montium Aprutii: *Salviano;* Apuliae: *Gargano; falde di Montevergine verso Monteforte.*

Frutex ramosissimus humilis pedalem altitudinem raro attingens; rami virgati patentes demum spinescentes; folia longe petiolata foliola parva plus minusve glabriuscula; flores omnino illis *C. falcati* similes plerumque solitarii raro gemini; calyx apice bilabiatus labiis obtusis integerrimis vel superius tantum leviter emarginatum; corollae flavae vexillo fuscescente rubore suffuso; legumina oblonga 1½ pollic. long. 3-4. lin. lata, illis *C. spinescentis* omnino similia, sed minime undique pilis adpressis sericeo-incanis, at omnino glaberrima juniora etiam suturis tantum pilis sparsis hirta; semina nitida subleniculariа luteo-fusca.

Obs. Ab affinibus *C. spinescenti* et *C. biflori var. subspinescente* differt in primis leguminibus glabris, non adpresse pubescentibus. Ab eodem *C. bifloro* differt quoque habitu, statura et canescentia.

12. C. biflorus.

— — B. *Subspinescens.*

In montibus Campaniae: *Sperlonga;* Hirpinorum: *Montevergine*, Calabriae: *Sila.*

Obs. Rami subincani diffusi apice spinescentes, legumina adpresse villosa breviora et latiora quam in praecedente plerumque resupinata: planta exsiccatione nigrescens. E synonymis ad hanc speciem a cl. DC. allatis (*Prodr. 2. pag. 155.*). deleatur *C. supinus Jacq. Fl. Austr. 1. t. 20.* quod ab ipso laudatissimo auctore iterum ad *C. supinum* cui revera spectat amandatur.

* 13. C. falcatus. *Wald.* et *Kit.* et DC. *C. hirsutus.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 147.*

In sylvaticis montosis: *M. di S. Angiolo a Castellammare, M. Vergine.*

Obs. Calyx profunde bilabiatus labiis acutis superiore longiore, flores plerumque terni, calyces et legumina patente-villoso-hirta, minime adpresse sicut apud auctores dicuntur. A *C. hirsuto* differt ramis non decumbentibus sed erectis, undique lateraliter floriferis, floribus numerosis confertis cernuis, nec pedunculis aggregatis subterminalibus.

14. C. hirsutus *Linn.* et *Jacq.* Obs. 4. tab. 96. *C. triflorus.* Lam. non l'Herit. *C. hirsutus* DC. *excl. syn. Clus. hist. p. 95. n. 4.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

quod ad aliam speciem, et forsan ad *C. nigricantem* spectare videtur. *C. capitatus.* Thomas pl. exsicc. ex Calabria.

In nemoribus Calabriae (Thomas).

Obs. Uti recte monet cl. *DC.* haec planta *Cytisum triflorum* omnino refert, sed in hoc calyces in floribus et in leguminibus campanulati observantur, dum in *C. hirsuto*, etsi calyces in leguminibus ob distractionem campanulati videantur, in floribus tamen sunt tubulosi bilabiati.

* 15. C. argenteus.

Giulia nova, Campobasso.

† 16. C. nigricans in nostris regni sylvis. *Petag. Inst. bot. t. 4. pag. 1384.*

* 1. Genista candicans.

In collibus circa Neapolim: *Lago di Agnano, Camaldoli.*

* 2. G. dalmatica Bartling. *Spartium dalmaticum.* Spr. *Syst. Veg. Cur. poster. 4. pag. 266. G. hirsuta.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 130.*

In monte Gargano: *S. Angiolo.*

Obs. Spinae passim trifidae vel ramosae, caeteris notis *G. hirsutam* omnino refert: an varietas?

* 3. G. anglica.

In Calabria: *Aspromonte.*

* 4. G. scariosa. *Viv.* et DC. Prodr. *G. genuensis.* Pers. et Ten. Fl. nap. II. pag. 127.

In Samnio: *Campobasso, Trivento* (Scarano).

* 5. G. anxantica; glaberrima; caulibus diffusis, ramis angulatis, foliis ovato-ellipticis subcoriaceis venosis (atrovirentibus), floribus racemosis, corolla calyce triplo longiore. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 41. Fl. nap. II. pag. 127. tav. 66. *DC.* prodr. R. Veg. 2. pag. 160.

In Anxanti valle in Hirpinorum regione, hodie *Principato ulteriore.*

Obs. Ampsanctus, Amsanctus, Ansanctus et *Anxanctus* auctores varii scripserunt. Lectoris igitur indulgentiam haud frustra rogare licet, si in diversis *Florae Neapolitanae* locis, hujus plantae nomen specificum duplici modo scribere arbitratus sim (Confer *Santoli; De Mephiti* et *vallibus Anxanti.* Neap. *1783 in 4. pag.* 8.).

A praecedente, cui a cl. Sprengelio immerito associatur, differt corollis calyce 3-plo non 2-plo longioribus, leguminibus 8-10 non 4-7-spermis, foliis atrovirentibus late ovatis obtusis, non laete viridibus lanceolatis acuminato-cuspidatis margine scariosis.

* 6. G. tinctoria.

— — A. *Hirsuta;* foliis lanceolatis hirsutis.

— — B. *Pubescens;* foliis glabriusculis. *G. pubescens.* Lang. *pl. exsicc. ex agro ruthenico.*

Ad sepes umbrosas; *Marano*, prope Neapolim; Hirpinorum, Samnii, Lucaniae, Aprutii. B. *M. Corno.*

* 7. G. ovata.

Gargano, Matese, M. Corno a Pietra Camela.

Obs. Folia ovata hirsutiora et legumina hirsuta hanc speciem a praecedente distinguunt.

8. G. sagittalis.

— — B. *Spiralis.*

In sterilibus apricis montosis: *Monti di Roseto, Pizzo di Sivo* (Orsini), *Potenza*, (Rosano) B. in Calabria: *Aspromonte, Croce di S. Leo presso Ferraina* (Guss.).

9. G. humilis; suffruticosa; caulibus diffuso-prostratis, ramis angulatis striatis villosis, foliis ovali-oblongis acutis utrinque pilosis, floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis, calycibus subcylindricis pilosis dentibus setaceis, corollis glabris, vexillo (luteo-croceo) carinam aequante. *Ten. G. depressa.* Ten. *Viag. in Basilic. e Calabr. pag. 126. Ad Fl. neap. prodr. app. V. pag. 23.* non Bieb. *Fl. taur.* nec DC. *Prodr. G. diffusa* Ten. *Fl. nap. II. pag. 129.*

In pratis montosis Lucaniae: *Piano di Ruggia* (*Rubbia* vel *Cupia* in tabulis geographicis scriptum est); *presso Rotonda.*

Obs. A *G. prostrata* differt foliis utrinque pilosis, calycibus hirtis dentibus setaceis.

10. G. procumbens *Waldst.*

In Gargano: *al Monte Sacro.*

Obs. Folia potius ovalia vel oblonga, quam lanceolata, ad internodia terna vel quina, in ramulis solitaria, legumen villosum.

* 11. G. pilosa.

In asperis apricis montium Aprutii: *Majella.*

† 12. G. hispanica. In nostro regno. *Petag. Instit. bot. t. 4. p. 1336.*

† 13. G. lusitanica. In nostro regno. *Petagn. loc. cit. p. 1337.*

† Ulex europaeus. In nostris paludibus. *Petag. Instit. bot. t. 4. pag. 1340.*

1. Adenocarpus intermedius DC. *Cytisus divaricatus.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 147.*

Aspromonte, Scilla, Monteleone, Piano della Corona, Piana di Scrisi sopra Scilla. (Thomas e Gussone).

* 1. Ononis viscosa.

In argillosis: *Capri, Ischia, Gargano, Pesclici*, et alibi.

2. O. polymorpha; subviscoso-pubescens, foliis inferioribus ternatis superioribus simplicibus, foliolis elliptico-oblongis a medio ad apicem serrulatis, pedunculis unifloris muticis aristatisque folia demum excedentibus, calycibus nervosis corollae aequilongis, leguminibus pendulis 4-5-spermis, stylo reflexo persistenti mucronatis calyce sublongioribus. *Guss. pl. rar. pag. 291. tab. 48.*

In collibus aridis et in alveis exsiccatis torrentium Calabriae: *Catanzaro;* Japygiae: *Manduria, Lecce, Taranto.*

Obs. Ab *O. pubescenti*, cui nimis affinis est, differt tantum leguminibus polyspermis, foliolis calycinis angustioribus, et praecipue foliorum dentibus qui, non acutissimi elongati et fere setacei, sed abbreviati conspiciuntur. In speciminibus *O. pubescentis* Monspelii lectis, et a cl. *Delile* mecum communicatis pedunculos minime brevissimos, sed petiolum excedentes calycinaque foliola acuta nec obtusa comperi.

* 3. O. ornithopodioides.

In arvis aridis: *Capri, Basilicata, Eboli.*

4. O. cenisia.

In pascuis Aprutii, prope *Macchia di Pezza, tra il Velino e Rocca di Mezzo.*

Obs. Legumina elliptica 3-4-sperma calyce longiora, flores albi vexillo purpureo-roseo.

5. O. reclinata *Linn.* (vera).

In Calabriae arenosis: *sponde del fiume di Bagni vicino S. Biase* (Thomas).

Obs. A sequenti differt leguminibus villosis calycibus sesquilongis, foliolis subrotundis.

* 6. O. Cherleri. *Linn. Smith*, et *Ten.* Fl. nap. II. in emend. et addend. pag. 395. *O. reclinata* DC. *Fl. Franc.* et Loisl. *journ. de botan. pag. 361. ex citat. Syn. Cupani t. 17. et Bauh. hist. 2. pag. 398. O. mollis.* Savi.

— — B. caule diffuso, corollis calyce brevioribus. *O. mollis.* Sebastiani. *pl. exsicc. ex agro rom.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. Ob flores perperam sessiles a *Linnaeo* dictos, qui revera pedunculati sunt, *cl. Savius* suam plantam ab *O. Cherleri* diversam credidit. *Barrelieri* Icon 354. *Anonis purpurea non spinosa minor*, quae ab ipso *Linnaeo* sub *O. reclinata* citatur et mala dicitur, ad hanc potius pertinere videtur.

In nostra planta caulem semper erectam et corollas calycem aequantes vidi, sed in specimine exsiccato a *cl. Sebastiani* accepto, caulis diffusus et corollae calyce breviores conspiciuntur.

* 7. O. spinosa.

— — B. *Montana*; grandiflora, glabriuscula.

In arvis demissis: *Pascone.* B. in pascuis montanis: *Piano di Faito a S. Angiolo di Castellammare*, *Pettorano* et alibi.

8. O. mitissima.

In Calabria: *Ogliastro.*

9. O. diffusa; caulibus diffusis pubescentibus, foliis trifoliatis foliolis oblongo-cuneatis stipulisque lanceolatis serratis glabriusculis, floribus subsessilibus racemoso-spicatis, calycibus scariosis corolla brevioribus legumini aequalibus. *Ten.* Fl. *nap. prodr. pag. 41*, DC. *Prodr. tom. 2. pag. 163.*

In aridis incultis prope Puteolos: *sulla strada prima del monte delle brecce*, *Miseno*; In Calabria: *Piano della corona sopra Bagnara*, *e prima di Scrisi.* (Guss.).

10. O. Dehnhardtii; caulibus erectis, foliisque trifoliolatis foliolis orbiculato-retusis, summis obovato-cuneatis stipulisque ovatis argute biserrulatis villoso-viscosis, floribus sessilibus capitato-spicatis, calycibus scariosis corolla brevioribus, leguminibus longioribus. *Ten. Adnot. ad Ind. Sem. H. R. Neap.* (*1825.*) *in notis.*

Inter arenas ad maris litora: *Fusaro*, *Ischia*; *Gargano*, *Viesti* Ann.

Obs. A praecedente differt planta undique villoso-viscosa viridi-flavescente non tantum pubescente et lete virenti, caule erecto, foliis biserratis dentibus setaceis elongatis, non triangularibus brevissimis, calycibus post anthesin conniventibus leguminibus longioribus, non patulis legumina aequantibus, seminibus pictis non concoloribus.

11. O. alopecuroides.

Inter segetes et in arvis Lucaniae et Calabriae.

* 12. O. monophylla. *O. alba.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 135.*

In arvis siccis Calabriae et Lucaniae.

* 13. O. oligophylla; caule ascendente vel diffuso pubescente, foliis unifoliolatis, foliolo orbiculato vel obovato, stipulisque argute denticulatis, floribus pedicellatis racemosis calycibus villosis corolla (rosea) duplo brevioribus. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 69.* et *Fl. nap. II. pag. 136. tav. 67.*

In arvis argillosis Aprutii: *S. Valentino*, *Lavino*; Lucaniae: *Lauria*, *Castelluccio*; *Principati*; Calabriae: *Cosenza.* Annua et Biennis

Obs. Variat caulibus foliisque plus vel minus villosis vel fere glabris, omnino circinatis quandoque emarginatis vel obovatis. Differentiam ab *O. alba* constituunt flores longiuscule pedicellati, corollae roseae calycibus duplo longiores, caulis nunquam erectus, folia minime oblonga.

* 14. O. Columnae.

— — B. stipulis cuspidatis, floribus dense spicatis, minime viscosa. *O. subocculta.* Vill. *Dauph. 3. p. 429. O. apula.* Ten. *In Fl. neap. add. et emend. ad calc. app. semin. H. R. N. 1827.*

In arvis siccis Apuliae: *Gargano a Peschici*, et in Lucania.

* 15. O. variegata.

In arenosis maritimis: *Fusaro*, *Pesto*, *Gargano.*

† 16. O. Natrix.

Gargano (Baselice).

1. Anthyllis Hermanniae.

In collibus maritimis Calabriae: *Capo rizzuto*, *S. Leonardo di Cutro*; Japygiae: *Gallipoli.*

* 2. A. Barba-Jovis.

M. nuovo, *Fusaro*, *Miseno*, *Ischia*, *Capri*, *Salerno*, *Gargano piano di Gallinella prima di Rodi.*

* 3. A. montana.

In saxosis montium Hirpinorum: *Cerealto* (Guss.); Aprutii: *Velino*, *Majella*; Lucaniae: *Ruggia* usque ad *Pollino* nec alibi.

* 4. A. vulneraria.

— — A. *Floribus flavis.*

— — B. *Albiflora.*

— — C. *Rubriflora.*

— — D. *Hirsutissima.*

— — E. *Polyphylla.*

In pascuis et pratis montosis passim: A. *Monti di Abruzzo.* B. *Montevergine.* C. *Castellammare*, *Ischia*, *Salerno*, *Monti di Abruzzo.* D. *Gargano.* E. *Velino*, *Monte di Pizzoli.*

* 5. A. tetraphylla.

In collibus siccis: *Ischia*, *Capri*, *Pollica.*

1. Lupinus Thermis.

Colitur ubique, et passim in arvis sponte provenit.

Obs. Pedicellis bracteolatis, floribus albo vexillo apice coerulescenti a *L. albo* dignoscitur: an varietas?

* 2. L. hirsutus.

In arvis Lucaniae; Apuliae: *Bari*, *Lecce* et alibi.

* 3. L. pilosus.

In Lucania.

* 4. L. angustifolius. *L. linifolius.* Ten. Fl. nap. II. pag. 141.

In arvis arenosis, in collibus aridis et inter segetes: *Pozzuoli*, *Agnano*, *Valle di S. Rocco*, *Casalicchio.*

Obs. Uti recte monet cl. *Gussonius*, in eadem planta labium superius nunc bifidum, nunc bipartitum, inferius integrum vel 2-3-dentatum observatur; unde qua specifica nota *L. linifolium* Willd. ab hoc differat difficilime cui potest.

5. L. luteus.

Colline aride presso S. Giuseppe in Calabria.

† 6. L. varius.

In nostro regno inter segetes. *Petag. Inst.* bot. 2. pag. 1355.

1. Orobus hirsutus.

In nemoribus Calabriae: *La Sila* (Thomas).

* 2. O. vernus.

In nemoribus Samnii: *Matese*; Aprutii: *Monte de' Fiori*; Lucaniae: *Pollino.*

* 3. O. variegatus; caule simplici flexuoso alato, foliis 2-3-jugis, foliolis late-ovatis acuminatis, stipulis ovato-semisagittatis integerrimis acutis foliolis multo minoribus, pedunculis axillaribus multifloris folium aequantibus, laciniis calycinis setaceis longitudine tubi, leguminibus compressis enerviis punctatis, seminibus ellipticis levibus badiis. Ten. *Fl. nap. Prodr. suppl. 1. pag. 62.* et *Fl. nap. t. 2.* pag. 144. an O. *serotinus.* Presl. *Delic. Prag. pag. 41?* DC. *Prodr. 2. pag. 377.* Column. *phytob. p. 69. ic. 60.*

In sylvis circa Neapolim: *Ponti rossi*, *Valle di S. Rocco*, *Camaldoli*; *Monte S. Angiolo di Castellammare*, et in nemoribus Samnii, Aprutii, Apuliae et Calabriae. *Perennis.*

Obs. Radix tuberosa, folia plerumque bijuga rariter trijuga, racemi 10-20 flores et ultra. Planta fere omnino glabra nec pilosa. Calyces glaberrimi. O. *multiflorus* Sibth. huic affinis est, sed in eo folia sunt triju-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

γ. calyces pilosissimi, flores minores, et tota planta pilis brevibus mollibus albicantibus undique induta conspicitur. Ab *O. verno*, cum quo immerito a cl. Sprengelio associatur, differt foliis plerumque bijugis, foliolis ovatis stipulisque duplo latioribus, floribus duplo minoribus dense confertis, vexillo venis purpureis saturatioribus reticulato, laciniis calycinis angustis nec latis.

* 4. O. tuberosus.

— — B. *divaricatus* Lapeyr.

In sylvis Aprutii: *al canale delle Capezze* (Guss.). B. *Matese, Pollino.*

5. O. Iordani; radice tuberoso-fasciculata asphodeliformi; foliis 3-4-jugis, foliolis oblongo-lanceolatis cuspidatis, stipulis semisagittatis subulatis, pedunculis 4-6-floris, folio duplo longioribus; stylo geniculato, leguminibus glabris planis, seminibus subrotundis. Ten. *Ad Fl. Neap. Prodr. App. V. pag. 21. Fl. Nap. tav. 172.*

Habitat in pratis humentibus Lucaniae et Principatus citerioris: *Sessa nel Cilento alla via Soprana e ne' castagneti, al Vallone dirupato, Lauriano* etc. (Giordano).

Obs. Caules decumbentes semipedales; folia 3-4-juga; foliola 6-8 lineas long. 2 lin. lat. stipulae semisagittato-lineares; dentes calycis setacei, flores purpurei, legumen cylindraceo-falcatum fuscum 1/2 poll. long. 2-lin. lat. semina subrotunda levia badia, planta glabra exsiccatione nigrescens. Species intermedia inter *O. tuberosum* et *O. nigrum*; a primo differt planta omnibus partibus duplo minoribus exsiccatione minime laete virente, radice asphodeliformi nec tuberoso-fibrosa, atque habitu omnino diverso; ab altero differt in primis stipulis semisagittatis non lineari-lanceolatis, foliis oblongis, caule decumbente aliisque notis.

A cl. *Rosano* primum communicatus, radicis defectu in herbario cum *O. tuberoso* confusus mansit; cum vero solertissimus *Ferdinandus Jordanus* proxime superiori aestate, radicibus onustam eamdem plantam ad me attulisset, de vera ejusdem diagnosi certum me fecit; idcirco ab *O. tuberoso* eam sejungere, ipsique botanices cultori eximio inscribere operae pretium duxi.

* 6. O. niger.

In nemoribus Samnii: *Campobasso.*

7. O. albus.

— — B. *Asphodeloides;* radice fasciculata; 6-8. tuberibus pollicaris longitudinis; foliis bijugis. An species propria?

In Aprutii pratis argillosis: *distretto di Solmona.* (Gravina) et in Lucania.

8. O. angustifolius? *Gmelin Flor. sib. 4. pag. 14. tab. 5.*

In pascuis Aprutii: *Revisondoli presso il piano di 5. miglia.* (Gravina).

Obs. Invitus hanc stirpem ad *O. angustifolium* traho, quum nec imperfecta *Florae sibiricae* descriptio et rudior eiusdem icon, certum judicium de ea proferre mihi minime concesserint. Nostra planta habet radicem tuberoso-fibrosam, caulem erectum angulatum, pedalis altitudinis, folia bijuga, foliola inferiora oblongo-linearia (2. poll. long. 3. lin. lata), superiora linearia (2 1/2 poll. long. lin. lata) stipulas semisagittatas, acuminatas (1. lin. lat. 4. lin. long.); flores roseos, illis *O. verni* omnino similes, 6-8 in singulis racemis, pedunculos foliis duplo longiores. *O. vario* Soland. et DC. proximorem diceres, si in eo folia non constanter bijuga sed 3-4-juga invehire posses. Eamdem plantam a cl. *Mayer* tuli, in monte *Karst* prope Tergestum lectam, et *O. pyrenaici* nomine inscriptam, a quo certe toto coelo differt.

9. O. sessilifolius Sibt. *O. digitatus* Bieb. *Lathyrus sessilifolius.* Ten. *Flor. nap. Prodr. App. V. pag. 21.*

In nemoribus Lucaniae: *Potenza*, (Rosano) Calabriae: *Cosenza*, (Thomas). *Matese.*

10. O. saxatilis Vent. et DC. *Lathyrus ciliatus.* Guss, plant. exicc. ex Calabria.

In Calabria, *al Capo dell'Armi* (Guss.).

11. O. atropurpureus. Desf. O. *siculus.* Rafin. *carat. pag. 72.* O. *Rafinesquii* Presl. *del. Prag. pag. 41.*

In arvis argillosis Calabriae orientalis: *Cotrone Cassano* (Guss.).

1. Lathyrus sylvestris.

— — B. Foliis angustissimis et longissimis. L. *longifolius* Ten. *Ad Fl. Neap. Prodr. App. V. pag. 21.* L. *monspeliacus* Delile: *plantae exsiccatae ex agro Monspeliensi.*

Ad sepes Aprutii: B. in Lucania et Calabria.

2. L. intermedius Wallr. et DC. Prodr. 1. pag. 369.

In nemoribus Aprutii.

3. L. latifolius Lin. et DC. *L. grandiflorus* Lang. *plant. exsiccatae ex Buda;* et Sadler; *Flora Comit. Pestiens.* (1826) t. 2. pag. 186. non *L. grandiflorus* Smith nec Presl.

Ad sepes Lucaniae et Calabriae.

Obs. Planta a cl. *Lang.* ad me missa a nostro *L. latifolio* non differt, nisi foliis parum latioribus et obtusiusculis. In utraque stipulae mucronulatae, et margine aculeolato-ciliatae adsunt: caeteris autem notis, una ab altera nullomodo distingui potest.

4. L. pratensis.

In pratis montanis: *Monte S. Angiolo di Castellammare, Gargano, Abruzzo.*

5. L. Aphaca.

Inter segetes.

6. L. Nissolia.

Inter segetes: *Bosco di Persano, Sessa nel Cilento* (Giordano). *Sannio, Abruzzo.*

7. L. angulatus.

In pascuis siccis Lucaniae (rara).

Obs. Caulis strictus, pedunculi folio longiores longe aristati, legumina laevia, semina angulata. A *L. sphaerico* differt seminibus utrinque truncatis, floribus majoribus longe aristatis, foliis linearibus non ensiformibus.

8. L. sphaericus.

— — A. *axillaris;* caule decumbente ramoso, floribus purpureis brevissime pedunculatis, aristis flore brevioribus vel nullis, leguminibus longitudinaliter venosis, seminibus subrotundis. *L. axillaris* Lam.

— — B. *neapolitanus;* caule stricto simpliciusculo floribus, coccineis dimidio minoribus, aristis flore duplo longioribus, leguminibus nervosis, seminibus utrinque truncatis flavidis purpureo-punctatis. An *L. coccineus* Allioni? An sp. propria?

In arvis arenosis siccis: A. Apuliae Japygiae: B. *Fusaro, Licola, Mortelle, Ischia, Capri.*

Obs. In A. flores revera aequant magnitudinem florum L. *Nissoliae*, sicut apud auctores dicuntur et in icone DC. pl. rar. t. 32. repraesentantur; sed in B. sunt multo minores, coccinei nec purpurei, idcirco illis *L. angulati* potius similes. Quibus notis, nec non aristae longitudine, foliis angustissimis, et seminibus utrinque truncatis, haec varietas ad speciem propriam redigere haud inconsultum foret.

9. L. Cicera.

Colitur et sponte prevenit in Apulia, Aprutio, aliisque nostri regni locis. Vulgo *Cicerchia.*

10. L. dubius; caule rigido ascendente vel erecto subsimplici foliolis conjugatis, inferioribus lanceolatis, superioribus linearibus mucronatis trinerviis, petiolis stipulas semisagittatas, medio dente setaceo instructas subaequantibus, pedunculis muticis; leguminibus oblongis compressis dorso planis 2-3-spermis, seminibus sphaericis. Ten. *Adnotat. in Enum. Sem. H. R. Neap. pro anno 1825. pag. 1. et Ad. Flor. neap. Prodr. App. V. pag. 21.* an *L. minimus reptilis, flore phoeniceo;* Bonanni. t. 123.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In arenosis maritimis : *Fusaro*. Ann.

Obs. Flores purpurei magnitudine illorum *L. Nissoliae*; planta caeteris characteribus L. *sphaerico* magis, quam L. *Cicerae* affinis. Ab hoc in primis differt leguminibus dorso plano dimidio angustioribus, seminibus lentiformibus non trigonis; caule rigido suberecto semipedali nec ultra, foliis linearibus angustissimis. Cultura non immutatur.

11. L. setifolius. Inter segetes Apuliae, Aprutii : *Cappadocia*.

Obs. Legumen ovato-oblongum 10-12 lin. long. 3 1/2 4. lin. lat. glabrum rugosum 2-3-spermum, semina globosa badia purpureo-maculata.

12. L. sativus.
Colitur et passim sponte invenitur in Aprutio. Vulgo *Gheglie*.

13. L. annuus.
— — *Grandiflorus*.
Inter segetes frequens.

Obs. Varietas B. habet pedunculos unifloros, flores duplo majores quam in speciei typo, legumen 2. poll. long. 4. lin. lat. 5-7-spermum reticulatum, semina globosa 2 1/2. lin. diametri, nigro-badia variegata.

14. L. hirsutus.
Inter segetes : *Cappadocia*, *Ginosa*, *Nicastro*.

Obs. Praecedenti simillimo, a quo tamen caule tetragono non alato, leguminibus duplo minoribus differt.

15. L. hirtus.
Inter segetes Lucaniae et Calabriae : *Piana della corona sopra Bagnara*.

16. L. grandiflorus *Sims. etc. DC. an Smith.? L. brutius* Ten. *Semin. H. R. N. 1825. in notis* pag. 12. *Pisum biflorum*, Rafinesque ; *car. di piante* p. 71. (1810). *L. odorus* Thomas. *plant. exsicc. ex Calabria*.

17. L. bithynicus Lam. DC. *Vicia bithynica*. Lin.
— — B. foliis linearibus.
In arvis maritimis : *Fusaro*, *Mortelle*, *Capri*. B. in Lucania.

18. L. alatus ; caule tetragono alato, foliolis 6-8 lanceolato-oblongis mucronatis alternis, petiolis alatis, stipulis lanceolatis subsagittatis inaequalibus, pedunculis 2-5 floris, folio longioribus, dentibus calycinis inaequalibus tubo brevioribus, leguminibus compressis planis polyspermis, seminibus subgloboso-angulatis. Ten. *Fl. nap. Prodr.* (*1811.*) *pag. 42.* non Sibth. et Smith. an *L. auriculatus*. Bertol. *Rar. ital. pl. dec. 2. p. 38. et Amoen. bot. p. 80?* an *L. purpureus*. Desf. *Ann. du Mus. d'hist. nat. tom. 12; pag. 56. tab. 7?*
Inter segetes et ad sepes : *Agnano*, *Fusaro*, *Pozzuoli* etc. Ann.

Obs. Legumen 2-poll. long, 4-5-lin latum planum dense reticulatum glabrum ; semina ovalia utrinque truncata nigro-badio-variegata.

19. L. Clymenum.
In arvis argillosis Lucaniae, Apuliae, Calabriae.

Obs. Flores superiores plerumque abortiunt, unde pedunculi pars exserta aristae faciem sumit.

20. L. articulatus.
In ulteriori Calabria : *Monteleone*.

Obs. Pedunculi folio longiores plerumque uniflori, legumina articulata.

21. L. tenuifolius Desf. et DC. an *L. palustris*. Lang. plant. exsicc. ex agro ruthenico?

Obs. Folia revera linearia angustissima vix lineam lata, legumina non articulata.

22. L. Ochrus DC. Pisum Ochrus Lin. Ochrus pallida, Pers.
In aggeribus obvius.

† 23. L. odoratus Lin. Guss. pl. rar. pag. 295.
In sepibus et in dumetis humentibus Calabriae orientalis : *Bianco nuovo*, *Capo rizzuto*, *Capo colonna*. (Guss.).

† 29. L. purpureus Presl. Guss. pl. rar. pag. 297.
Inter segetes Calabriae orientalis (Guss.).

1. Pisum arvense.
Inter segetes et in arvis passim. Colitur in Aprutio, ubi ejusdem semina vulgo *Priveglie* appellantur.

1. Vicia dumetorum. In sylvis passim. *Castellammare*, *Montevergine Incoronata*.

2. V. cassubic. In pascuis montosis Aprutii : *Chiarino*. (Guss.). *Rocca di Cerro*, *Macchia di Pezza prima di Rocca di Mezzo*.

3. V. triflora ; caule glabro angulato-sulcato, foliolis alternis elliptico-oblongis retusis glabriusculis, cyrrhis ramosis, stipulis bipartitis laciniis lineari-subulatis integerrimis, pedunculis subtrifloris folio brevioribus dentibus calycinis triangularibus superioribus minimis, leguminibus planis glabris reticulatis, seminibus glabris. Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 42.* Non *V. triflora*. Siebr. *in Ind. semin. H. Pesthinensi pro anno 1825*.
In Lucania (Rosano), in Calabria a *Castrogiovanni* (Gussone). Perennis.

Obs. Plantae habitus *V. sylvaticam* refert, a qua datis characteribus omnino alia judicatur. Corollae pallide purpureae, alarum apicibus saturate purpureis, magnitudinem illarum *V. sylvaticae* fere aequant. A *V. cinerea Bieb.* differt folio cum cyrrhis ramosis, foliolis retusis minime villoso-canis, stipulis haud dentatis floribus majoribus. A *V. bengalensi* differt in primis leguminibus glabris, et a *V. bicolore* Horn. discrepat pedunculis 3-6-floris folia subaequantibus nec unifloris folio brevioribus.

4. V. Cracca. Lin. et DC.
In sylvis Aprutii : *Pizzo di Sivo*, (Orsini). *Pietracamela*, *Pizzoli*, *Chieti*. Vulgo *Vecciarda*.
Planta viridi-glabriuscula ; foliolis 10-15 jugis elliptico-oblongis (8-lin. long. 2. lin. lat.) stipulae semisagittato-lineares, superiores lineari-setaceae ; pedunculi folia aequantes vel eis longiores, racemi conferti 2-3-flores apice sensim decrescentes, corollae intense caeruleae non violaceae. Per.

5. V. Gerardi.
— — B. pedunculis longissimis ; floribus numerosissimis (30-40) parvis. An *V. tenuifolia* Roth?
Ad sepes et in apricis montosis : *Capri*, *Monte S. Angelo di Castellammare al piano di Faito*, *Sila*, *Gargano al breccito di monte S. Angiolo*. B. in sepibus Insulae Inarimes.

Obs. A praecedente non differt nisi canescentia, villositate majore et dentibus calycinis inferioribus parum longioribus. Quae notae tam parvi momenti revera sunt, ut non immerito a plerisque botanicis cum ea coniungatur. Var. B. *V. polyphyllae* Desf. potius pertinere diceres, si in ea flores non illis *V. cracccae* minores, sed duplo majores inspicere datum esset. Desunt quoque in mea planta legumina, uti in illa *Fl. altanticae* ; quapropter de ea judicium certum proferre non ausim. *V. tenuifoliae* tamen magis affinis mihi visa est.

6. V. pseudo-cracca Bertol.
Ad sepes et inter segetes passim.

Obs. A *V. Cracca* differt durationc annua, foliis 8-10 jugis, floribus pallide caeruleis laxe racemosis 6-10 in singulis racemis truncatis. Caulis erectiusculus glabriusculus apice pubescens, folia fere glabra elliptica vel oblonga obtusa, flores majusculi, laciniae calycinae hirtae inferiores elongatae.

7. V. dasycarpa ; pubescens, caule ramosissimo elato, foliolis 8-10-jugis obtusis mucronatis, stipulis semisagittato-biparti-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

tis vel linearibus, pedunculis multifloris folia subaequantibus, floribus laxis secundis, dentibus calycis inferioribus tubo brevioribus, leguminibus late ovalibus glabris eveniis seminibus globosis. Ten. *Viaggio in Abruzzo* (1829.) *p. 81.*

Caules longe per sepes vel dumeta procurrentes, uti reliqua planta, fere omnino glabri; folia flaccida, infima ex ovali-oblonga, summa fere linearia; flores illis *V. Graecae* duplo majores, vexillum caeruleum alae et carina albae apice macula caerulea notatae, racemi truncati 10-20 flores apice non decrescentes; legumina in affinibus maxima (1. poll. long. 4-lin. lata).

In sepibus et dumetis maritimis: *Strada nuova de' Bagnuoli, Bosco di Astroni*, (cum V. polysperma) *Fusaro, Licola. Annua.*

Obs. Affinitas maxima intercedit inter hanc speciem et *V. polyphyllam* Desf. (non *V. villosa* Roth.). Ab illis tamen differt, videlicet, a *V. pseudo-cracca*, foliis minime oligophyllis racemis multifloris, leguminibus duplo latioribus, a *V. polyphylla*, foliis glabris nec villosis, pedunculis folium aequantibus nec eis duplo longioribus. Caeterum ipsa *V. polyphylla* Desf. inter plantas minus rite cognitas enumerandam esse satis constat; fructu enim carente ipse cl. Auctor eam legit, nec postea ejusdem legumina ab aliis botanicis visa fuere. *V. villosa* Roth. *V. polyphylla Kit. Sadler* et plurimorum auctorum Florae germanicae, merito a *V. polyphylla Florae atlanticae* diversam faciunt botanici plerique.

8. V. biennis?

In dumetis maritimis: *Fusaro.*

Obs. Ad *V. pseudocraccam* quam maxime accedit, sed floribus violaceis longe pedicellatis, foliisque 5-6 jugis, ideirco planta revera oligophylla, facile alia judicatur.

9. V. littoralis *Salzman.* pl. exsicc. *V. tenuifolia.* Ten. *Fl. nap. Prodr. et in literis.* An *V. Bivonea Rafinesque* et *DC.* (excl. diagnosi) *non V. Bivonae, Smit. nec Spreng.*

— — B. flore albo. An *V. leucantha.* Biv. *Fl. sic. pl. rar. manip. 1. pag. 9?*

In collibus siccis circa Neapolim: *Pozzelle, Ponti rossi*; et in arenosis maritimis: *Bagnuoli, Pozzuoli.* Annua.

Obs. Ab affini *V. pseudo-cracca* differt planta humili prostrata ramosissima, foliis linearibus utrinque acutis, floribus pallide caeruleis vel albis; a *V. Bivonae* Smith. differt radice annua, leguminibus villosis, floribus duplo minoribus. Cum *V. leucantha* Biv. omnino convenit, sed in nostra stipulae plerumque integerrimae adsunt.

10. V. Bivonae Smit. et Spreng. non *V. Bivonea.* DC.

In montibus Lucaniae: *Potenza*, (Rosano).

Obs. Stipulae non semper dentatae, sed etiam integrae praesertim superiores; foliola oblonga, racemi 3-6-flores, pedunculi folia aequantes, flores magnitudine illorum *V. biennis*, vexillum et alae albae, carina alba apice nigro-purpureo: legumen 10. lin. long. 3. lin. lat. glabrum 4-6-spermum tenuissime reticulatum, seminibus 1/2 lin. diametri, nigro-rufo-variegato, hilo albo, planta villoso-canescens. A seminibus in Siciliae monte *Scuderi* lectis quoque habui, et perennem sicut a *Sprengelio* dicitur comperi.

11. V. villosa *Roth. et DC. V. polyphylla.* W. et K. *pl. Hung. 3. pag. 282. tab. 254. et M. a B.*

— — B. foliis angustissimis, racemis paucifloris planta glabriuscula.

In Aprutio: *B. Pizzo di Sivo*, (Orsini).

Obs. Specimina authentica *V. polyphyllae* in Hungaria et in Caucaso lecta, et a *class. Oertzen, Gay* et *Lang* mihi comunicata ad eamdem pertinent plantam, quae *V. villosae Roth* nomine in *DC. Syst. Veget.* et apud plerumque auctores describitur. Haec autem cum *V. polyphylla Desfont.* non confundenda est; nam juxta *Florae atlanticae* descriptionem, haec species habet foliola numerosa, 16-22 in singulis foliis, flores confertos caeruleos subsessiles, illis *V. craccae* pallidiores, et caulem grabriusculum, dum *V. villosa* foliis oligophyllis (8-12) floribusque violaceis pedicellatis laxis gaudet; atque tota planta villoso-incana conspicitur. In utraque foliola sunt lineari-lanceolata nec oblonga, racemique folia fere duplo longiores nec folium aequantes. Insuper *V. villosa* a *V. dasycarpa* floribus violaceis non caeruleis, planta villoso-incana, leguminibus duplo angustioribus differt. *V. polyphylla* Desf. sicut superius monui ad *V. dasycarpam Ten.* potius accedere videtur; ita ut si in posterum legumina unius illis alterius communia invenientur, et planta *Florae atlanticae* annua duratione gaudere quoque deprehendetur, in unam eamdemque speciem eas conjungere operae pretium foret. Monere demum juvat, ratione affinitatis, *V. Craccam, V. Gerardi* et *V. tenuifoliam Roth. V. ochroleucam* Ten., et *V. polyphyllam* Desf. sub eadem tribu militare; contra ad alteram, *V. villosam*, Rot. (V. polyphyllam Bot. germanicorum non Desf.). *V. pseudo-craccam, V. Bivoneam, V. dasycarpam, V. biennem*, et *V. atropurpuream* referendas esse. Primae tribus species racemis confertis densis erectis acutis, floribusque subsessilibus primo intuitu ab illis alterius dignosci possunt, quae racemis laxis pedunculis truncatis floribusque pedicellatis gaudent. Species primae sectiones perennes, alterius vero annuae plerumque sunt.

12. V. atropurpurea *Desf. et DC.* Inter segetes Calabriae orientalis, *Lucaniae, Japygiae, Peucetiae.*

13. V. consentina *Spreng. et DC.*

In nemoribus et ad sepes Calabriae: *Falde della Sila, e tra Cosenza e Rogliano.*

Obs. Flores ochroleuci. A sequente differt foliis ovato-ellipticis, floribus majoribus in racemos breviores dispositis, nec non totius plantae villositate.

14. V. ochroleuca; glabra, caule ramoso, foliolis ovali-oblongis vel oblongo-lincaribus obtusis mucronatis nervis subparallelis, stipulis semisagittato-subulatis integerrimis, pedunculis multifloris folio longioribus, floribus confertis (ochroleucis), calycibus brevissime dentatis, leguminibus glabris reticulatis, seminibus ovalibus. Ten. *Fl. nap. Prodr. p. 42.* DC. *Prodr. 1. 2. pag. 358. Fl. nap. tav. 174.*

In sepibus: *Capri, Castellammare, Avvocatella di Cava, M. finestra, Sanseverino.* Perennis.

15. V. onobrychioides.

In arvis montium Apratii: *Accumoli*, (Orsini). *Piano di 5. miglia, Morrone, Pizzoli.*

16. V. polysperma; caule 6-8 pedali ramosissimo, foliis cyrrhosis, foliosis 14-16 ovato-oblongis obtusis integerrimis mucronatis glabris, cyrrhis decompositis, stipulis dentatis; pedunculis 8-10-floris folio longioribus; floribus erectis laxe racemosis, dentibus calycinis inaequalibus superioribus brevioribus, inferioribus setaceis longioribus, leguminibus lineari-lanceolatis 2-pollicaribus planis glabris 14-20-spermis, seminibus globosis. Ten. *Ad Florae Neap. Prodr. App. V. pag. 22. et Fl. nap. tav. 175. V. altissima.* Ten. *Index seminum H. R. Neap. pro anno 1830.* an Desfont?

Flores magnitudine *Viciae sativae* pallido-coerulei.

In sepibus nemoris vulgo *degli Astroni*; *e sulla nuova strada di Posillipo dalla parte che sovrasta ai Bagnuoli.* Perennis.

Obs. V. *altissimae* affinis; sed in hac legumen pollicis longitudinem non excedit, foliola apice truncata elliptica (5. lin. long. 3. lat. in nostra 8 lin. long. 5 lat.), flores nutantes dense racemosi observantur; quapropter, juxta cl. *Florae atlant.* auctoris sententiam, a *V. bienni* non differt nisi foliolis apice truncatis stipulisque dentatis. Nostra planta vero a *V. bienne* omnibus numeris differt. Insuper in *V. altissima* foliola

© Orto Botanico di Napoli, Italy

elliptica, flores unilaterales sunt, dum in nostra foliola medio ampliata utrinque attenuata, et flores thyrsoidei erecti sparsi conspiciuntur. Quibus differentiis rite perpensis, nisi *Florae atlanticae* descriptionem omnino fictitiam dicere velis, ad *V. altissimam* nostra referre planta rationi consonum haud putabis.

17. V. sativa.

— A. *obovata* DC. foliolis obovato-cordatis pilosis, leguminibus glabris seminibus nigris. *V. nemoralis* DC.

— — B. *Segetalis;* foliolis oblongis truncato-retusis mucronatis, leguminibus pubescentibus, seminibus nigro-cinereo-variis. Vulgo *Veccia.*

— — C. *Leucosperma;* foliolis ovato-cordatis, floribus violaceis, leguminibus subpubescentibus, seminibus pallide flavis; Vulgo *Farchia.*

— — D. *Angustifolia;* foliis linearibus glabris, seminibus atris.

Omnes varietates in arvis et inter segetes colligi possunt. D. in Samnio, in Aprutio et in montibus Stabiarum: *Monte Santangelo.*

18. V. cordata Wulfen et DC.

— — B. Leguminibus (1 ½ poll. long. 3. lin. lat.) subarticulatis levibus glabris 5-8-spermis, seminibus globosis pallide carneis (2. lin. diam.).

In Aprutio sponte et culta; *B. vulgo ova di trotta.*

19. V. peregrina.

In Samnii et Aprutii montibus; et in Hyrpinis: *Salita di dente Cane prima di Ariano.*

20. V. lathyroides. *Pianura di S. Nicola all'Epomeo d'Ischia* (Guss.) *Castrovillari, Basilicata.*

21. V. hirta Balbis et Pers. *V. lutea. B. pallidiflora* Ser. et DC. *V. hirsutissima* Cyrill. et Ten. in literis.

In campis argillosis: *Fusaro, Capri, Capua, Sannio, Abruzzi, Puglia, Basilicata.*

Obs. V. hirta foliis lineari-lanceolatis hirsutissimis, ac habitu rigidiori a *V. lutea* differt. Legum. et sem. illis sequentis simillima, sed seminum hilum album.

22. V. hybrida.

Ad sepes et in dumetis maritimis: *Capri, Fusaro, Mortelle di Portici, Bari, Basilicata.*

Obs. Legum. 8-12 lin. long. 5-lin. lat. fuscum pilis obsitum; semina globosa 2 1/2 lin. diametri, nigro-rufo-variegata, hilo nigro.

23. V. tricolor.

Bari, Basilicata.

24. V. grandiflora. Scop. et DC. Ten. Fl. nap. Prodr. exclus. syn. *V. sordidae* Kitaib.

Ad sepes: *Camaldoli, Agnano, Valle di S. Rocco.*

Obs. Legumen 15-18. lin. long. 3-lin. lat. glabrum nigrescens, semina globosa 2 1/2 lin. diametris nigro-badio-variegata. Foliola passim ovata retusa, nec tantum obcordata.

25. V. sepium.

In sylvaticis montosis: *Castellammare, Matese, Abruzzi.*

26. V. pannonica B. purpurascens DC. Prodr. 2. pag. 364.

In pascuis, Samnii: *Revisondoli* (Guss.) Aprutii: *Scanno* (Gravina), *Pizzo di Sivo* (Orsini), *Macchia di pezza tra le radici del Velino e Rocca di mezzo, Majella.*

† 27. V. lutea; *flore-rubro, Manfredonia* (Strangways).

1. Ervum Lens.

— — B. minor; seminibus duplo minoribus.

In Aprutio utraque varietas colitur, et passim inter segetes sponte provenit. B. Vulgo *Lenticchia piccola.*

2. E. nigricans. Bieb. (Flor. taur. 1808). et DC. Prodr. *E. lentoides.* Ten. *Fl. nap. prodr. suppl. 2.* (*1811*) *pag. 68, et cat. 1819. p. 56.*

In arvis Lucaniae, Dauniae, Japygiae.

3. E. uniflorum; cyrrhis obsoletis, foliolis inferioribus obcordatis superioribus oblongo-linearibus, stipulis semisagittatis dentatis, pedunculis unifloris folio longioribus, laciniis calycinis linearibus aequalibus corolla brevioribus, leguminibus subovato-falcatis glaberrimis reticulatis 2-3-spermis, seminibus lentiformibus badiis, hilo albo. Ten. *Fl. nap. prodr. sup. 2. p. 68.* (an. 1811.) Sebastiani; *rom. pl. fasc. 2. p. 23. t. 4.* (1815) Ten. Cat. edit. alter. (1819) pag. 56. an *E. lenticula.* Sturm. et DC ?

In arvis siccis Lucaniae: Japygiae: *Murgie.* Annuum.

Obs. Nostra planta ab *E. lenticula* Sturm et DC. differt stipulis probe semisaggittatis plerumque dente unico in angulo instructis, nec minimis lanceolatis, leguminibus glabris minime puberulis, seminibus compressis non subglobosis. Etsi *E. lenticulae* associare volueris, nomen quod in *Flora neapolitana* refert, quia antiquius, nostrae plantae servabis.

4. E. hirsutum.

Ad sepes frequens.

5. E. Ervilia.

Inter segetes et vineas: *Conversano, Lecce, Ginosa.*

6. E. monanthos. Lin. et DC. *V. monantha.* Ten. Fl. nap. Prodr.

Inter segetes: *Basilicata, Cosenza.*

7. E. tetraspermum. Lin.

— — B. *gracile;* foliolis angustissimis, pedunculis longioribus saepissime unifloris. *E. longifolium.* Ten. prodr. pag. 59. *Vicia gracilis.* Loisl. Fl. gall. p. 460. fig. 12.

Inter segetes: *A. Bari, Lecce, B. Capri, Campobasso, Sessa di Cilento, Lauriano, Bari, Lecce, Potenza, Ginosa, Martina.*

8. E. pubescens.

— — B. *leiocarpum:* leguminibus glabris. *E. Terronii.* Ten. *Fl. Neap. prodr. App. V. pag. 22. et Index. sem. H. R. Neap. 1829 et 1830.*

Obs. Stipulae lineares non semisagittatae, legumina torulosa et semina globosa nigerrima, hanc speciem ab *E. hirsuto* distinguere faciunt.

* 1. Colutea arborescens.

In sylvis frequens.

1. Biserrula Pelecinus.

— — B. *flore albo.*

— — C. *flore caeruleo.*

In collibus maritimis: *Miseno, Bari; B. Reggio* (Guss.). C. in insula Inarimes: *Chiajano* (Guss.).

* 1. Liquiritia officinalis. DC. *Glycyrrhiza glabra.* Lin.

In arvis siccis: *Baja, Miseno, Tavoliere, Gargano a Viesti, Calabria.*

* 1. Glycyrrhiza echinata.

Bari, Lecce, Basilicata.

1. Coronilla valentina, *Capri, Basilicata, Monte S. Angelo di Castellammare.*

2. C. vaginalis. Lamarck et Reichemb. *C. minima* Linn.

In glareosis asperis Aprutii: *Majella, a Scrimacavallo,* nec alibi.

Obs. Foliola subrotunda vel ovalia, non obovata, nec cuneiformia, minus glauca, quam in sequente, et potius virescentia: legumina angulis alatis membranaceis repandis, nec tantum tetragona nuda.

3. C. coronata.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — A. Major. *Coronilla minima* Delile; *plant. exsiccatae ex agro monspeliensi.*

— — B. minor. *C. minima* Gay.; *plant. exsiccatae ex Antissiodoro* (*Auxerre*), et Reichemb. *Cent. 1. tab. 32. fig. 66,* non Linn.

5. C. varia.

In Aprutio.

4. C. juncea.

In collibus aridis maritimis: *Gargano, Viesti;* Japygiae: *Taranto, Gallipoli, Torricella.*

6. C. Emerus. In sylvaticis obvia.

7. C. parviflora.

In collibus apricis Aprutii: *Avezzano.*

1. Ornithopus ebracteatus.

In collibus siccis: *Agnano, Solfatara, Monte Nuovo, Fusaro, Colline di fumara di Muro in Calabria.*

2. O. scorpioides.

In agris frequens.

3. O. repandus *Poir. O. lotoides.* Viviani.

In sabulosis maritimis: *Fusaro, Gargano.*

4. O. compressus.

In arvis siccis.

* 1. Hyppocrepis comosa.

— — B. *Minor;* glauca, foliolis angustioribus: *Monte Faito di Castellammare, Montevergine, Cerealto; Ginosa.*

* 2. H. glauca; caulibus herbaceis ascendentibus vel suberectis, foliis glaucis, foliolis oblongo-linearibus; pedunculis folio longioribus apice umbelliferis, leguminibus subarcuatis subscabridis articulis quinque constantibus, calycibus pubescentibus. Ten. *Fl. nap. Prodr. 43. Fl. nap. t. 2. p. 165. t. 69.*

In rimis rupium Magellae, in Gargano, et in Japygia: *Otranto, Lecce.* Perennis.

Obs. Foliolis oblongo-linearibus, leguminibus longioribus altero latere rectiusculis, nec utroque latere flexuosis, nec non planta duplo majori a var. B. praecedentis dignoscitur.

3. H. multisiliquosa.

In montibus Campaniae, Aprutii, Japygiae: *Ginosa.*

* 4. H. ciliata.

Littorale di Pesto, Basilicata, Reggio, Lecce.

* 5. H. unisiliquosa.

In arvis siccis: *Avezzano, Principati, Basilicata, Bari, Lecce, Ginosa, Gargano.*

1. Securigera Coronilla DC. *Fusaro, Salerno, Basilicata, Abruzzi, Lecce, Puglia, Tre santi.*

1. Scorpiurus subvillosa. In collibus maritimis: *Posillipo, Vomero, Salita di S. Maria in Portico, Puglia, Lecce.*

2. S. muricata: *Basilicata.*

† 3. S. sulcata.

Apud nos communis; Petagn. *Instit. bot. tom. 4. pag. 1396.*

1. Hedysarum coronarium.

In arvis argillosis: *Capri, Terre argillose del Pico presso Fondi, Alberona presso Biccari, Lauria, Casalicchio, Calabria, Lecce.*

2. H. spinosissimum.

In montibus Massae Iubrensis Surrenti; Hirpinorum; *Montevergine;* in Lucania; in Samnio; in Japygia: *Monopoli, Ginosa;* in Calabria: *Reggio.*

1. Onobrychis conferta.

In Aprutii montibus: *Monti di Civitella, Monte de' Fiori* (Orsini) *Bilancino.*

2. O. sativa.

In herbidis saxosis montium Stabiarum: *M. S. Angelo;* Hirpinorum: *Montevergine;* Dauniae: *Pozzo d'Albero;* Aprutii, Samnii etc.

3. O. alba.

— — B; floribus carneis; *H. echinatum.* Guss.

In collibus Japygiae: *Otranto, Lecce,* (Marinosci) *Gargano, Murgie, Canosa.*

4. O. caput galli.

In collibus siccis: *Mortelle presso Portici, Capri.*

5. O. foveolata DC. *O. crista galli.* Ten. *Fl. nap. Prodr.* et Petang. *Instit. bot. pag. 1406.*

In collibus argillosis Dauniae: *Gargano, S. Angiolo, Tavoliere,* Lucaniae et Iapygiae: *Lecce.*

1. Galega officinalis.

— — B. *emarginata;* foliolis cuneato-oblongis profunde emarginatis glabriusculis, pedunculis folio duplo longioribus, vexillo carinam subaequante. An species propria? An *G. africana.* Mill. et DC.?

In glareosis montanis: vulgo: *ruta Capraria;* B. in Aprutio: *Majella: Roccamorice* (De Angelis) Vulgo: *dente cavallino.*

Obs. Var. B. omnibus partibus duplo majoribus quam in speciei typo; foliis 8-juga foliolis 2. poll. long. 5-6. lin. latis extimo elongato obcordato-cuneato.

1. Oxytropis montana.

In glareosis alpinis Aprutii: *Accumoli.* (Orsini); Stabiarum: *Monte S. Angiolo.*

2. O. neglecta Gay; plant. exsicc. ex alpibus Zermattensibus (inedita) *O. montana.* Guss. pl. rar. 393.

In glareosis editioribus Aprutii: *Costone, Intermesole, Monte Corno* (Guss.); *Majella.*

Obs. Ab *O. montana* differt planta minori omnino acauli, nec caulescenti, pedunculis folio vix longioribus, floribus demum laxe racemosis, nec capitatis.

3. O. campestris.

— — B. *alpina;* foliolis lineariibus, capitulis subsexfloris, bracteis calycibus duplo brevioribus, dentibus calycis brevissimis, calycibus scapisque superne pilis nigris dense lanatis; planta dense sericeo-argentea. An species propria?

In alpinis glareosis Aprutii: *Monte Costone, Monte Corno, Intermesole,* (Guss.) *Pizzo di Sivo,* (Orsini). B. *Monte Amaro.*

O. pilosa.

Velino, Torricella in Aprutio.

1. Astragalus Onobrychis: *Majella.*

2. A. vesicarius DC. *A. albidus.* W. K. *A. glaucus.* M. B.

In Aprutii montibus. *Monte Grande, Pizzoli.*

3. A. sesameus.

In collibus siccis: *Formicola, Principato Ultra, Basilicata, Gargano, Lecce.*

4. A. hamosus.

In arvis siccis: *Pozzuoli, Massa, Fusaro, Principato Ultra, Tavoliere, Reggio, Campobasso, Abruzzo.*

5. A. boeticus.

In arvis maritimis: *Ponte della Maddalena,* loco, vulgo: *li gigli.*

6. A. depressus *A. Bonanni.* Presl. Delic. prag. pag. 42.

— — B. *helminthocarpus.*

Montevergine, Pollino, Majella; B. *Bilancino, Li renani, Monte Corno, Monte de' fiori.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

7. A. glycyphyllus.
In sylvaticis passim.
8. A. pseudo-tragacantha DC. *A. aristatus.* Ten. *Fl. nap. Prodr. A. aristatus B.* Guss. *pl. rar. p. 304.* et Orsini *pl. exsiccatae ex Aprutio.*
In glareosis Aprutii: *Monti di Roseto* (Orsini) *Valle oscura, Velino, Majella, Aquila, Monte Corno.*
9. A. siculus Rafin. Car. pag. 72. *A. eriophorus.* Ten. *Flor. nap.* An *Tragacantha orientalis erectior, foliis viciae glabris et ramis tomentosis.* Tourn. *cor. 29. ex Cappadocia?*
In glareosis Calabriae: *Sila* (Thomas).
10. A. sirinicus; frutescens, petiolis spinescentibus, foliis 14-jugis, foliolis elliptico-oblongis obtusiusculis utrinque adpresso-pilosis; pedunculo folio subbreviore, floribus racemoso-spicatis 2-10; calycibus nigro alboque pilosis, dentibus setaceis, corollis (flavis), calycibus triplo longioribus, bracteis lineari-setaceis, pedicellis triplo longioribus, leguminibus villosis. Ten. *Ad Fl. Neap. Prodr. App. V. pag. 23. Viaggio in Calabria, pag. 126.*
In montis *Sirini*, prope *Lagonegro*, pratis saxosis, et in Aprutio: *Accumoli, Pizzo di Sivo*, (Orsini).

Obs. Ab *A. retuso* differt floribus racemoso-spicatis non subcapitatis, calycibus ovatis, bracteis linearibus; ab *A. pungenti* differt foliis virescentibus glabriusculis obtusis, non incanis sericeis acutis, foliolis 18-12 jugis, calycibus campanulatis non subulatis, floribus flavis non albis; ab *A. massiliensi* differt dentibus calycinis lineari-subulatis nec oblique truncatis, dentibus brevibus, bracteis pedicellis longioribus, floribus racemosis, calycibus hirtis; ab *A. angustifolio*, foliis non glabris, calycibus non cylindricis, foliis non sexjugis.

11. A. monspessulanus.
In pascuis Aprutii: *Pietra Camela, Majella*, Gargani: *Vico, Peschici, Viesti.*
12. A. Hypoglottis: *S. Angelo di Sorrento.*
1. Melilotus officinalis DC. An *M. palustris.* Guss. pl. rar. pag. 306?
In argillosis humidis Aprutii.
2. M. altissima DC.
— — B. *Albiflora.*
In arvis frequens.
3. M. leucantha.
In pascuis humidis.

Obs. Floribus duplo majoribus, racemisque duplo brevioribus a praecedente dignoscitur.

4. M. macrorrhiza.
In Samnii et Aprutii humentibus.
5. M. parviflora.
In pascuis humidis: *Fusaro.*
6. M. longifolia; leguminibus monospermis subrotundis obtusis lacunoso-rugosis, racemis folio longioribus aristatis, caule erecto angulato, foliolis oblongo-linearibus serrulatis obtusis. Ten. *Fl. nap. Prodr. suppl. 1. pag. 56.*
In pascuis humidis cum praecedente.

Obs. Praecedenti omnino simile; at floribus duplo majoribus, racemis laxis aristatis diversum. A *M. sulcata* differt leguminibus monospermis, caule erecto, racemis aristatis, floribus valde numerosioribus.

7. M. neapolitana; leguminibus monospermis obovatis glabris lacunoso-rugosis, racemis folio longioribus laxis muticis, floribus patentibus, caule erecto, foliis deltoideo-obovatis, apice dentatis, stipulis setaceis integerrimis. Ten. *Prodr. loc. cit.* An *M. gracilis.* DC. Prodr. 2. pag. 188?
In herbidis montosis: *Castellammare, Gargano, Monte di Capo d'acqua*, in Aprutio. Annuum.

Obs. Nostra planta leguminibus semper monospermis gaudet, nec dispermis, sicut in *M. gracili* a cl. DC. indigitantur. Cui, etiamsi a planta neapolitana haud differre putaverint botanici, attamen nomen nostrum quia antiquius erit servandum.

8. M. rotundifolia; leguminibus monospermis subrotundis obtusis lacunoso-rugosis, racemis folio longioribus, caule erecto angulato, foliolis obovato-subrotundis retusis denticulatis, stipulis dentatis. Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 56.*
In collibus circa Neapolim: *Camaldoli, Bari, Lecce.* Annua.

Obs. A *M. italica* differt leguminibus monospermis, foliis subrotundis, nec obovatis, floribus aureis non flavis, racemisque truncatis.

9. M. messanensis.
In inundatis Lucaniae: *Sele morto.*
1. Psoralea bituminosa.
— — B. *angustifolia.*
In collibus siccis ubique. B. in Calabria.
1. Trifolium angustifolium.
In arvis siccis: *Ponti rossi, Camaldoli, Tavoliere.*
2. T. intermedium; pilosum, caule diffuso, foliolis lanceolato-oblongis, spicis villosis conico-oblongis, laciniis calycinis setaceis subaequalibus apice non spinescentibus, corollis calycem vix excedentibus. Guss. *Cat. 1821. p. 82. adnot. p. 14.* et DC. *Prodr. 2. pag. 190. non Lapeyr.*
Corolla alba nec purpurea, calyces striati, dentibus subaequalibus apice fasciculo pilorum terminatis,
In herbidis demissis Dauniae: *Ponte e valle di Bovino;* et in Calabriae collibus maritimis: *Brancaleone* (Guss.). Annuum.
3. T. incarnatum.
— — B. Flore carneo. *T. Molinerii.* DC. et Balbis.
— — C. Flore albo.
Colitur passim, et in arvis sponte crescit. Var. B. in collibus Campaniae circa *Formicola.*
4. T. Lagopus.
In collibus Calabriae: *Sila.*
5. T. arvense.
In arvis frequens.
6. T. ligusticum.
In collibus prope Neapolim: *Valle di S. Rocco, Capri, Ischia* in Aprutio, et in Calabria.
7. T. phleoides.
Sila.
8. T. lappaceum.
Capri, Fusaro, Campobasso, Avellino, Tavoliere.
9. T. tenuifolium; caule ramisque erectis, foliolis inferioribus obcordato-cuneatis, superioribus linearibus apicem versus denticulatis mucronatis, dentibus calycinis setaceis inaequalibus, corolla gamopetala brevioribus, capitulis oblongis solitariis geminisque sessilibus; leguminibus ... Ten. *Fl. nap. pr. p. 44. et app. ad cat. H. R. Neap. pag. 58.* DC. *Prodr. S. nat. p. 206.* Guss. *plant. rar. pag. 310. T. stramineum* Guss: pl. exsicc. et in literis.
In arvis arenosis Japygiae: *Ginosa* (Rosano) *Ugento, Gemini*, Lucaniae: *Trisaje; Policoro* (Guss.). Annuum.
10. T. Bocconi.
In collibus apricis siccis *Monte Nuovo, Capri, Gargano; Sila, Briatico e Piano della Corona*, in Calabria.
11. T. tenuiflorum; caulibus erectis ramosis villosis, foliolis obovato-cuneatis serrulatis villosis, stipulis inferioribus lan-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

ceolatis acutis, superioribus ovatis mucronatis nervosis, capitulis cylindricis villosis, floribus longitudine calycis, calycibus rufo-sericeis non ventricosis, dentibus spinosis. Ten. *Fl. nap. prodr. p. 44.* DC. *prodr. 2. pag. 192.*

In collibus siccis: *Agnano.* Annuum.

Obs. A *T. striato* non differt nisi calycibus minus ventricosis, dentibus duplo longioribus, nec profunde nervosis, capitulisque cylindricis; caeterum eidem nimis affine, et forsan ejusdem tantum varietas.

12. T. scabrum.

In collibus siccis et supra muros prope Neapolim: *Salita del Vomero da S. M. in Portico, Monte Nuovo, Posillipo, Marina del Pizzo in Calabria, Tavoliere*, et alibi.

13. T. rigidum Savi. *T. maritimum.* Smith.

Fusaro.

14. T. supinum.

In inundatis et pascuis humentibus: *Mazzoni di Capua, Scafone di S. Valentino, presso Chieti; delli Prangi vicino il Pizzo, Campobasso*, etc.

15. T. ochroleucum.

— — B. *roseum.*

In herbidis montanis: *Montevergine, Velino, Matese, Majella;* B. *Gargano, presso Monte Sacro*, ubi ad prata conficienda seritur; et in Calabria: *Aspromonte.*.

16. T. squarrosum.

— — B. *elatum.*

Inter segetes: *Terra di Lavoro, Principati*, B. *Cappadocia in Abruzzo.*

17. T. alpestre.

— — B. Spica disticha.

In editioribus montibus Aprutii: *Monte Corno.* B. *Monte Grande.*

18. T. medium.

— — B. *expansum.* W. K.

In Hirpinis: *Monte Vergine, Monte, di Bagnuli;* in Aprutio: *Monte de' fiori.*

Obs. Etiam in specimine *T. expansi* in Hungaria lecto, foliola ellipticooblonga nec lanceolata, capitulaque subsessilia comperi; idcirco a *T. medio* specie non differre arbitror.

19. T. pratense.

— — B. *alpinum.* Schleich. *pl. exsicc. ex Helvetia. T. villosum* Hall. ex *Hoppe pl. exsic. ex alpibus ratisbonensibus.*

— — C. *villosissimum*; stipulis villosis, nervis concoloribus; foliolis ellipticis vel oblongo-lanceolatis. An *T. praetutianum* Guss. *pl. rar. pag. 308. tab. 15.* Ten. *Fl. nap. Prodr. app. V. p. 24.* DC. *Prodr. 2. pag. 202. Savi. Bot. Etrusc?*

In pascuis et arvis obvium. B et C in saxosis editioribus Aprutii: *Monte Corno, ad Arapietra, Majella, a Tittone.*

Obs. Clariss. *Savii* et *Candolli* auctoritatem sequutus, *T. praetutianum* Guss. in speciem propriam recepi, et in *Fl. Neap. prodr. l. c.* evulgavi. Attamen, quum in itinere anno 1829. iterum per Aprutium suscepto, iisdem in locis a cl. *Gussone* perlustratis, has duas tantum *T. pratensis* varietates colligere mihi datum fuerit, accuratiori examini eas subiiciendas putavi. Collatis idcirco speciminibus ab ipso cl. auctore communicatis, cum illis a me lectis, ad *T. pratensis* formas varias amandari posse mihi visum fuit. Extant quoque in meo herbario specimina plurima a claris. *Schleichero, Reynierio, Thomasio*, accepta, et *T. pratensis* alpestris *var. villosissimi, Halleri*, vel *Villarsii* nomine inscripta, quae a *T. pratense* humiliorum stationum ad illud alpinarum transitum faciunt. Quod etiam de nostra planta dicendum est.

Caulis semper perennans sed herbaceus, minime suffruticosus ut cl. *Savius* dixit. Variat vero haec species stipulis bracteantibus geminis, simplicibus, vel omnino nullis, villositate patente vel adpressa, etiam in eodem individuo, foliis laete vel obscure viridibus, foliolis subrotundo-ovatis, ovalibus vel oblongo-lanceolatis, apice emarginatis obtusis vel utrinque acutis. Fateri tamen oportet *T. praetutianum* stipulis semper villosis, nervis concoloribus, nec glabris nervisque fuscis, capitulisque laxioribus a typo speciei discedere.

20. T. pallidum.

Fondaco del Fico in Calabria, (Thomas) *Bosco di Persano*, (Giordano): *piana di fedele presso Cagnano, nel Gargano.*

21. T. birtum.

— — C. *pictum.*

Sila.

22. T. Kerleri.

Bagnuoli, Fusaro.

23. T. stellatum.

Ponti rossi, Valle di S. Rocco, Camaldoli; Tavoliere.

24. T. leucanthum Bieb. et DC. *T. obscurum.* Savi.

In Calabria

25. T. suffocatum.

In collibus circa Neapolim: in Calabria: *Ruggiano;* in Daunia: *Manfredonia.*

23. T. congestum; caulibus ramosis glabris humifusis crassis parvis, petiolis longis, foliolis obcordato-cuneiformibus integriusculis, stipulis scariosis nervosis, capitulis subrotundis subsessilibus lateralibus et terminalibus approximatis, calycibus pilosis, dentibus rectis corollae aequalibus, leguminibus monospermis. Guss. *Cat. H. R. Bocc. p. 80.* Savi *bot. etr. 4. p. 45. in notis.* DC. *pr. 2. p. 198.* Guss. *pl. rar. pag. 512.*

In arvis argillosis maritimis Calabriae orientalis: *Brancaleone, Melito, Catanzaro, S. Leonardo, Cotrone;* Lucaniae: *Policoro, Trisaje.* (Guss.). Annuum.

27. T. glomeratum.

In pratis siccis commune.

28. T. strictum.

Montevergine, Cervalto, Formicola.

29. T. repens.

— — B. *rubescens.*

— — C. *phyllanthum.* DC.

— — D. *proliferum.*

In pratis humidiusculis. D et C: *Montevergine.*

30. T. caespitosum. In pascuis alpinis Aprutii: *Majella, Monte Corno.*

Obs. A *T. pallescenti* differt pedicellis tubo calycis brevioribus, corollis albo-roseis, leguminibus 3-4-spermis non dispermis.

31. T. hybridum Savi an Lin? *T. polyanthemum* et *T. Vaillantii.* Ten. non Loisl. *Trifoliastrum neapolitanum rotundifolium erectum glabrum flore albo glomerato;* Micheli, *plant. Rom. et Neap. in Herb. Vaillantii. Hort. R. Paris.*

— — B. foliis quinatis.

In pratis siccis ubique.

32. T. elegans. Savi. *T. Vaillantii.* Poiret. Loisl. et Herbarii H. R. Paris.

In pascuis montanis: *Monte de' Fiori.*

33. T. rupestre; caule erecto simplici, foliis fere omnibus radicalibus, foliolis ovalibus denticulatis valde nervosis, stipulis membranaceis lanceolato-acuminatis, pedunculo striato piloso terminali, floribus capitato-depressis post anthesin deflexis, calycibus subcoriaceis, dentibus angustis parallelis inter se aequalibus, tubo longioribus, leguminibus..(Flores albi). Ten. Fl. nap. *Prodr.* DC. *Prodr. 2. pag. 201.*

Ad rupes editiorum montium Aprutii: *Majella, Lama bianca,*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Monte Corno, (Ten.). *Monte S. Franco*, *Pietra Camela*, (Guss.).

Obs. A *T. montano* differt capitulo unico terminali, globoso depresso non capitulis axillaribus dein oblongis, laciniis calycis tubo longioribus et carinam aequantibus.

34. T. subterraneum.
In pascuis arenosis demissis. *Agnano*, *Bagnuoli*.
35. T. spumosum.
Capitanata, *Lecce*.
36. T. vesiculosum: *Savi*, *Camaldoli*, *Agnano*, *Fusaro*, *M. Vergine*, *Abruzzi*, *Tavoliere*.
37. T. resupinatum.
In arvis siccis commune.
38. T. fragiferum.
In inundatis et pascuis humentibus: *Pascone*, *Fusaro*.
39. T. tomentosum.
In arvis siccis: *Pozzuoli*.
40. T. Gussoni Tin. et DC. *T. speciosum*. Will. ex *Spreng.* *non T. speciosum* Lin. nec DC.
In Calabria: *Aspromonte*.
41. T. badium.
Pizzo di Sivo, *Monte Pelone*, *Pizzo della Cavata* (Orsini).
42. T. spadiceum.
Pizzo di Sivo, *Bacucco* (Orsini), *Chiarino* (Guss.).
43. T. agrarium. Lin. DC. et Spr. *T. procumbens*. Smith. *T. aureum*. Pollich.
In pascuis humidis: *Agnano*, *Abruzzo*.

Obs. Caules ascendentes ramosi, capitula longe pedunculata, foliis subsessilibus foliolo sessili.

44. T. procumbens. Lin. et DC.
In arvis commune.

Obs. Caules ascendentes, foliis petiolatis, foliolo petiolulato, stipulae ovatae petiolo breviores, pedunculi foliis duplo longiores.

45. T. campestre. Schreb. *T. procumbens, B. campestre*. DC. Prodr.
In arvis frequens.

Obs. Caulis erectus ramosus, pedunculi folia aequantes, stipulae lanceolatae petiolo multo breviores.

46. T. brutium; caule ascendente (2-3 poll.) ramoso, foliis petiolatis, foliolis obcordato-cuneatis denticulatis, terminali vix petiolulato, capitulis axillaribus globosis, pedunculis folio longioribus, laciniis calycinis inaequalibus, superioribus brevissimis, reliquis apice setiferis, vexillis amplis aureis sulcatis, carina crocea, seminibus ellipticis flavis. Planta pubescens. Ten.; *Viaggio in Calabria pag. 127.* et *Flor. neap. Prodr. App. V. pag. 24.*
In pratis siccis montis *Cucuzzo*, Calabriae citerioris.

Obs. A *T. agrario* DC. differt foliis petiolatis, foliolis obcordatis nec oblongo-ovatis, calycibus piliferis, capitulis depressis nec demum oblongis, corollis aureis duplo majoribus, seminibus ellipticis flavis nec badiis irregulariter cordatis; a *T. procumbenti* DC. differt in primis foliolo terminali subsessili nec longe petiolulato, stipulis minime scariosis, capitulis depressis. A *T. campestri* differt capitulis longissime pedunculatis, caulibus depressis, floribus duplo majoribus.

47. T. parisiense.
Pascone, *Mazzoni di Capua*.

Obs. Pedunculi longissimi; capitula depauperata, stipulae latissimae, folia petiolata, foliolo sessili.

48. T. Sebastiani.
Persano (Giordano).
49. T. filiforme.
Agnano Capua.
1. Dorycnium herbaceum.
In sylvaticis montosis. Lucaniae, Aprutii, Calabriae.

Obs. Caules basi suffruticosi nec omnino herbacei.

2. D. parviflorum DC. *Prodr. 2. pag. 208. Lotus parviflorus.* Desf.
In Calabria: *Fondaco del fico*, (Thomas).

Obs. Legumina calycis longitudine; capitula multiflora; bracteae monophyllae lineares.

3. D. hirsutum DC. *Lotus hirsutus* Lin. Barr. ic. 1033.
Ad sepes montium Hirpinorum: *Monte vergine*, et Aprutii: *Velino*.
4. D. rectum DC. *Lotus rectus*. Lin.
In pascuis humentibus.
Pascone, *Fusaro*.
1. Lotus edulis.
In arenosis maritimis: *Pozzuoli*, *Fusaro*, *Miseno*, *Pesto*.
2. L. ornithopodioides.
In locis umbrosis humentibus.
3. L. pusillus *Vivian*.
In collibus prope Rhegium.

Obs. Planta sericco-incana, pedunculi biflori.

4. L. cystisoides.
Ad rupes maritimas: *Bagnuoli*, *Fusaro*, *Baja*, *Miseno*, *etc.*
5. L. pilosissimus.
— — B. filiformis DC. L. hispidus Pers. non DC. an Loisl.
In collibus siccis: *Monte Nuovo*.

Obs. A *L. hispido* differt leguminibus teretibus duplo angustioribus (6-8 lin. long. 1/2 lin. lat.), capitulis 2-3 floris, corolla calycem subaequante, bractea monophylla lanceolata.

6. L. hispidus DC.
In Lucania.
7. L. angustissimus.
Principati, *Basilicata*, *Lecce*.

Obs. Pilosus; pedunculi 1-3-flores, legum. 10-12. lin. long. 1/2 lin. lat. bracteae lineares simplices.

8. L. diffusus. *Smith.* non *L. diffusus* Ten. *Fl. nap. app. V. pag. 24.*
In pascuis montosis Aprutii: *Bilancino*, *Monte Corno*.

Obs. Hirtus; caules prostrati, foliola lanceolata, pedunculi 3-flori, legumina 6-8. lin. long, 1/2 lin. lat. bracteae 2-3-phyllae, habitus *L. angustissimi*.

9. L. ciliatus; caulibus prostratis, foliolis glabris margine calycibusque ciliatis, leguminibus solitariis cylindraceis glabris sessilibus. Ten. *Fl. nap. Prodr. p. 44. Cat. 1819. pag. 58.* DC. *Prodr. 2. pag. 213.*.
In pratis humidis Calabriae: *Fondaco del fico*, *Altavilla*, (Thomas).

Obs. A praecedente differt leguminibus longioribus duplo crassioribus (12 lin. long. 1. lin. lat.), pedunculis plerumque unifloris, calycis laciniis tubo longioribus et corolla parum brevioribus. A *L. hispido*, cui magis affinis, leguminibus longioribus levibus badiis, non punctatis nigris, caulibus elatioribus ascendentibus, foliolisque lanceolatis diversus judicatur.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

10. L. conimbricensis.
Roggiano in Calabria.
11. L. corniculatus.
— — A. *arvensis.*
— — B. *alpinus.*
— — C. *villosus;* hirtus, elatus, pedunculis multifloris. *L. diffusus.* Ten. *Fl. nap. prodr. app. V. pag. 24.* non *Smith.*
— — D. *crassifolius;* glaucus, glabriusculus, foliis ciliatis, pedunculis multifloris. *L. uliginosus.* Thuil.
— — E. *tenuifolius;* foliis angustis, caulesque elato glabris. *L. prostratus* Pers.
— — F. *nanus;* planta 2-3 pollicari, caulibus caespitosis erectis, foliisque hirtis, pedunculis 1-4-floris, corollis exsiccatione non virescentibus. An species propria?
In pascuis humentibus: A. *Castellammare*, B. C. et F. *Monti di Abruzzo*, D. Lucania; E. in paludibus circa Neapolim.
12. L. biflorus Desf. *Tetragonolobus biflorus.* DC.
S. Leonte, Stilo, Nicastro in Calabria.
13. L. tetragonolobus Lin. *Tetragonolobus purpureus.* DC.
Capri, Tavoliere di Puglia, Martina, Lecce.
1. Trigonella prostrata DC. T. *Foenum graecum.* Ten. *Fl. nap. Prodr. T. tuberculata.* Presl. *Delic. prag. pag. 46.*
In sabulosis maritimis: *Littorale del Ponte della Maddalena;* et in collibus siccis Campaniae: *Formicola; Capitanata, Martina, Lecce, Abruzzi.*
2. T. monspeliaca: *Basilicata.*
3. T. corniculata.
— — B. foliis argute denticulatis, leguminibus duplo majoribus.
In Aprutio.
4. T. littoralis; caule ramoso subdiffuso, foliolis cuneiformibus apice denticulatis, leguminibus pedicellatis umbellatis declinatis subfalcatis compressis, utrinque attenuatis, oblique reticulato-venosis, pedunculis aristatis. Guss. *Cat. H. R. Boccadif. 1821. p. 83.* DC. *Prodr. 2. p. 182.* Ad Adriatici litora.

Obs. Affinis *T. maritimae*, sed differt foliolis cuneiformibus non obcordatis, leguminibus utrinque acutis subfalcatis, non basi turgidis rectis.

1. Medicago circinnata.
In pascuis: *Tavoliere, Conversano, Bari, Lecce, Martina.*
2. M. lupulina.
— — B. stipulis integerrimis. *M. Willdenowii* Merat.
In pascuis obvia.
3. M. falcata.
In campis saxosis et in pratis siccis montosis: *Conversano,* (vulgo *Erovascino*). *Campestrino, Gargano a Cagnano, Abruzzi, Reggio.*
4. M. sativa.
— — B. *versicolor.*
In pascuis hyrpinis et in Aprutio; ubi passim colitur, et vulgo *erba cetrangola* appellatur. B. *Majella.*
5. M. arborea In collibus maritimis prope Neapolim: *Posillipo, Pozzuoli, Baja.* Vulgo *Rutaccio.*
6. M. prostrata, *M. montana saxatilis spinosa supina, foliis angustioribus apice crenatis, fructu parvo.* Mich. *pl. exsicc. ex Roma et Neapoli; in Herb. Vaillantii H. R. Pariensis.*
In pascuis montosis Aprutii: *Pizzo della Giumenta,* (Orsini): *Pacentro,* (Gussone) et in *Gargano.*
7. M. obscura Retz. obs. 1. p. 24. t. 1. *Medicago maritima trifoliata polycarpa, fructu toroso non spinoso.* Tilli; *Hort. pis. pag. 110. tab. 42. fig. 2.*
— — B. *rugulosa.* DC.
— — C. *aculeata.* Guss. *pl. rar pag. 314.*
In pascuis maritimis.

Obs. In nostrae plantae var. B. semina badia ut in speciei typo nec flava; caeterum leguminibus duplo majoribus ab eo discedit. Stipulae dentato-pinnatifidae, ut in *M. lavi*, cum qua associatur a cl. Guss. pl. rar. p. 315.

9. M. marginata.
Inter segetes Aprutii.
10. M. scutellata.
Cum superiore.
11. M. rugosa DC. *M. elegans* Will.
In Calabria: *presso il ponte del fiume Lamato* (Thomas).
12. M. tornata.
Inter segetes Calabriae.
13. M. tuberculata DC. *M. olivaeformis.* Guss. *pl. exsiccat. ex Calabria,* (quoad specimen leguminis seorsum exibiti.). Moris. hist. 2. sect. 2. t. 15. fig. 6.
14. M. apiculata: *Fusaro, Capua, Basilicata.*
15. M. denticulata.
In arvis Calabriae.
16. M. pubescens DC. *M. olivaeformis.* Guss. *pl. exsicc. ex Calabria* (*quoad specimina leguminibus carentia*).
Inter segetes Calabriae.
17. M. flexuosa; glabra, caule prostrato, foliolis obovatis retusis dentatis, stipulis ciliato-dentatis, pedunculis multifloris, leguminibus cochleato-flexuosis glabris, cyclis binis reticulatis aculeatis, aculeis arcuatis brevibus. Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 45. Cat. 1819. pag. 59.* DC. *Prodr. 2. pag. 176.*
In collibus apricis: *Miseno, Matese.*
18. M. Terebellum DC. *M. aculeata.* Gaert. *fruct. 2. pag. 349. t. 155. fig. 7.*
Inter segetes Calabriae.
19. M. marina.
In litoribus: *Fusaro, Pozzuoli, Baja;* et in monte Vesevo: *presso la cappella del SS. Salvatore,* ad 2500. pedum altitudinem.
20. M. littoralis.
In arenis maritimis: *Bagnuoli, Fusaro.*
21. M. lappacea Lam.
Inter segetes Samnii et Lucaniae.
22. M. Histrix; glabra, caule prostrato, foliolis obovatis retusis denticulatis, stipulis pectinato-multifidis, pedunculis subbifloris folio longioribus, leguminibus cochleatis cylindricis utrinque compressis, cyclis quinis subdistantibus, aculeis subulatis divergentibus rectis uncinatis subpilosis. Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 45. Cat. 1819. p. 58.* DC. *Prodr. 2. pag. 177.*
Inter segetes frequens.

Obs. A *M. ciliari* differt leguminibus glabris duplo majoribus; a *M. lappacea* glabritie totius plantae, foliolis obovatis nec obcordatis, leguminibus 5-cyclis caeterisque notis abhorret.

23. M. tribuloides.
Salerno, Persano, Molise, Gargano, Tavoliere, Martina.
24. M. graeca.
In Aprutio.

Obs. Biennis et perennis; sequens annua.

25. M. minima.
— — B. *canescens.*
— — C. *longiseta.*
In arvis siccis. B. ad muros: *Agnano.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

26. M. arenaria; caule humifuso, foliolis obcordatis denticulatis, stipulis pectinato-multifidis, pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis depressis utrinque planis, cyclis quaternis approximatis, aculeis raris arcuatis divergentibus uncinatis glabris. Ten. *Cat. 1819. pag. 59.* DC. *Prodr. 2. pag. 129. M. littoralis. Fl. nap. prodr. pag. 45.* non *Rhode. M. maritima annua folio cordato et crenato, spinis erectioribus et rigidioribus, Micheli;* in insula *Ischia*, et inter Neapolim et Puteolos ad mare. *Tilli;* Cat. Hort. pis. pag. 110.

In arenosis Puteolorum et *Fusaro.*

Obs. Planta glabriuscula, leguminibus utrinque planis aculeis remotis tenuioribus, stipulis pectinato-multifidis a *M. littorali* discrepat.

27. M. muricoleptis *Tin. et DC.*

In arvis argillosis: *Persano*, *Basilicata*, *Pizzo.*

Obs. In nostra planta legumina tertio minora, quam in sicula deprehenduntur.

28. M. maculata.

In arvis ubique.

29. M. Gerardi.

In pascuis Aprutii: *Pietra Camela.*

Obs. Planta viridis glabriuscula, legumina ovata utrinque gibba laevia.

30. M. agrestis; pubescens, caule erecto vel ascendente, foliolis cuneiformibus apice dentatis, pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis muricatis, stipulis setaceo-dentatis, pedunculis subbifloris, leguminibus cochleatis muricatis utrinque planis, cyclis quinis, aculeis leguminum latitudinem aequantibus subulatis rectis uncinatis. Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 45.* et *Cat. pag. 59.* DC. *Prodr. 2. pag. 179.*

In agris Campaniae et Lucaniae.

Obs. Planta incano-tomentosa, legumina duplo majora quam in superiori utrinque plana.

31. M. sphaerocarpa. *Bert. et Sebast. et Mauri; Flor. rom. prodr. t. 3. fig. 2.*

In pratis argillosis: *Pesto*, *Persano*, *Sessa di Cilento.*

Obs. A *M. terebello* distinguitur leguminibus globosis nec cylindricis.

32. M. tenoreana; pubescens, caulibus procumbentibus, pedunculis folio brevioribus, leguminibus cochleato-cylindricis, cyclis quinis distantibus dense et longitudinaliter venosis margine subcartilagineo concaviusculo non zonato nec sulcato, aculeis setaceis in utroque margine instructis, seminibus reniformibus pallidis. DC. *Prodr. 2. pag. 180.* Spreng *Syst. veg. 3 pag. 289. M. cancellata.* Ten. *prodr. pag. 44. Cat. 1819. pag. 58.* non *M. B. Diploprion medicaginoides.* Viviani; *Florae libycae specim. pag. 48. tab. 19. fig. 2.*

In agris circa Neapolim.

Obs. A *M. coronata* differt leguminibus duplo majoribus, cyclis quinque non binis; a *M. tentaculata* DC. (*M. truncatula* Gaertn.) differt cyclis non arcte sibi incumbentibus, sed remotis aculeisque duplo longioribus.

33. M. intertexta.

In Lucaniae agris.

Obs. Legumina villosa.

34. M. ciliaris.

In arvis Lucaniae, Japygiae et Calabriae.

35. M. Echinus.

In pascuis: *Fusaro: Pizzo.*

† 36. M. maritima minima apula *monocarpos*, folio cordato, fructu toroso et peripheria spinoso Micheli. In saxosis Apuliae locis non procul a mari, et a *Manfredonia. Till. Cat. Hort. Pis. pag. 100. tab. 42. fig. 3.*

Classis Polyadelphia

Polyandria

Hypericinae.

* 1. Hypericum hircinum.

In sylvis et vallibus obvium.

* 2. H. quadrangulare.

— — B. *Neapolitanum;* foliis elliptico-subrotundis apice rotundatis, racemis pyramidato-paniculatis. *H. tetrapterum* Fries. *H. Neapolitanum.* Ten. *In emend. et add. ad calcem Indic. Sem. H. R. Neap. 1829.*

In humentibus circa Neapolim, et in montosis humidis Aprutii, et Lucaniae.

3. H. australe. Trigynum. Petalis calycibusque integris nigro-punctatis, foliis opacis impunctatis venosis oblongo-ellipticis, obtusis margine nigro-punctatis, caule herbaceo basi obsolete 4-angulo, floribus cymosis, petalis calyce 3-plo majoribus, filamentis antherisque impunctatis. *Ten.* Fl. nap. prod. App. V. pag. 25. (exclus. synon. *H. humifusum.* Fl. nap. prodr.). *H. dubium.* Mauri *Romanar. plant. cent. XIII. pag. 27.* (excl. synon.). An *H. repens* Desf? non Linn.

In collibus Lucaniae: *Potenza*, *Persano*, *Sessa*, *Lauriano.*

Obs. Ab *H. repente* differt caule decumbente unico loco radicato, foliis late ovalibus impunctatis internodio brevioribus.

* 4. H. crispum.

In campis siccis: *Tavoliere*, *Gargano*, *Ginosa.*

5. H. humifusum.

In humentibus Calabriae: *Aspromonte.*

* 6. H. perforatum.

— — B. *Microphyllum;* petalis angustissimis elongatis, foliis inferioribus imbricatis rotundatis. An species propria?

In collibus siccis obvium. B. in montosis Apruti: *Majella;* Lucaniae: *Potenza.*

* 7. H. barbatum. *Hypericum myrti acuto folio siculum.* Bocc. *Mus. pag. 133. tab. 91. fig. 3.* et *tab. 92. fig. 1.*

— — B. *Calabricum;* foliis strictis caule adpressis.

In collibus Calabriae: *Aspromonte;* B. in *Sila*, *Bagnara.*

Obs. Caules simplices, folia oblongo-lanceolata pellucido-punctata omnia, cilia calycina glandulifera setacea longissima.

* 8. H. montanum.

Camaldoli, *Castellammare*, *Montevergine.*

9. H. dentatum. *Loisl. et Spr.*

In montibus Aprutii.

Obs. Folia oblonga, vel oblongo-lanceolata obtusiuscula pellucido-punctata, superiora subdentata, flores paniculati, calyces ciliis destituti.

* 10. H. fimbriatum. *Lam.* et *Ten.* Fl. nap. II. pag. 160. *H. Richeri.* Vill. *Delph. 3. p. 501.* et Guss. *pl. rar. pag. 317.*

— — B. *Androsaemifolium.*

In pascuis alpinis Aprutii: *Majella*, *Montecorno. B. Costone*, *M. Corno.*

Obs. Caules simplices, folia non pellucido-punctata.

* 11. H. ciliatum. *Lam.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — A. Foliis ovato-oblongis inferioribus impunctatis, calycibus acutiusculis, paniculae ramis coarctatis. *H. montanum.* Schleich. pl. *exsicc. ex Helv.*

— — B. *Bocconi;* foliis cordato-ovatis pellucido-punctatis omnibus, floribus laxe paniculatis, calycibus ovato-lanceolatis obtusiusculis. *Androsaemum Sambac amplo perfoliato folio.* Bocc. *Mus. pag. 64. tav. 127. fig. 3.*

In collibus siccis: *Camaldoli, Astroni, Gargano.* B. in insula Inarimes.

* 12. H. hirsutum.

In pascuis montosis Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini). Samnii: *Trivento: Matese.*

13. H. pulchrum.

In nemoribus Gargani: *Peschici;* et in *Ginosa, Monopoli:*

14. H. hyssopifolium.

In apricis siccis montium Samnii: *M. Capraro, Capracotta* (Guss.).

* 1. Androsaemum officinale. *All.* et *DC.*

In sylvis et ad sepes umbrosas: *Camaldoli, Valle di S. Rocco.*

Classis Syngenesia.

Syngenesia aequalis Will.

Cichoraceae.

1. Geropogon australis *Spreng. G. glaber et hirsutus. Lin.*

In Daunia: *Gargano, Biccari,* (Baselice). *Ginosa, Polignano, Brindisi.*

1. Tragopogon pratensis.

In pascuis montosis: *Montevergine.*

2. T. dubius *Horn.* et *Spreng.*

In collibus apricis Aprutii: *Salviano.*

3. T. porrifolius.

— — B. *foliis subdentatis.*

In herbidis montosis Apuliae: *Gargano a Cagnano*, B. Calabriae: *Dirupata di Morano.*

Obs. Folia linearia planiuscula; anthodii maculato-glandulosi laciniae 8. lanceolato-lineares, margine undulato-crispae, corollae angustissimae, anthodii triplo breviores, pappus basi nudus.

4. T. eriospermum; caule erecto simplici ultra medium nudo, foliis lanceolato-linearibus strictis, corollis (purpureo-violaceis) anthodia subaequantibus vel eis longioribus, seminibus tuberculosis, pappo basi arachnoideo-floccoso; planta glabra, *Ten.* Fl. med. e part. di Nap. t. 2. pag. 3. Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. 11.

Anthodii laciniae 10-12. lanceolatae planae, corollae purpureo-violaceae latiores quam in *T. porrifolio*, folia undulato-crispa.

In pascuis humentibus: *Agnano, Tavoliere.*

5. T. crocifolius.

In collibus apricis Aprutii: *Salviano.*

1. Urospermum Dalechampii.

In collibus apricis siccis: *Monte nuovo, Gargano.*

2. U. picrioides.

— — A. *Asperum.*

— — B. *litorale.*

A. In collibus circa Neapolim et alibi. B. in maritimis Calabriae: *Reggio.*

1. Scorzonera graminifolia.

— — B. *Major;* caule simplici 2-pedali parce folioso, foliis sesquipedalibus, basi cauleque sub anthodio lanuginosis. An species propria?

In herbidis montosis Aprutii. B. in *M. Bacucco.* (Orsini).

2. S. purpurea.

In collibus Aprutii: *Accumoli,* (Orsini).

3. S. trachisperma *Günth.* et *Spr.*

— — A. *Pubescens;* caule erecto folioso, anthodio, foliisque basi lanuginosis.

— — B. *Glabra;* caule ascendente subaphyllo, anthodio, foliisque glabris.

— — C. *Dubia;* caule erecto aphyllo, foliis basi lanuginosis, anthodio glabro.

In collibus et campis herbidis Calabriae orientalis et Aprutii: A. *Cassano, Cotrone, Amendolara,* (Guss.). B. *Pollino.* C. *M. Corno.*

4. S. humilis.

Gargano, Pollino.

5. S. laciniata.

— — A. *Humilis;* caulibus ascendentibus simpliciusculis, anthodiis canescentibus.

— — B. *Elata;* caule erecto solitario ramoso, anthodiis subcanescentibus.

— — C. *Decumbens;* caulibus ascendentibus ramosis elatis, calycinis laciniis latioribus canescentibus, corollis 2-plo majoribus. Intermedia inter *S. laciniatam* et *S. Tenorii.* An species propria?

In pascuis montosis: A. *Monte Corno*, B. *Lucania*, C. *Salviano, Velino.* Vulgo. *Puzedda.*

6. S. Tenorii *Presl.*

In collibus et campis argillosis Calabriae: *Roccella, S. Leonardo di Cutro*, et in Lucania: *Ginosa.*

7. S. calcitrapifolia.

In collibus et campis argillosis maritimis: *Melito, Cassano, Brindisi, Lecce, Gargano, S. Gio. rotondo, S. Marco in Lamis.*

Obs. Anthodia subglobosa maxima, squamis intus penicillato-lanatis, caulis erectus; caeterum praecedenti simillima.

8. S. octangularis.

— — A. Caule erecto 2-pedali, anthodio glaberrimo.

— — B. *Decumbens;* caule decumbente.

In collibus et campis argillosis: A. *Campobasso, Principati, Gargano*, B. *Salviano, Pollino.*

Obs. Var. B. a varietate C. *S. laciniatae* differt foliorum laciniis latioribus, anthodiis glabris flosculorum longitudine.

9. S. hirsuta.

In campis argillosis: *Tavoliere, Gargano, Alberona, Basilicata, Bari, Ginosa, Lecce.* Vulgo *Panefava.*

10. S. angustifolia Kitaib. pl. Hung. t. 2. tab. 122. An *S. Columnae.* Guss. pl. rar. pag. 321. tab. 54?

Cum praecedente.

Obs. Iisdem in locis a cl. *Columna* indigitatis, et cum *S. hirsuta* semper crescentem, hanc tantum legi speciem. Caeterum ejusdem differentia a *S. Columnae* Guss. ex ipsius cl. auctoris sententia, in papporum setularum vel pilorum longitudine et numero quaesita, ad duas plantas inter se omnino similes discriminandas nimis mihi videtur infirma.

1. Sonchus maritimus.

In arvis Dauniae: *Candelaro;* Peucetiae: *Bari.*

2. S. oleraceus.

In arvis frequens.

Obs. Semina subcylindrica scabra.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

3. S. asper *Spreng.*

In pinguibus humidis: *Orti presso Napoli, Gargano.*

Obs. Semina ovata laevia 5-nervia, membranacea marginata.

4. S. palustris.

Ad agrorum, et rivulorum margines.

5. S. arvensis.

In arvis argillosis Calabriae: *Tarsia, Spezzano Albanese.*

6. S. picroides Lam. *Scorzonera picroides* Lin. *Picridium vulgare.* Desf.

In arvis communis; vulgo *Caccialepri.*

7. S. tenerrimus L. *S. italus* Spreng. *Chondrilla juncea* Bauh. *hist. 2. pag. 1020. ic. mala* (nec *hist. 1. pag. 120*; sicut typographica menda apud auctores plerumque scriptum est).

In tectis, et in agris communis.

Obs. Foliis pinnatis et bipinnatis, anthodiis basi tomentosis nudis ludit; idcirco *S. italum* Spreng. a *S. tenerrimo* haud disjungendum mea fert opinio. Semina subcylindrica striata scabra aureo-fusca.

1. Lactuca saligna.

— — B. foliis inferioribus pinnatifidis, laciniis subintegerrimis.

Ad sepes et in campis frequens.

2. L. virosa.

Principati, Terra di Lavoro, Basilicata, Abruzzi, Gargano.

3. L. Scariola. *Molise, Abruzzo ultra.*

4. L. perennis.

In herbidis montium: *Taburno,* (Graefer). Aprutii: *Morrone,* (Guss.): *Velino.*

5. L. tenerrima.

Abruzzo Ultra, Distretto di Solmona, (Gravina).

1. Chondrilla juncea.

In collibus siccis apricis circa Neapolim: *Capodimonte, S. M. del Pianto, Bagnuoli, Pozzuoli.*

1. Prenanthes muralis.

In vallibus circa Neapolim: *Valle di S. Rocco, Ponti rossi, Camaldoli.*

2. P. purpurea.

In nemoribus montanis Aprutii: *Vallone di S. Spirito alli trocchi*

3. P. viminea.

— — B. floribus fasciculatis, foliis duplo latioribus, lacinia terminali triangulari abbreviata, caule simplici. An species propria?

In nemoribus Samnii: *Matese, Trivento,* (*Scarano*); *in Gargano;* B. in Aprutio: *M. di Pizzoli,* prope Aquilam, (Cecchetti); *Solmona.*

Obs. In utraque varietate folia sunt decurrentia et basi lanata, in A. folii lacinia terminalis est longissima lateralesque lineares et subintegerrimae, vel basi tantum superius dentatae conspiciuntur.

In var. B. vero, folia habent laciniam terminalem triangularem caeteris aequalem, quae oblongo-lanceolatae utrinque obiter dentatae observantur. Itidem var. A. habet caulem valde ramosum et flores solitarios, vel rariter 2-4 in quavis folii axilla; dum in B. caulis est simplicissimus et flores sunt fasciculati. Quibus notis ad *P. acanthifoliam* potius quam ad *P. vimineam* nostram plantam pertinere diceres, nisi huic folia pedalia, fere *Acanthi,* lyrato-runcinata ab auctoribus tributa essent.

1. Leontodon Taraxacum.

— — B. *corniculatus;* foliis magis incisis, laciniis acutis. *L. nigrescens.* Hortul.

In pratis commune. B. in pascuis montanis: *Castellammare, Montevergine, Majella.*

2. L. alpinus Hoppe. *L. alpinum* Guss. pl. rar. pag. 391. quoad descriptionem.

In pratis alpinis: *Pollino, Majella.*

3. L. apenninus; involucro erecto, squamis ovato-oblongis obtusis, foliis subcoriaceis circumscriptione oblongis, interrupte runcinato-pinnatifidis, laciniis triangularibus vel lanceolatis divergentibus, vel tantum inaequalibus dentatis crispisque, racheos basi late membranacea, pedunculis post anthesim deflexis, floribus non refractis; seminibus apice hispidis, planta glaberrima lucida lacte virens. *Ten.* Relazione del viaggio di Abruzzo, pag. 83. *L. alpinus.* Guss. plant. exsicc. ex Aprutio (fide speciminis) non Hopp. et non Guss. pl. rar. An *L. Stevenii* Spreng ?

In pratis alpinis Aprutii cum praecedente, cum *Hieracio Columnae* Ten. *Apargia alpina, A. taraxaci: Monte Corno,* (ai Renani): *Morrone, Majella,* ubi cum *H. Columnae* simul colligitur et indiscriminatim utraque *vulgo Cicorietta di montagna, o di Salle,* appellatur.

Obs. Planta *H. Columnae* caeterum simillima ab ea differt in primis seminibus hispidulis stipitatis, nec glaberrimis sessilibus A *L. alpino,* cui minus est affinis, glabritie et forma foliorum, involucri squamis adpressis omnibusque partibus duplo minoribus differt. A *L. laevigato* discedit tamen foliorum lacinia extima minime parabolica, caeterisque dentatis nec integerrimis, florendi tempore aliisque notis.

4. L. palustris *Smith.*

In pascuis humidis: *Fusaro.*

5. L. taraxacoides. *Hoppe.*

In pascuis montosis: *Cerealto, Bagnuli* (Guss.): *Majella.*

Obs. A *L. alpino* foliorum lacinia extima parabolica nec triangulari statim dignoscitur.

6. L. glaucescens *M. B.*

In pascuis alpinis cum *L. apennino.*

7. L. bulbosus Lin. *Hieracium bulbosum.* Will.

In umbrosis humentibus: *Falde di Monte nuovo, Valle di S. Rocco, Pozzelle, Camaldoli,* et alibi.

* 1. Apargia autumnalis.

In pratis montanis Aprutii: *Ovindoli, Rocca di mezzo.*

* 2. A. saxatilis; scapo basi subramoso subfolioso, calyceque hispido, folis pinnatifido-dentatis, laciniis divergentibus integerrimis hispidis pilis furcatis, pappo substipitato. *Ten.* Fl. nap. prodr. p. 46. Synopsis, in Catal. H. R. N. edit. 1. pag. 67. et edit. 2. pag. 59. Fl. nap. tom. 2. pag. 168. tav. 72. *Hieracium alterum saxatile montanum.* Colum. *Ecphr. 1. p. 244. tab. 243.*

— — A. scapo ramoso.

— — B. scapo indiviso, foliorum laciniis plerumque elongatis *A. hispanica.* Lang. pl. exsicc. ex agro ruthenico Centur. 2. n. 101.

Inter saxorum rimas, in montibus insulae Caprearum, Stabiarum, Aprutii etc.

— — B. in *Gargano.* Perennis.

Obs. Ab *A. hispida* differt foliorum dentibus vel laciniis valde remotis, plantae canescentia, anthodio basi aucto squamis elongatis patulis, radice caulescente lignosa ramentis petiolorum emarcidis undique tecta.

* 3. A. hispida.

In herbidis apricis montosis Hirpinorum: *Bagnuli* (Guss.). Apulia: *Murgie;* Aprutii: *Colli, Majella.*

Obs. Folia viridia lanceolata, crebre dentata dentibus brevibus triangularibus erectis, scapus glabriusculus, anthodium lanatum.

4. A. crispa.

— — A. *macrorrhiza;* humilis, foliis pinnatifidis hirtis, laci-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

niis acutis angustissimis dentatis, scapo-anthodioque glabriusculo. An *A. macrorrhiza* Guntheri, *ex Spreng. System. vegetab. 3. pag. 665?* sed in nostra pili trifurcati non simplices.

— — B. Elata; foliis runcinato-pinnatifidis, laciniis remotis dentatis.

In pascuis montium Aprutii: A. *Velino*, B. *Majella*, *Monte Corno*.

* 5. A. cichoracea; scapo squamoso 1-floro glabro, foliis obovatis dentato-runcinatis glabriusculis, petiolis hirtis pilis furcatis simplicibusque, calycinis squamis acutis hirtis, radice tuberoso-fasciculata. *Ten.* Fl. nap. prodr. p. 46. (1811) et Fl. nap. II. pag. 166. tav. 71. *A. fasciculata.* Biv. *Stirp. rar. manip.* 2. tab. 2. (1814) et Spr. *Syst. veg. 3. pag. 664.*

In pascuis montosis: *M. S. Angiolo di Castellammare al Piano di Faito, Pollino, Ruggia, Martina, Ginosa; Monti di Abruzzo.* Perennis.

6. A. incana Scop. *Gargano.*

7. A. alpina.

In editioribus montibus Aprutii: *M. Corno, Majella.*

8. A. aurantiaca *Kit.* non *A. aurea* Willd.

In glareosis alpinis Aprutii: *Costone* (Guss.): *M. Corno, M. Amaro, Majella, Focaleto, Velino.*

Obs. Scapus depressus flexuosus, folia angustissima.

9. A. Rosani; scapo nudo unifloro glabriusculo prope florem hispido, foliis runcinato-pinnatifidis hispidis lobis remotissimis, terminali triangulari-hastato pilis glochidiatis, calycibus hispidis, radice fibrosa. Ten. Ind. Sem. H. R. Neap. pro 1825 (in notis) pag. 11. Ad Fl. neap. prodr. app. V. p. 26.

In collibus circa Potentiam (Rosano); in insula Inarimes: *discesa de lo jetto, alle falde dall' Epomeo,* (Guss.).

Obs. Ab *A. Villarsii* differt in primis pilis glochidiatis non simplicibus.

10. A. Villarsii.

— — B. Foliis glabriusculis.

In Aprutii montibus: *Monte de' fiori.*

* 11. A. Taraxaci.

In glareosis Aprutii: *M. Corno, Majella.*

12. A. hastilis.

— — B. foliis spathulato-oblongis obiter dentatis.

In pascuis alpinis Aprutii: *Chiarino, Bilancino.* B. *Majella.*

1. Thrincia hirta.

Majella.

2. T. nudicalyx *Lagasc.*

— — B. *Glabra.*

In collibus argillosis Aprutii: *Giulia nova,* (Orsini). B, *Majella.*

Obs. In utraque calyces glaberrimi non hirti, ut in *T. hirta*, cum qua immerito a cl. *Spr.* associatur; in B. folia subintegerrima glabriuscula.

* 3. T. tuberosa Cand. *Apargia tuberosa* W.

— — B. foliis runcinato-pinnatifidis. *Apargia lyrata.* Ten. Fl. nap. Prodr. pag. 46.

In pratis arenosis et montanis: *Pozzuoli, Baja, Principati, Gargano, Bari, Ginosa, Lecce, Calabria;* B. *Monopoli.*

Obs. In B. foliorum facies omnino diversa, laciniis oblongis utrinque remote dentatis.

* 1. Hyoseris radiata.

In campis Apuliae.

* 1. H. lucida.

Ad agrorum margines et in collibus Puteolorum.

* 5. H. scabra.

Bari, Lecce, Basilicata, Principati, Caserta, Capua.

* 1. Hedypnois tubaeformis; caulibus diffusis, incurvis ramosis, foliis obovato-spathulatis subdentatis hispidis, pilis simplicibus, calycibus hispidis, pedunculis clavatis fistulosis maximis. *Ten.* Fl. nap. II. pag. 179. tav. 73.

In collibus apricis insulae Caprearum, Lucaniae, Apuliae: *Tavoliere.*

Obs. Caulis omnino humifusus, folia cuneiformi-oblonga obiter dentata, anthodia hispida.

* 2. H. rhagadioloides.

In collibus apricis: *Capri, Campobasso.*

Obs. Caules erecti, folia profunde dentata, anthodiaque hirta.

* 5. H. monspeliensis.

In arenosis maritimis: *Miseno: Fusaro.*

Obs. Caules ascendentes ramosissimi, folia elliptica integerrima glabriuscula, anthodia glabra.

4. H. coronopifolia; caulibus diffusis glabris, foliis oblongo-spathulatis obtusis profunde dentatis pube tripartita hispidis, anthodio hispidiusculo, pedunculis incrassatis. *Ten.* Fl. nap. prodr. pag. 46. Synops. ed. alt. pag. 60. *Spr.* Syst. veg. 3. p. 670.

— — A. Scapis declinatis aphyllis.

— — B. caulibus ramosis ascendentibus.

— — C. foliis subpinnatifidis.

In collibus siccis: *Principati, Basilicata, Lecce;* B. et C. in arenosis maritimis: *Bagnuoli, Pozzuoli.*

* 1. Picris hieracioides.

In arvis et pascuis communis.

2. P. scaberrima; caule angulato erecto, foliisque pinnatifidis laciniis linearibus divaricatis remote dentatis hispidis, floribus subsessilibus lateralibus, anthodiis albo-tomentosis, foliolis latiusculis, pappo subsessili plumoso; planta undique pilis glochidiatis densis tecta. *Guss.* pl. exs. ex. Calabria. (inedita.)

Caulis 1-3-pedalis, folia radicalia ....., caulina inferiora sessilia runcinato-pinnatifida, superiora sinuato-dentata, omnia undulato-crispa; flores in summitate caulis alterni subsessiles, inferiores plerumque abortientes, superiores magnitudine *P. hieracioidis;* anthodii squamae lanuginoso-incanae; semina badia transverse striata.

In Calabria legit primum *cl. Thomas: Spezzano Albanese;* nuperrime autem in iisdem locis et *Tarsiae* cl. *Gussonius* invenit, et specimina mecum benevole communicavit. Peren.

3. P. aculeata.

In collibus maritimis Calabriae: *Trebisacce, Amendolara, Cariati,* Japygiae (Guss.).

5. P. grandiflora; caule erecto striato paucifloro, foliisque lanceolato-linearibus denticulato-ciliatis vel integerrimis acuminatis scabris, calyce nigricante hispido, exteriore patente, pedunculis squamosis, radii flosculis profunde 5-fidis, pappo subsessili plumoso *Ten. P. pauciflora?* Guss. plant. exsicc. ex Aprutio.

Caulis 1 1/2-2 pedalis; folia radicalia 3-poll. long. 5-6 lin. lat. caulina 5-poll. lon. 4-6 lin. lat; flores corymbosi terminales duplo majores quam in *P. hieracioide* (12-15 lin. diam.), pedunculi squamosi, anthodii squamis nigris, interiores (5-6 lin. long.), exteriores sensim breviores, plerumque adpres-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

sae; corollae radii (6. lin. long.) apice in 5 dentibus (2 lin. long.) divisae. Semina badia striata punctis serialibus transverse impressa; pappus subsessilis plumosus. Planta pilis brevibus simplicibus vel glochidiatis undique conspersa. *Perennis.*

In Aprutii sylvaticis montosis: *Chiarino, Pietracamela*, (Guss.).

* 1. Helminthia echioides.

Ad agrorum margines et in humentibus frequens.

2. H. humifusa *Trevir.* Act. Acad. Leop. Carol. t. XIII. part. 1, pag. 295.

In collibus circa Potentiam (Rosano).

Obs. Sicut recte suspicatus est cl. *Treviranus* (loc. cit.), hujus plantae patriam ignorans, eam regionum meridionalium hospitem esse experientia probavit.

1. Hieracium alpinum.

In editioribus montibus Aprutii: *Majella.*

2. H. Columnae: scapo subnudo, calycibus glabris, foliis nitidis (lacte virentibus) runcinato-pinnatifidis, laciniis divaricatis lanceolatis integerrimis obtusiusculis, radice fibrosa. Ten. Fl. nap. prodr. app. 5. pag. 26. Guss. pl. rar. pag. 392.

— — A. scapo unifloro indiviso nudo, anthodio glabro. *Apargia lucida.* Ten. Fl. nap. t. II. pag. 164. tab. 70. *Hieracium pumilum* 4. Colum. Ecphr. 2. p. 29. t. 31.

— — B. calycibus hispidis basi subfarinoso-puberulis, scapo unifloro, foliis runcinato-pinnatifidis subintegrisque.

— — C. scapis subramosis plerumque bifloris, foliis calycibusque ut in praecedente. *Hieracium pumilum.* Ten. *Viaggio in Calabria pag. 128*, et *Florae Neap. Prodr. app. V. p. 25.* non *Hoppe.*

In pratis elatioribus Samnii (*Capracotta* Guss.) *Matese;* Aprutii: *Monte Corno, Campo Aprico* (Guss.), *li Renani, Casella di Vado, Majella; C. Velino, Pollino, Ruggia; M. de' Fiori, Monti di Civitella* (Orsini).

Obs. A *Leontodonte apennino*, cui valde simile, differt inprimis seminibus glaberrimis pappo sessili, nec hispidis pappo stipitato. An planta sub var. C. relata revera ad hanc pertinet speciem, vel potius in speciem propriam recipi debeat, dubius adhuc haereo.

3. H. dubium.

— — B; scapo unifloro.

In nemoribus Aprutii: *Majella, Monte Corno.*

4. H. bifidum.

— — B. Scapo unifloro.

In sylvaticis Magellae.

5. H. Pilosella.

— — A. *Vulgare;* foliis radicalibus lanceolatis, in flagellis linearibus, pilis albis.

— — B. *Obovatum;* foliis radicalibus obovatis, anthodii foliolis lincaribus incanis, pilis albis.

— — C. *Macranthum;* foliis radicalibus obovato-oblongis, anthodii laciniis late ovalibus rotundatis, floribus amplis, pilis albis. An species propria?

— — Cc. pilis ferrugineis.

In pratis montium Aprutii: C. et Cc. *Velino, Majella, alli trocchi.*

Obs. An plantam sub *var.* C. relata, ob folia obovata, flores duplo majores et anthodii foliola ovalia pilis nigricantibus passim obsita, in distinctam speciem sumere oporteat, ulteriori disquisitioni commendare juvat.

6. H. pseudo-pilosella; foliis lanceolato-linearibus petiolatis integerrimis pilosis, scapo subaphyllo unifloro undique piloso, stolonibus reptantibus, calyce densissime nigro-sericeo-villoso. Ten. Fl. nap. Prodr. suppl. 2. pag. 69. Synops. edit. altera pag. 61

In pratis montium Lucaniae: *Pollino, Carbone,* et in Magella.

Obs. Folia angustissima, utrinque attenuata, radicalia in petiolum longe producta, nec non scapi summitas et anthodium nigra lana densissime villosum, hanc plantam a praecedente distinguere faciunt.

7. H. murorum.

— — B; Barrelieri; caule nudo, foliis subintegerrimis. *Pulmonaria gallorum rotundifolia laevior.* Barr. obs. 1045, ic. 342.

Ad rupes montium Hirpinorum: *Montevergine;* Aprutii: *Majella.*

8. H. prunellaefolium.

In glareosis alpinis Aprutii: *Costone Intermesole* (Guss.) *M. Corno, Focaleto,* e *Monte Amaro* in Magella.

9. H. humile.

Majella.

10. H. praealtum.

— — B; caule villoso. *H. obscurum.* Reichemb. *Icon. tom. I. pag. 64. et 92. fig. 115.*

In nemoribus Aprutii; B. in *Monte Gargano.*

11 H. fallax W. *H. cymosum* Sebast. et Mauri.

In nemoribus Stabiarum: *Monte S. Angelo.*

12. H. cymosum L.

— — A. *H. Columnae.* Reich. Icon. t. 1. pag. 18. fig. 34.

— — B. longifolium. *H. sabinum. Sebastiani et Mauri* Flor. Rom. prodr. pag. 270. tav. 6. fig. 2.

In nemoribus Aprutii: *Majella.*

13. H. piloselloides.

In monte Magella.

14. H. bifurcum.

Ischia, Castellammare, et in Aprutii montibus.

15. H. glaucum. Allioni Flor. pedem. tab. 81. fig. 1.

In glareosis editioribus Aprutii: *Majella, Monte Corno.*

Obs. Flore duplo minore, anthodio laxo, foliisque glabriusculis glaucis ab affine *H. villoso* differt.

16. H. villosum.

— — B; caule unifloro.

In Aprutii montibus: *Majella.*

17. H. molle.

In ulteriori Aprutio.

18. H. andryaloides.

In rupibus alpinis Samnii: *Capracotta, Monte Capraro* (Guss.) Aprutii: *Morrone, Velino, Monte Corno.*

19. H. crinitum.

Ad muros et in umbrosis sylvaticis circa Neapolim: *S. Efrem Vecchio, Camaldoli.*

20. H. vulgatum *Fries.*

In sepibus obvium.

21. H. sylvaticum *Lin.*

In sylvis frequens.

22. H. sabaudum. Gmelin. Fl. sibir. tom. 2. pag. 14. fig. 2.

In collibus circa Neapolim: *Valle di S. Rocco.*

23. H. paludosum.

In paludibus Calabriae: *Paludi di Monte Ciccio alla Sila.* (Thomas).

24. H. praenanthoides.

— — B. Villosum.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In sylvis Samnii: *Monte di Mezzo* (Guss.); Aprutii: *Majella;* B. *Pizzo di Sivo* (Orsini) *Monte de' Fiori.*

25. H. amplexicaule.

— — B. *pulmonarioides.*

In pratis editioribus Aprutii: *Majella, Monte S. Franco, Costone, M. Corno.*

26. H. umbellatum.

In sylvaticis circa Neapolim: *Camaldoli, S. Rocco.*

1. Crepis pulchra *Lin.* Prenanthes hieracifolia *W.*

Ad sepes Samnii: *Piedimonte di Alife;* Hirpinorum: *Avellino,* Lucaniae et Apuliae.

2. C. Dioscoridis.

In campis Calabriae.

3. C. neglecta.

In pratis montosis Calabriae: *Campotenese.*

4. C. virens Vill. DC. et Gay. (*Specimina exsiccata ex Gallia*) *C. agrestis* Ten. *Fl. nap. t. 2. pag. 178. an Kitaib?*

In arvis siccis Apuliae.

Obs. Plantam, quam in Gallia sponte nascentem ipse legi (in arvis siccis inter *S. Cloud* et *Versailles,* cum *Campanula rotundifolia* et *Ericis* variis) ad hanc speciem certe spectat, sicut et specimina quae cl. *Gay* mihi largitus est abunde probarunt. Haec autem ob anthodium hispidulum, potius cum *C. agresti* Kitaib. conjungenda est, minime vero cum *C. neglecta*, cui a cl. *Sprengelio* associatur.

5. C. corymbosa; caule tereti hirsuto basi ramoso, foliis radicalibus spathulato-runcinatis, caulinis lanceolato-sagittatis basi multifidis, floribus corymboso-paniculatis, anthodiis hispidis. *Ten. Fl. nap prodr. pag. 47.* Synopsis *edit. altera pag. 60.* Spreng. *Syst. Veget. 3. pag. 636. Cichorium sylvestre alterum.* Colum. *Ecphr. pag. 235. tab. 236?*

— — B. *humilis;* caulibus numerosis simplicibus, foliis minus incisis.

In saxosis Apuliae: *Gargano,* Campaniae: *Monti di Caserta,* B. *murgie di Martina,* (Marinosci). Annua.

6. C. cernua; caule basi ramoso foliisque glabris, radicalibus spathulato-runcinatis pinnatifidisque, laciniis angulato-dentatis, caulinis hastato-lanceolatis, pedunculis cernuis, anthodiis glaberrimis. Ten. *Fl. nap. Prodr. pag. 47.* Synopsis *loc. cit.* Spreng. *Syst. Veget. 3. pag 636.*

In collibus et arvis circa Neapolim frequentissima. Annua.

7. C. biennis.

In sylvaticis apricis Calabriae: *Sila.*

Obs. In nostris speciminibus calyx laevis nec muricatus observatur.

8. C. lacera; caule angulato subglabro simpliciusculo basi farinoso, foliis hispidulis radicalibus runcinato-pinnatifidis sub bipinnatifidisque, laciniis acuminatis dentatis, caulinis lincaribus basi pinnatifidis, floribus paniculatis thyrsoideis, anthodio albo-tomentoso involucro adpresso; planta glaucescens pedalis altitudinis. Ten. Fl. nap. prodr. suppl. 2. pag. 71. Fl. nap. tom. 2. pag. 179. tav. 74. Spreng. Syst. veg. tom. 3. p. 637. Reich. Icon. 1. pag. 19. tab. 19. fig. 36. *Hieracium garganicum saxatile glabrum elegantissimum suillos et apros occidens Domini Michelii.* Tilli *Hort. Pisan. pag. 81.*

Inter saxorum, ac montium calcareorum rimas: *Monte S. Angelo di Castellammare, Monti di Caserta, di Arienzo, Montevergine, Gargano, Monti di Abruzzo, Valle oscura, Assergio, Dirupata di Murano in Calabria Citeriore, Martina, Ginosa,* etc. Perennis. Vulgo *Angina.*

Obs. In icone cl. *Reich.* loc. cit. corollae duplo minores quam in natura repraesentantur.

Venenatissima planta lacte maxime acri scatens; eademque cum aliis sponte nascentibus *cichoreis* ad jusculum conficiendum lecta, saepe illa comedentes miserrime necavit.

1. Borkausia vesicaria Spreng. *Crepis taraxacifolia* DC. et Thuill. non Willd. *C. praecox. Balbis; Misc. taurin. t. 9. C. taurinensis W. C. vesicaria et scariosa.* Lin. *Cichorium pratense vesicarium.* Column. *Ecphr. I. p. 238. ic. 237.*

In pascuis humidis: *Fusaro, Agnano, Capua, Tavoliere, Basilicata, Campobasso, Abruzzi, Calabria.*

Caulis hispidus vel glabriusculus plerumque sesquipedalis e basi vel tantum apice ramosus, bracteae et involucri squamae laeves scariosae anthodii demum breviores, pappi stipitati, folia plus vel minus secta. Uti in congeneribus aliquot, an thodii pilis simplicibus vel glandulosis ludit.

Obs. Accuratioribus quibus potui observationibus expertus sum, *C. vesicariam* et *C. scariosam* Lin. ad unam eandemque speciem pertinere; atque ad illam certe de qua *Columna* noster in *Ecphrasi* (loc. cit.) loquutus est. Planta nempe in Apulia crescens, quae iisdem in locis a *Columna* indigitatis, tum Florae Neapolitanae perlustratoribus omnibus, tum mihimetipsi obvia venit, non est nisi *Crepis vesicaria* Linn. Nec mirandum est cl. Willd. *C. scariosam* a *C. vesicaria* diversissimam praedicasse; constat enim plantam, quam *C. scariosae* nomine in *Sp. pl. 3. pag. 1555.* claris. auctor inseruit, nec siccam nec vegetantem vidisse, et plantarum minus cognitarum signo eam denotasse. Quapropter *C. scariosae* differentiam ab icone tantum *Columnae* quaesivisse dicendum est. In icone autem cl. *Columnae* ramuli pars superior floribus onusta seorsum prolata, plantae nostrae et *C. vesicariae Linn.* diagnosi adprime respondet; reliquae vero iconis partes, et praesertim semina pappo sessili praedita, ad illam minime pertinere, et forsam ab alia planta, vel ab ipsa *C. vesicaria* vix florente depromptae esse videntur. Simili rationi *C. vesicariae* descriptionem a *Willdenowio* perbelle concinnatam, nostrae plantae omnibus numeris convenire diceres, si de squamarum involucri proportione rationem habere nolueris. Sunt enim eae squamae subrotundo-ovatae et calyce duplo breviores in prima floris evolutione, oblongae verò et calycis fere longitudine post anthesin.

Hoc tandem in meae sententiae auxilium adjicere juvat, quod plantam ipsam, quam *C. taurinensis* vel *C. praecocis* nomine botanici Helvetici ad me miserunt, nostrae plantae omnino simillimam deprehendi; nam, etsi in ea involucri squamae angustiores et margine minus scariosae conspiciantur, haec differentia, juxta hujus particulae supra monitam variabilitatem, locorum diversitati tribuenda esse existimo. Pappus, enim stipitatus, et caeteri essentiales characteres omnibus communes, ad eamdem speciem has plantas pertinere suadent.

2. B. taraxacifolia Spreng. *Crepis taraxacifolia.* Will. non Thill. DC. *Lagoseris taraxacoides.* Reich. *Icon. bot. cen. 1. pag. 28. tab 29. fig. 63.*

— — B. *tenerrima;* caulibus subaphyllis solitariis fragilibus, floribus duplo minoribus, anthodiis plerumque glabriusculis. *Borkausia tenerrima.* Ten. Index sem. H. R. Neap. pro anno 1830. in notis pag. 14.

In umbrosis humentibus A. in Lucania: B. prope Neapolim: *Ponti rossi, Monte Nuovo, Agnano, Camaldoli.*

Obs. Involucri squamis lincaribus et setaceis illis anthodii omnino similibus, nec oblongis scariosis, haec species a praecedente statim dignosci potest.

3. B. purpurea Bivon. et Spreng.

In pascuis Aprutii: *Chiarino.*

4. B. rubra Link. *Crepis rubra* L.

— — A. *Caulescens;* Caule erecto solitario ramoso folioso, foliis runcinato-lyratis et runcinato-pinnatifidis, laciniis acutis acute dentatis, involucri squamis scariosis.

— — B. *Scapigera;* foliis omnibus radicalibus, scapis a-scendentibus declinatisve, omnino aphyllis vel folio unico mi-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

nori prope basim instructis, foliorum laciniis obtusis subintegerrimis, involucri squamis scariosis. An *Crepis incarnata*. Visiani. Stirp. dalm. rarior. pag. 1. tab. 6. fig. 2.

— — C. *Tenuis*; planta omnibus partibus duplo minoribus, scapis filiformibus 2-3 pollicaribus, foliis hirtis laciniis remotis, involucri squamis setaceis.

In campis argillosis A. *Bari*, *Lecce*, *Basilicata* B. C. *Gargano*, *Tavoliere*.

5. B. foetida.

— — A. Caule plerumque e basi ramoso, ramis ascendentibus, calycibus eglandulosis.

— — B. Caule plerumque simplici stricto, calycibus glandulosis. *Crepis glandulosa*. Guss. *pl. rar. pag. 329. tab. 56.*

— — C. caule e basi ramosissimo calycibus glandulosis.

In collibus et campis asperis Campaniae, Lucaniae, Aprutii, Apuliae et Calabriae, varietates A et B. promiscue crescunt; C. in *Gargano*.

Obs. Varietas B. non solum in nostro regno, sed etiam in aliis regionibus crescit, et prope Susam anno 1824, julio mense, florentem mihi legere datum fuit. Quibus tamen certis characteribus haec planta a *B. foetida* divelli possit nescio indigitare; nam in hac quoque pili quandoque glandulosi evadunt, dum in ipsa varietate, pilorum glandulae haud raro evanidae conspiciuntur. De foliorum incisione, necnon de caulis directione vel ramificatione nemo certe rationem habebit, si summam harum partium in congeneribus speciebus incostantiam meminisse voluerit. Hoc tantum de hac planta adjicere satis habeo, quod ad characterem varietates omnes complectentem pertinet, et in receptaculo valde piloso, nec nudo agnoscere licet.

6. B. hispida.

— — B. caule valde ramoso, foliis caulinis basi profunde hastato-pinnatifidis, laciniis elongatis, anthodiis hispidissimis. *Crepis setosa Hall. fil. Borkausia setosa*. DC. et Duby. bot. *gall. 1. p. 290*. Dec. *Ic. rar. t. 19*.

In pascuis humentibus: B. *Fusaro*.

1. Andryala integrifolia Lin.

— — B. Foliis inferioribus runcinatis. *Rothia runcinata*. Roth. et Will.

In arvis Calabriae: *presso Filogosi* (Thomas) B. circa Neapolim.

2. A. sinuata Lin. *Rothia cheiranthifolia*. Roth. et Will.

In collibus apricis siccis: *Camaldoli*, *Ischia*.

Obs. Nisi anthodii foliola interiora cum paleis receptaculi commutare voluerit, receptaculum margine paleaceum in *Rothiis* frustra quaesiveris; itidem ob pappum caducum in plurimis *Andryalis* semina marginalia nuda deprehendes. Quapropter *Rothiae* genus cum *Andryala* iterum recte conjunxerunt clss. *Decandollius* et *Duby* (Bot. gall. 1. pag. 305).

1. Seriola aetnensis.

In tectis ubique et in collibus siccis Apuliae: *Gargano*, Lucaniae: *Casalicchio*. etc.

2. S. cretensis.

— — B. Glabrata; foliis glabriusculis. Guss. pl. rar. pag. 331.

In arenosis maritimis Calabriae: *Melito*, *Corigliano*, *Marina di Stilo*, (Guss.).

Obs. Ob anthodium imbricatum, et semina disci stipitata, inter *Hypocheridem et Seriolam* anceps manet.

3. S. alliata Biv. An *Hypochaeris macrorrhiza* Gunth. et Spreng. Syst. veg. 3. pag. 669?

Ad rupes umbrosas prope *Bagnara* (Gussone).

1. Hypochaeris pinnatifida; caulibus subsimplicibus nudiusculis subglabris, foliis radicalibus runcinato-pinnatifidis laciniis lanceolatis repandis subintegris cuspidatis, caulinis lineari-filiformibus anthodiisque hispidis, pilis simplicibus. *Cyril. Plant. rar. fasc. 3. tab. 5.* (inedit.). Ten. *Prodr. pag. 46.* (sub nomine *Apargiae*) Synopsis; *edit. prima* (1815) *pag. 67. et edit 2.* (*1819*) *pag. 60. Robertia pinnatifida*. Spreng. *Syst. Veg. 3. pag. 661.*

— — B. *Glabrata*; foliis minus incisis anthodiisque glabriusculis. An *Hypochaeris macrorrhiza*. Spreng. Syst. Veg. tom. 3. pag. 669?

In pratis montium Samnii: *Matese*, Aprutii: *Velino*, *Monte grande*, *Monte de' Fiori*, *Monte corno*, *Majella*, Calabriae: *Pollino*, *Cocuzzo*, *Aspromonte* B. *Majella*, *a Tittone*, *e Matese*.

Obs. Immerito certe cl. *Sprengelius* hanc plantam ad *Robertiam* traxit, nam ob anthodia imbricata et pappos disci stipitatos, sub *Hypocheridem* legitimam militare debet. In icone *Cyril.* loc. cit. anthodia perperam simplicia repraesentantur.

2. H. radicata.

In pascuis sterilibus communis.

3. H. dimorpha.

In pascuis arenosis obvia: *Bagnuoli*, *Fusaro*, *Pompei*.

4. H. arachnoides. Poiret *Dict. Encyl. 5. p. 572*. Biv. *Cent. pl. sic. 2.* (*1807.*) *pag. 31. H. minima*. Desf. Will. et Pers. non Cyrill.

In arvis arenosis maritimis: *Fusaro*, *Torre dell' Annunziata*, *Agnano*, *Pozzuoli*.

Obs. Nostra planta anthodio glabro gaudet.

5. H. minima. Cyrill. *pl. rar. fasc. 1. p. 29. t. 10. H. glabra*, var. B. Ten. *Fl. medica. e particol. di Napoli, tom. 2. p. 27.* An *H. glabra* Lam. *Encycl. ill. t. 656. f. 1.* non *Lin.?*

Obs. Caule ramoso et simplici, ac altitudine pedali ad 4-pollicarem ludit; sed folia semper obovata obiter dentata, nec lanceolata acute dentata utrinque acuta, ut in *H. glabra* Lin. Icon *Florae Danicae* tab. 424, quae ad *H. glabrum* laudatur, plantam a nostra omnino diversam repraesentat. Illa vero cl. *Lamarckii*, ob folia hirsuta et minus acuta ad hanc potius pertinere videtur.

1. Tolpis grandiflora; caule simpliciusculo corymbifero, foliis radicalibus lanceolatis dentatis, involucro calyce farinoso longiore, laciniis setaceis squarrosis, pappo 6-9-aristato; planta glabra glaucescens, flores citrini pollicaris diametri. *Ten. Viaggio in Basilicata e Calabria, pag. 128.*

In nemoribus Lucaniae: *Falde del Sirino*. Perennis?

Obs. A sequenti differt pappo multi-setoso, floribus duplo majoribus; a *T. altissima Pers.* discedit praesertim involucro squarroso.

2. T. umbellata *Bertol.*

Ad agrorum margines Campaniae, Hirpinorum, Samnii, et Lucaniae.

3. T. barbata.

In collibus siccis: *Monte nuovo*: in Hirpinis, Campania, et Lucania.

1. Lapsana communis.

In arvis et ad sepes.

1. Rhagadiolus edulis *Gaert. R. intermedius*. Ten. *Fl. med. e part. di Nap. t. 2. pag. 25.*

Ad agrorum margines.

2. R. stellatus W. Ibidem.

1. Catananche lutea.

In pratis sterilibus: *Tavoliere*, *Bari*, *Basilicata*.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 1. Zacyntha verrucosa.
In collibus siccis: *Monte nuovo, Formicola, Caserta, Principati, Basilicata, Lecce.*
* 1. Cichorium Intybus.
Ad viarum et agrorum margines.
2. C. pumilum *Jacq.*
In arvis Apuliae.

Obs. A praecedente differt foliis obovatis, et duratione annua.

3. C. Endivia.
In arvis Calabriae: *Reggio.*
4. C. divaricatum *Schousb.*
In arvis et ad agrorum margines.

Obs. A praecedente differt floribus in axillis solitariis vel geminis nec capitatis.

* 1. Scolymus hispanicus.
In litoribus: *Bagnuoli, Sponde dell' Adriatico.*
* 2. S. maculatus
In arvis argillosis Aprutii et Samnii.
* 3. S. grandiflorus *Desf.*
In arvis argillosis insulae Caprearum, et Calabriae.

Cynarocephalae.

1. Carlina sicula; caule simplici lanato, foliis sessilibus oblongis pinnatifidis, supra glabris laciniis dentato-spinosis, floribus terminalibus (2-3) breviter pedicellatis involucratis, receptaculi paleis apice multifidis albidis flosculos superantibus, radio albo. *Ten.* ad Cat. pl. H. R. neap. app. alt. pag. 74. Spreng. *Syst. veg. 3. pag. 378. Carlina bracteata* Presl.
In aridissimis collibus Japygiae: *Lecce, Gallipoli, Nardò, Ugento* (Guss.). Ann.

Obs. Carlinae involucratae affinis, a qua tamen differt foliis subtus lanatis, floribus sessilibus radio albo nec luteo.

* 2. C. lanata.
In collibus argillosis Aprutii: *Chieti, S. Valentino;* Apuliae: *Murgie;* Lucaniae: *Potenza, Ogliastro;* Japygiae: *Lecce;* Calabriae: *Stilo.*
* 3. C. vulgaris.
In collibus apricis: *Camaldoli, Valle di S. Rocco.*

Obs. Radius albido-flavescens.

* 4. C. corymbosa.
In collibus siccis: *Capodimonte; Principati; Molise; Gargano.*

Obs. Radius aureus,

* 5. C. acaulis.
— — B. *Caulescens.*
In demissis lapidosis Samnii, et Aprutii: *Matese, Piano di S. miglia.* Vulgo *Rapagnola.*
* 6. C. acanthifolia *All.*
Matese, Majella, Monti di Calabria.
* 1. Onopordon Acanthium.
In arvis sterilibus Aprutii: *Majella, S. Valentino.*
* 2. O. virens DC. *O. tauricum.* Willd. et *Spr. Syst. 3. pag. 387.*
Ad agrorum margines vulgare.
* 3. O. illyricum.
In pascuis siccis Calabriae.
4. O. arabicum.
In arvis siccis Aprutii: *S. Valentino;* Dauniae: *Tavoliere.*

* 1. Cynara spinosissima Presl. *C. humilis* Ten. Fl. nap. tom. 2. pag. 199.
In collibus argillosis Aprutii et Apuliae.
* 1. Onobroma caeruleum *Gaertn. et Spreng. Syst. 3. pag. 392. Carthamus caeruleus*, et *C. tingitanus* Linn.
In arvis Lucaniae: *Pesto, Eboli, Potenza;* Dauniae: *Tavoliere; Piano di Marchiona presso Serra Capriola,* Japygiae: *Lecce.*
2. O. corymbosum Spr. *Carthamus corymbosus* Linn. *Cardopatum* Juss. *Brotera* Willd.
In arvis siccis: *Tavoliere, Matese, Abruzzo.*
1. Atractylis cancellata.
In collibus siccis Lucaniae, Dauniae et Calabriae.
2. A. gummifera. Cum praecedente.
1. Lappa tomentosa DC. *Arctium Bardana* Willd.
— — B. minor; floribus racemosis duplo minoribus: *Pollino; Reggio;* B. *Pizzo.*
2. L. glabra DC. *Arctium Lappa* Willd.
— — A. *Major. Bardana major Black. t. 117. fig. 2.*
— — B. *Minor.* Black. *loc. cit. fig. 1.*
In fossis obvia. A. minus frequens.
1. Carduus alpestris *Kit.*
— — B. foliis latioribus magis incisis.
In pascuis editioribus Aprutii: *Majella.*
2. C. leucographus.
— — B. Flore albo.
Pesto, Eboli, Principati, Campobasso, Basilicata, Lecce.
3. C. uncinatus M. B.
In arvis Lucaniae.
4. C. corymbosus; foliis interrupte decurrentibus, profunde pinnatifidis, spinosissimis, supra glabriusculis subtus lanato-hirsutis, laciniis palmato-angulatis ciliatis, pedunculis unifloris lanatis, basi squamulosis subcorymbosis, squamis anthodii laxis lanceolatis subulatis villosis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 48. Synop. edit. alt. pag. 61.* Spreng. *Syst. 3. pag. 383.*
In arvis Lucaniae, Samnii, Aprutii, Dauniae: *Tavoliere,* Annua.
5. C. affinis; foliis decurrentibus oblongo-lanceolatis, pinnatifido-lobatis supra intense viridibus subtus albido-tomentosis, laciniis lobisque dentatis ciliato-spinosis, spinis terminalibus validis, pedunculis unifloris elongatis, anthodiis ovatis glabriusculis, squamis exterioribus lincaribus subulatis subpatulis, interioribus longioribus (coloratis) lanceolatis inermibus. *Guss. pl. rar. pag. 334. tab. 57.*
In pascuis apricis montosis Samnii: *Capracotta, M. Capraro.* (Guss.); Aprutii: *Morrone,* (Guss.), *Majella, alla Majelletta, M. de' Fiori.* Perennis?

Obs. Variat floribus magnitudine illorum *C. corymbosi,* et illis duplo majoribus, squamis calycinis adpressis patentibus vel reflexis, pedunculis elongatis vel brevissimis. Summa ei est affinitas cum *C. polyanthemo* Lin. ut ejusdem varietas fere diceres floribus solitariis. A praecedente differt floribus duplo majoribus, foliis latioribus subtus argenteis, A *C. candicante* foliis magis sectis spinisque validioribus discedit.

6. C. nutans.
Pesto, Tavoliere, Matese, Abruzzi.
7. C. macrocephalus Desf. *C. hamulosus* Ten. *Fl. nap. prodr. pag.* 48. non *Ehrh.*
In fossis et ad sepes communis.
8. C. neglectus; foliis decurrentibus oblongis sinuato-spinosis subtus lanatis, pedunculis nudiusculis tomentosis, squamis an-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

thodii cyliadrici glabris subulato-spinosis patentibus flosculos superantibus, floribus non deciduis. *Ten. Sem. H. R. Neap.* (*1830*) *in notis pag. 14.*

Ad agrorum margines. Annuus.

Obs. Ab affinibus *C. peregrino*, *C. pycnocephalo* et *C. tenuifloro* differt in primis floribus solitariis nec aggregatis, a *C. collino*, cui proximior, discedit foliis spinosis squamisque anthodii patentibus; a *C. aciculari* Bert. discrepat floribus duplo majoribus, anthodii squamis duplo longioribus flosculos superantibus omnino subulatis divergentibus in longum mucronem productis, exquisite triquetro-trinervatis, nec planis linearibus; ab illo insuper differt foliis immaculatis.

9. C. peregrinus.

Ad agrorum margines.

10. C. carlinaefolius.

In pascuis editioribus Aprutii: *M. Corno*, *a Campo aprico*, *Majella*, *M. de' Fiori.*

12. C. chrysacanthus; caule simplici, foliis decurrentibus oblongo-lanceolatis pinnatifidis laciniis palmato-spinosis utrinque villosis subtus canescentibus margine denticulato-spinosis, spinis luteo-aureis, primariis longitudine laciniarum, floribus solitaris (purpureis) axillaribus et terminalibus breviter pedunculatis, anthodiis haemisphaericis (12-15 lin. diametr.) squamis foliaceis apice spinosis inferioribus reflexis. *Ten. Sem. H. R. Neap.* (1825) in notis *pag. 12. Ad Fl. neap. prodr. append. V. pag. 26.* (excl. var. *C. carlinaefolii*).

In pascuis alpinis Aprutii: *Pizzo di Sivo*, *Majella.* Perennis.

Obs. A *C. carlinaefolio* differt floribus duplo majoribus subsessilibus, anthodiis lanigeris, squamis late foliaceis spina valida flava terminatis. Nulla ei affinitas cum *C. carlinoide Gouan.*

12. C. congestus Guss. (inedit) pl. exsicc. ex Calabria. An *C. cephalanthus* Viviani, *Flor. Corsic. sp. nov. pag. 14.*

In arvis Calabriae: *Scillà*, *piana di Scrisi*, *Reggio*, *a Stravarino* (Guss.).

† 13. C. acicularis; foliis decurrentibus pinnatifidis dentato-spinulosis villosis subtus canescentibus, pedunculis unifloris nudis, squamis calycinis lineari-aciformibns rectis patulis, externis flosculos subaequantibus, intimis brevioribus. *Bert. Ann. di Stor. Natur.* (Bologna 1829) *tom. 1. fasc. 2. pag. 274.*

An cum affinibus apud nos sponte nascentibus confusus?

† 14. C. polyanthemus Lin. et Will. exclus syn. Triumfet; non *Cnicus pungens.* Sebast. et Mauri, nec *Cnicus polyanthemus* Bert. vel *Cirsium.* Spreng.

Apud nos; Petagna Instit. Bot. t. 4. pag. 1530.

Obs. C. polyanthemus Lin., quem in Horto Regio cultum habui, et a *cl. Schleicherio* inter plantarum helveticarum specimina accepi, ob pappum pilosum nec plumosum sub *Carduis* legitimis militare debet, nec sub *Cirsiis*, inter quae botanici plerique recensere arbitrati sunt. Descriptio Linneana omnibus numeris *C. polyanthemo* vero convenit, et *Triumfetti* synonymon tantum ab ea arcendum est, quod ad *Cnicum pungentem* pertinet. Ejusdem synonymi infausta collocatio botanicorum hallucinationi ansam prebuisse videtur, quum Linnei plantam sub oculis minime habuerint, et ad *Cnicum pungentem* eam trahere conati sint. Descriptionem Linneanam in pluribus erroneam idcirco dixerunt, quia ad plantam a vera abunde diversam illam accomodare certaverunt. *Carduus polyanthemus*, enim, a *Cirsio pungente* differt, non solum generis diversitate, sed aliis specificis characteribus, inter quos anthodia globosa squamis cuspidatis non spinosis, foliaque ciliato-spinulosa subtus nuda nec albo-lanata, in primis sunt recensenda.

1. Sylibum marianum. *Gaertn. Carduus marianus* Linn.

In fossis et in arvis commune.

* 1. Cirsium lanceolatum Spreng. *Carduus.* Linn. *Cnicus.* Willd.

— — B. Floribus duplo majoribus, foliis subtus canescentibus, anthodiis glabris subinvolucratis; An species propria?

In fossis et in ruderatis commune. B. in Lucania.

* 2. C. strictum; foliis semidecurrentibus lanceolatis rigidis, supra nitidis subtus lanatis sinuato-undulatis lobis bifidis spinosis, floribus terminalibus glomeratis subsessilibus, squamiis anthodii villosi patentibus spinosis. *Cnicus strictus. Ten. Fl. nap. II. pag. 200. tav. 75. Carduus nemorosus italicus.* Barrel. *Obs. 925. ic. 417.*

In sylvaticis montosis circa Neapolim: *Camaldoli*, *Monte di Somma*; Stabiarum: *M. S. Angiolo*; Hirpinorum: *Montevergine*; in Lucania, in Aprutio, in Samnio et in Daunia: ab *Ariano* usque ad Montem Garganum.

3. C. cichoraceum Spreng. *Carduus cichoraceus.* Cyril.; *Pl. rar. fasc. 2. pag. 17. tab. 7. Jacea foliis cichoraceis, caule alato, flore purpureo.* Raj suppl. 205. *Tilli*; Pis. 24. tab. 27. *Centaurea cichoracea.* Spreng. Syst. 3. p. 401.

In arvis Lucaniae: *Piana di Eboli*, *Pesto*, *Palinuro*, *Potenza*, *Lecce*, *Capitanata.*

Obs. Perperam cl. *Sprengelius* ad duas distinctas species *Cyrilli* et *Tilli* plantas retulit; quum ad unam eamdemque speciem certe pertineant. *Confer. Cyrill. loc. cit.*

4. C. italicum DC. *Carduus italicus* Savi. An excl. synon. *Lobelii? Cnicus samniticus.* Ten. ad *Fl. neap. prodr. append. V. pag. 27.*

In campis argillosis Aprutii et Samnii.

5. C. Rosani; foliis decurrentibus pinnatifidis, laciniis 2-4-fidis in spinis validibus productis utrinque viridibus supra hispidis, floribus aggregatis nudis, anthodii squamis glabris subulato-spinosis, spinis brevibus reflexis. *Ten. Semina H. R. Neap. an. 1830 in notis pag. 15.*

Caulis ramosissimus, flores purpurei subsessiles ovati aggregati 3-5 in extremitate singuli rami. Planta atrovirens.

In arvis Lucaniae prope *Potentiam* invenit cl. *Rosanus.*

6. C. pungens. Spr. *Cnicus pungens.* Willd. Bert. et Sebastiani non *Carduus polyanthemus* Linn.

— — B. Armeniacum; spinis flavicantibus.

In fossis et ruderatis frequens. B. in Lucania.

Obs. Confer quod scripsi de hac planta sub *Carduo polyanthemo.*

7. C. monspessulanum.

In Apricis nemorosis Aprutii: *Bosco di S. Nicola alle falde di M. Corno.*

8. C. Acarna DC.

In arvis argillosis totius Regni.

9. C. Lobelii; foliis sessilibus amplexicaulibus pinnatifidis hispidis subtus niveo-tomentosis, laciniis longissimis bifidis divaricatis spinis validis luteis terminatis; floribus purpureis corymbosis, involucri foliolis floribus multo longioribus, anthodiis sphaericis, squamis subulato-spinosis, spinis patentibus, interioribus setaceis subinermibus. *Ten. Sem. H. R. Neap. pro anno 1830. in notis pag. 16.* An *Phoenix Leo carduus ferox.* Lob. ic. 2. pag. 15. Dod. pempt. 788. f. 2. Dalech. hist. 1489. f. 1. Bauh. hist. 3. p. 92. f. 1.

— — A. Caule 1-2-pedali apice tantum ramoso, floribus 6-8 lin. diametri.

— — B. Planta ramosissima omnibus partibus duplo majore, spinis robustissimis horrida.

Caulis ramosus, folia supra atrovirentia, flores purpurei, in-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

volucri foliola rachidibus crassis in spinis lignescentibus longe productis praedita; anthodii squamae lanuginosae quandoque subreflexae.

Habitat in pascuis sterilibus montosis Aprutii, et Samnii; var. B. ad montem Divi Angeli Stabiarum: *al piano di Faito*; et in *Gargano*.

Obs. Cirsio ciliato affine, sed differt floribus corymbosis involucratis, anthodiis lanatis. A *C. italico* foliis omnino sessilibus, anthodiis lanatis squamis minime ciliatis, caeterisque partibus duplo majoribus abunde differt. Planta in iconibus supracitatis effigiata, hanc *Cirsii* speciem potius, quam *C. italicum* repraesentare videtur.

10. C. anglicum DC.

In arvis Lucaniae et Calabriae.

* 11. C. eriophorum Scop. et Spreng. *Carduus* Linn. *Cnicus* Willd.

In campis argillosis Samnii, Lucaniae et Calabriae.

12. C. niveum Spreng. *Cnicus* Presl.

In pascuis montosis Aprutii: *Piano di 5-miglia, Scanno;* Calabriae: *Campotenese.*

13. C. stellatum All. *Carduus* Linn. *Cnicus* Willd.

In Lucania ad agrorum margines: *Sessa del Cilento alla via soprana* (Giordano).

* 14. C. arvense Lam. *Serratula* Linn.

In herbidis montosis: *Montevergine, Sessa.*

15. C. acaule All. *Carduus* Linn. *Cnicus* Willd.

In pascuis apricis Samnii: *M. di Mezzo* (Guss.); Aprutii: *Palena, Majella.*

16. C. giganteum Spreng. *Carduus* Desf. *Carduus Gigas.* Ucria *Pl. ad Linnean. opus addend. n. 27.* Tin. *pug. pl. rar. sic. pag. 22.*

Ad sepes subhumidas Calabriae: *Bianco nuovo* (Guss.).

17. C. syriacum Gaertner. *Carduus* Lin. *Cnicus* Willd.

— — B. Floribus solitariis rubris duplo majoribus, involucris floribus duplo longioribus. An species propria?

In arvis argillosis et inter segetes sola var. B.; in Calabria orientali: *Catanzaro, Cotrone, Cassano;* in Japygia: *Nardò Castro;* in Peucetia: *Monopoli* (Guss.); in Daunia: *Tavoliere.*

18. C. ochroleucum All. *Carduus Erisithales* Linn. *Cnicus Erisithales. Ten. Relaz. del Viag. di Abr. p. 85.*

In pascuis montosis Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini), *Pizzoli* (Cecchetti).

1. Serratula simplex DC. *Carduus mollis* Linn.

— — B. *moschata. Carduus mollis var. moschatus.* Ten. Prodr. Fl. nap. pag 48. *Carduus moschatus.* Guss. *Ind. Sem. H. R. in Boccadifalco (1825) pag. 3.*

In pascuis montosis: *Matese, Gargano, Velino, Majella,* etc.

2. S. cirsioides; caule erecto solitario simplicissimo subfoliato, foliis radicalibus ellipticis vel ovatis integerrimis glaberrimis, caulinis oblongis integerrimis vel dentato-semipinnatifidis omnibus ciliatis mucronatis, squamis anthodii pubescentibus ovatis aristatis, aristis adpressis deciduis, superioribus apice scariosis. *Ten. Relaz. del Viag. di Abr. p. 85. Centaurium alpinum, glabro angusto bistortae folio.* Bocc. *Mus. pag. 65. tav. 55. fig. 1.*

In pratis montosis Aprutii: *Velino, M. di Pizzoli.*

Obs. Serratulae nudicauli, et *Cnico cerinthoidi* affinis; a prima differt foliis radicalibus non obovatis (6-pol. long. 1 1/2 lat.) sed ovato-ellipticis vix 2-pol. cum petiolo longis, 6-8-lin. lat. squamis anthodii ovatis arachnoideo-villosis aristatis, aristis deciduis, minime lanceolatis spinosis, caule passim folioso, statura minori etc. A *C. cerinthoidi* recedit foliis caulinis subpinnatifidis vel integerrimis, anthodiique squamis ovatis longe aristatis, non angusto-lanceolatis muticis.

1. Stähelina dubia.

In montosis Aprutii: *Tagliacozzo.*

1. Pteronia Chamaepeuce Spr. *Stähelina Chamaepeuce* Lin. *Syst. veg.* et *Will. Carduus gnaphaloides.* Cyrill. *pl. rar. 1. pag. 27. tab. 9.*

In ulteriori Calabria legit *Angelus Fusano* 1785. (Cyrill. loc. cit.). *Gerace*, (Guss.) et in Japygia: *Ginosa* (Rosano).

Corymbiferae.

* 1. Bidens tripartita.

In palustribus frequens.

2. B. cernua.

— — B. floribus radiat's.

Ad Fucini oras: *Avezzano, S. Benedetto.*

1. Cacalia alpina. *M. Cornò.*

2. C. macrophylla M. B.

In nemoribus montosis: *Bosco di S. Michele al Gaudio, presso Frasso*, (Lostritto) *M. S. Angelo di Castellammare, all' acqua da' porci, Montevergine, Cervalto, Incoronata, M. di Abruzzo, Boschi di Macchia longa, e di Schioppito presso Solmona.*

* 1. Eupatorium cannabinum.

Ad muros et secus vias frequens.

* 1. Chrysocoma Lynosyris. *Capitanata, Campobasso.*

1. Santolina alpina L. *exclus. syn. Barr. Lasiospermum pedunculare* Lagasc.

In glareosis Aprutii: *Morrone, al Vallone di mala cupa* (*Micheli, Gussone*).

Obs. Barrellieri synonymon ad *Anthemidem mucronulatam Bertol.* pertinet.

2. S. chamaecyparissus.

In montibus picentinis: *Cava, Salerno.*

3. S. squarrosa.

Monti di Castellammare, Monte finestra.

† 4. S. rosmarinifolia. *Lecce, Marinosci, Viaggio in Lecce. Raccolta e. c. tom. 2. pag. 294.*

1. Othanthus maritimus Link. *Diotis candidissima* DC. *Santolina maritima* Smith. et Will. *Athanasia maritima* Lin. et *Petag.*

Ad maris litora: *Pozzuoli, Fusaro, Gargano, Pescara.*

1. Balsamita vulgaris. *Gargano.*

1. Artemisia caerulescens.

In inundatis salsis Adriatici: *Lago salso presso Manfredonia, Pescara, Giulia nova.*

2. A. eriantha; foliis incano-sericeis, radicalibus palmato-multifidis, caulinis inferioribus oblongis trifidis supremis linearibus integerrimis; floribus inferioribus remotiusculis sessilibus, superioribus glomeratis, anthodiis corollisque dense lanatis, receptaculo nudo. *Ten. Sem. H. R. Neap. pro anno 1830, in notis, pag. 14. A. spicata.* Ten. *Flor. Nap. Prodr. App. IV. p. 32.* Guss. *pl. exsicc. ex Aprutio, et pl. rar. p. 259. (ex loco natali) Orsin. pl. exsic. ex Aprutio: A. mutellina* Ten. *Fl. Nap. Prodr.* App. V. pag. 28. *Absynthium pumilum palmatum minus argenteo sericeoque folio hispanicum et italicum.* Bocc. *Mus. p. 81. t. 71. Bar. ic. 462.*

In editioribus montibus Aprutii: in Magella, ubi ipse primus legi (1807): *Montecorno, Costone, Intermesole, Pizzo di Sivo.*

Radix multiceps villosa nigra; caules simplicissimi ascendentes 2-4-pollicares argenteo-tomentosi, folia nivea sericeo-tomen-

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

tosa, palmato-multifida, laciniis linearibus obtusis, folia inferiora oblonga apice dilatato-3-fida, suprema linearia integerrima (3. lin. long.), flores fragrantissimi hemisphaerici 6-12, inferiores (2-5) dissiti brevissime pedunculati vel subsessiles, superiores (4-6) glomerati; anthodii squamae obtusae densa lana involutae, corollae luteae acutae lanatae, antherae fuscae, receptaculum nudum punctis elevatis exasperatum.

Obs. Ab *A. spicata* primo intuitu dignoscitur anthodiis hemisphaericis candidis corollisque dense lanatis, non anthodiis conicis glabriusculis squamis fuscis, corollisque glabris; ab illa insuper differt foliis caulinis minime pinnatifidis, floribus sessilibus omnibus, superioribus glomeratis. Ab *A. Matellina* diversa judicatur ob plantam intense sericeo-argenteam, folia floralia simplicia, flores subsessiles, receptaculumque nudum. Ab *A. glacialis*, cui magis affinis est, floribus superioribus tantum glomeratis, non omnibus in extremitate caulis glomeratis, foliis duplo latioribus, nec non receptaculo nudo dignoscitur. Ab *A. fuscata* discrepat receptaculo nudo, foliis niveo-argenteis, corollis dense lanatis, nec foliis tantum subincanis, caulibus glabriusculis, corollis pilis vagis tantum villosiusculis. *Bocconi* synonymum, quod cl. Allionius ad suam *A. Bocconi* traxit, ad nostram certe spectat. Planta *Allionii* ab *A. spicata* haud differre existimaverunt botanici, sicut facile erui potest ex collatione descriptionis et iconis Fl. Paedem. tab. 8. f. 3.

3. A. vulgaris.

— — B. racemis abbreviatis, anthodiis dense lanatis ovatis passim cernuis; An *Artemisia coarctata*. Willd. *herb. ex Spr. Syst. Veg. 3.490.*

In campis apricis aridis var. B. tantum.

Obs. Speciem *Artemisiae* a celeberrimo *Thunbergio* accepi, *A. coarctatae* (*Liljebl. Flor. svecic. edit. 3*) nomine inscriptam, ac *Oelandia* lectam, in qua nostrae plantae characteres omnes reperiuntur. In hac enim, caulis ramosus adest, racemi breves densi, planta magis incana anthodiaque ovata, squamis dense lanatis deterso tomento virescentibus deprehenduntur. In specimine autem *A. vulgaris* a me ipso in Horto parisiensi lecto, flores dissiti et per racemos sparsi conspiciuntur, anthodium obconicum squamis pubescenti-purpurascentibus ac habitus omnino diversus observatur: quibus characteribus insignitam, plantam apud nos sponte nascentem frustra quaesiveris. *Sprengelius* tandem suae plantae caulem simplicem tribuit, quem in illa *Thunbergii* uti et in nostra minime invenies. Quapropter an hanc nostram *Artemisiam* distinctam constituere speciem possit, an *Sprengelii* plantam cum illa *Thunbergii* associare et inter *A. vulgaris* varietates recensere fas sit, adfirmare non ausim.

4. A. campestris.

— — B. *Alpina.*

— — C. *Glutinosa.* An potius sequentis varietas?

In arenosis siccis: B. *Majella*, C. ad Adriatici oras: *Pescara.*

5. A. variabilis; caule suffruticoso, foliis inferioribus bipinnatis, pinnis tripartitis laciniis carnosulis semiteretibus, petiolis longissimis, junioribus sericeo-incanis, laciniis brevissimis divaricato-recurvis, floribus racemoso-spicatis, calycibus ovato-oblongis angulatis, squamis laxiusculis acutis margine scariosis, *Ten. Fl. nap. prodr. append. V. pag. 28.*

— — A. *Virescens. A. neapolitana* Ten. *loc. cit.*

— — B. *Canescens. A. saligna.* Ten. *Fl. nap. prodr. supp. I. pag. 63.*

In siccis apricis: A. in collibus ad sepes. B. in sabulosis maritimis. Perennis.

Obs. In notis ad *Seminum enumeratione Horti regii neapolitani pro anno 1829, pag. 14.* meam *A. variabilem*, maximam cum *A. campestri* affinitatem gaudere professus sum: lignoso caudice tantum ab illa differre existimans. Quum vero eodem anno in Aprutii litore *A. campestrem var. glutinosam* legerim, cujus specimina exsiccata a cl. *Delile* Monspelii lecta, et ad me benevole communicata in herbario asservaveram, eamdem cum nostra haud minorem affinitatem expertus fui, unde in Horto Regio novis observationibus subjecturus, eam transferre curavi. Ille cultа Aprutii planta suum indumentum et glutinosam qualitatem abjecit, et ad *A. variabilem* magis accedere comprobavit; quapropter ejusdem speciei cum *A. campestri* junctionem, botanicorum judicio iterum subjiciendam censeo. Hoc tantum in meae titubationis excusationem proferre liceat, quod ad botanicorum plerumque de mea planta diversas sententias pertinet, et praesertim eorum, qui ad *A. proceram* eam amandari contenderunt; quod certe minime verum. *A. procera*, nempe, cujus specimina a botanicis variis accepi, et in Horto Regiae Universitatis Vindobonensis ipse legi, est planta a nostra omnino diversa, ejusque affinitas maxima, sicut *Lamarkius* et *Willdenowius* jure statuerunt, in *Artemisiae* speciebus *Abrotano* affinibus quaerenda est. Ipsa autem *A. procera* caule gaudet fere orgyali erecto rigido apice paniculato, et flores profert globosos cernuos, illis *A. Abrotani* omnino similes.

6. A. achilleaefolia; caulibus erectis suffruticosis, foliis inferioribus et in ramis sterilibus tripinnatis, foliolis lanceolato-linearibus, racemis patentibus elongatis, floribus hemisphaericis nutantibus pedicellatis, anthodio canescente, receptaculo villoso, planta virescente suavissima. *Ten.*

In saxosis Gargani: *al Monte di mezzo presso S. Marco in Lamis*, et *al Gravaglione presso Monte S. Angiolo.* Perennis.

Caules plures ab eadem radice erectiusculi 1-2-pedales a medio ad apicem paniculati, racemi patentes elongati, nec abbreviati adpressi, ut in affini *A. camphorata*, folia lete virentia membranacea flaccida plana, primordialia circumscriptione ovata, tres pollices lata in majore diametro et duo in minore, nec incana teretiuscula subcarnosa, uti in affinibus *A. Abrotano* et *A. camphorata.*

Obs. Ab omnibus affinibus *A. camphorata*, *A. Abrotano* et *A. subcanescente* Willd. Enum., haec nostra potissimum discedit natura foliorum, quae cum illis *Achillearum* quarundam, et *A. ligusticae* praesertim potius, quam *Artemisiarum* conferri possunt. *A. Abrotanum* verum, cujus specimen in Horto Vindobonensi legi, planta septentrionalium tantum regionum incola esse videtur. Ei sunt caules simplices pyramidatim racemosi, racemi conferti paniculati, flores parvi sesquilineae diametrum non excedentes, planta undique incana, odor suavis sed paullisper acris, non aromaticus et revera suavissimus uti in praecedente.

7. A. camphorata *Villars.* An *Abrotanum mas angustifolium majus.* Moris. *Hist. 3. sec. VI. tab. 2. fig. 1? A. crithmifolia* Hortulanorum quorundam, non *Linnaei.*

— — B. *Garganica;* caulibus ascendentibus, foliolis abbreviatis divaricatis, planta incana odore gravi therebinthaceo, receptaculo villoso. An species propria?

In saxosis Gargani: *S. Gio: Rotondo*, (Guss.); et Campaniae: *Monte Casino.*

Obs. Plures sub hoc nomine latuisse species, botanici plerique et praesertim cl. *Willd.* ostendere conati sunt. Planta nempe pro *A. camphorata* a botanicis Germanicis et Helveticis sumpta, est illa species, cui *A. camphoratae* Willd. sp. 3. p. 1829 (excl. synon.) characteres respondent. Haec enim habet caules strictos, foliisque gaudet revera tenuissimis lineari-subsetaceis. Illa autem, quae *A. camphoratae* nomine in hortis culta apud nos obviam venit, cum *A. subcanescenti* Willd. *Enum. 2. pag. 861.* omnibus numeris convenit, et *A. rupestri Scopoli* non Lin magis affinis est. In prima receptaculum villosum, in altera nudum, in utraque calyces globosos, minime vero angulosos, sicut in sua *A. camphorata* cl. Villars quaesivit, comperi. Odor in utraque suavissimus, et sicut recte monuit Villars, eodem *A. Abrotano* jucundior expertus sum.

Planta garganica pluribus notis ab utraque recedit, et in speciem propriam sumere sanius consilium foret. Sunt enim ei caules ascendentes foliola brevissima subteretia filiformia vel crassiora plerumque divaricata, quapropter ad *A. crithmifoliam* pertinere potius diceres, si calyces in ea oblongos nec globosos deprehendere potueris. Odor potius ingratus gravcolens in ea adest, ad illum *Santolinae Chamae-cyparis-*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

niae accedens, nec *Abrotano* jucundior. Caeterum caule humili, receptaculo villoso, floribus duplo majoribus, foliisque crassiusculis abbreviatis, ab eadem *A. Abrotano* magis recedit.

7. A Columnae; caulibus suffruticosis caespitosis, foliis inferioribus bipinnatifidis, laciniis setaceis, floribus simplicibus; racemis abbreviatis subspicatis; floribus cernuis pedunculatis, calycibus, hemisphaericis receptaculis villosis. *Ten. Index seminum H. R. Neap. pro anno 1829; in notis* pag. 14.

— — A. Planta virescens; ramis foliisque junioribus subcanescentibus. *Abrotanum mas vulgare montanum foemina nostras forte.* Col. Ecph. 1. pag. 53.

— — B. Planta niveo-argentea. *Abrotanum mas incanum.* Col. Ecphr. 1, pag. 55. tab. 54. *Abrot. mas angustifolium incanum.* Bauh. pin. pag. 136. Moris. Hist. 2. sect. 6. tab. 2. fig. 8. *Abrot. mas minus.* Tabern. fig. 3. *A. camphorata, B. canescens.* Pollin. *Fl. ver. 2. pag. 642.* et Guss. *pl. rar. pag. 340.*

In montibus calcareis Aprutii: *A. Palena;* (Guss.) *Assergio, B. Montorio, Colli, Salviano, Assergio;* et abunde prope *Riofreddo* in pontificiae ditionis confinio.

Obs. A. camphoratae, et *A. Abrotano* affinis. Ab *A. camphorata* differt foliolis flaccidis elongatis, caule proceriori, odore suavi citrato, non acri terebinthaceo, eique tamen magis accedere videtur. Ab *A. Abrotano* autem recedit caule basi ramosissimo caespitoso, nec stricto erectoque, ultra medium ramoso. *A. Abrotanum* caule fere arborescenti, erectoque gaudet, sicut in descriptionibus, et iconibus a *Linnaeo, Dodonaeo*, aliisque traditis affirmatur: quibus notis, uti jam monui, Horti Vindobonensis plantam tantum gaudere comperi. Monere tamen juvat, neminem usque adhuc *Columnae* synonymon supra relatum ad *A. Abrotanum* traxisse; nec silentio praeteream, cl. *Lamarkium* ad suam *A. paniculatam* Bauhini synonymon *Abrotanum mas angustifolium minus*, retulisse, sub quo *Columnae* plantae definitionem quoque complectitur; ita ut omnino videatur nostra species ab *A. Abrotano* tantum differre, quantum et ipsa *A. paniculata*. Ipse denique cl. *Columna* ab *A. Abrotano* diversam suam plantam facere videtur, quum dixerit eam ad *Abrotanum foeminam* magis, quam ad *Abrotanum marem* auctorum accedere.

8. A. arborescens.

Ad rupes maritimas: *Posillipo, Pozzuoli.*

9. A. Absinthium.

In sylvaticis montosis, Hirpinorum: *Montevergine;* Aprutii: *Majella;* et ad rivulorum margines vel inundatis maritimis: *Pescara.*

1. Xeranthemum inapertum Willd. et Gay; *monogr. de Xeranth. pag. 36. X. erectum* Presl. et Guss. *pl. rar. pag. 342.* a synon. *Morisonii* excl. icone, quae ad sequentem pertinet.

In apricis montosis; Samnii: *Trivento, Matese, M. di Mezzo;* Aprutii: *Salviano, Majella;* Dauniae: *Gargano;* Peucetiae: *Bari;* Japygiae: *Lecce.*

Obs. Xeranthemum erectum Presl. a typo speciei non differt nisi floribus majoribus, anthodiique ovati squamis mucrone magis exserto et macula dorsali fusca ampliata. Icones *Xeranthemi Lobelii Ic. 544 et Bauh. hist. 3. pag. 555*, quae a *X. inaperto* cl. *Gay* excludendas esse censet, ob anthodii squamas fere uncinatas, ad *Preslii* plantam probe pertinere videntur. *Confer Guss. loc. cit.*, et *Gay pag. 36 et 38.*

2. X. cylindraceum *Smith. X. inapertum;* Bert. *pl. exsicc. ex Apennino florentino*, et Lang. *pl. exsicc. ex agro ruthenico.*

In collibus aridis Lucaniae, *M. della Stella* (Giordano): Samnii: *Monte di Mezzo* (Guss.) Aprutii: *Caramanico, Rocca Morice, Popoli, Cervaro, M. de' Fiori.*

Obs. A *X. inaperto* differt squamis calycinis superioribus rotundatis muticis dorso tomentoso.

1. Gnaphalium Stoechas.

In collibus aridis Aprutii.

2. G. angustifolium. *Chrysocoma media, seu Stoechas citrina vulgaris.* Barr. *Ic. 409.* An *G. italicum Roth?*

In collibus siccis prope Neapolim: *Camaldoli, Posillipo, Pozzuoli, Baja.*

Obs. Corymbus fastigiatus laxiusculus, non convexus glomeratus uti in praecedente, folia duplo longiora incana non lutescentia.

3. G. glutinosum; Suffruticosum humile; foliis crassiusculis linearibus revolutis omnibus utrinque incano-tomentosis, corymbo composito fastigiato, pedunculis laxiusculis, anthodii ovati squamis ovatis glabris adpressis, ramis junioribus caule superne corymbisque glutinosis. *Ten. Sem. H. R. Neap. an. 1830. in notis, pag. 14. G. crassifolium et G. ambiguum* Guss. pl. exsicc. ex Sicilia. An hujus loci *Chrysocoma seu Stoechas citrina minor Barr. icon. 410?*

Caules prostrati caespitosi semipedales, folia confertissima rigidiuscula pollicem longa lineam lata. Corymbus densus, flores citrini duplo majores quam in *G. stoechadi.* Caulis pars superior et corymborum pedunculi conspurcatione fusci.

In arenosis maritimis Apuliae: *Viesti, Peschici.* Perenne.

Obs. Cum *G. Stoechadi* et *G. crassifolio* non confundendum; *G. crassifolium* nempe, quod ipse in Horto regio Parisiensi legi, planta est a nostra omnino diversa, foliisque inferioribus lanceolatis *Lavandulae spicae* omnino similibus gaudet. Subinde *G. Stoechas* corymbo fastigiato laxiusculo non convexo glomerato, primo intuitu a nostro diversum judicatur.

4. G. pompejanum; herbaceum, caulibus virgatis apice corymboso-subdichotomis, foliis lineari-obtusiusculis sessilibus utrinque albo-tomentosis, inferioribus rotundatis superioribusque lanceolatis integerrimis planis, floribus spicato-glomeratis in dichotomia et capitato-glomeratis in ramulorum apicibus; anthodii ovati squamis splendentibus non sphacelatis. *Ten. ad Catal. H. R. Neap. append. alt.* (*1819*) *pag. 79.*

Planta 1 ½ pedalis, caules numerosi, flores spicato-glomerati in dichotomia, capitati in ramulorum apicibus, glomeruli 10-20-flori, flores serotini fere spicati in axillis foliorum; anthodii squamae oblongae obtusae laxae membranaceae argenteo-viridique variae, flosculi tubulosi, pappus pilosus rufescens.

In ruderibus Pompejanis primum invenit cl. Comes *de Bray.* Annuum.

Obs. A *G. luteo-albo* discedit foliis radicalibus planis integerrimis apice rotundatis, minime dentato-sinuatis repandis utrinque attenuatis, caulinis acutis vel acuminatis muticis non cuspidato-aristatis.

5. G. siculum *Spreng. G. microphyllum. Ten. ad Fl. neap. app. V. pag. 28.*

In montosis Lucaniae.

Obs. Folia brevissima et angustissima demum virescentia, cauliculi floriferi 4-5-uncialcs.

6. G. sylvaticum.

— — B. *Fuscatum Wallhemb.*

Montevergine, Cervalto, Matese, Sila, M. de' Fiori. B. Pizzo di Sivo (Orsini) *Majella, Cateratta del Caraparo* (Gravina).

7. G. dioicum.

Pizzo di Sivo, M. Corno.

8. G. uliginosum.

In udis montosis Aprutii: *Piano di 5-miglia, Teramo;* Calabriae: *La Serra.*

9. G. supinum.
In editioribus montibus Aprutii: *Majella*, *Focaleto*, *Costone*, *M. Corno.*
10. G. Leontopodium.
— — B. Foliis radicalibus spathulatis, caulinisque utrinque niveo-tomentosis, bracteis flores subaequantibus. *C. nivale. Ten. Fl. Nap. prodr. pag. 48.*
In editioribus montibus Aprutii ad nives deliquescentes: *Pizzo di Sivo* (Orsini), *Majella al Focaleto.*
11. G. germanicum *Smith. Filago Linn.*
— — B. capitulis magis lanatis. *Filago eriocephala.* Guss. *pl. rar. pag. 344.*
In collibus aridis maritimis Lucaniae: *Acropoli*, *Torre di S. Marco*, *Persano*, *Policoro.*

Obs. In varietate B. anthodii squamas plus vel minus cuspidatas, ut in typo speciei, comperi. Ejusdem' plantae exemplaria passim occurrunt quae ob capitulorum lanae densitatem ab una ad alteram transitum patefaciunt.

12. G. pyramidatum. *Willd. Filago Linn.*
— — B. caule 1-2-pollicari.
In arvis siccis: *Salviano*, *Abruzzi*, *Principati*, *Lecce.*
13. G. arvense *Willd. Filago Linn.*
In arvis commune.
14. G. gallicum *Smith. Filago Linn.*
Principati, *Capitanata*, *Lecce.*
15. G. pedunculare; caule herbaceo erecto 2-3-fido, ramis erectis indivisis, foliis oblongo-lanceolatis planis suberectis utrinque dense lanatis obtusiusculis, floribus superioribus glomeratis, inferioribus solitariis pedunculatis, anthodii squamis acutis muticis utrinque virescentibus densissima lana obvolutis. *Ten. Sem. H. R. N. pro anno 1830.* (in notis) *pag. 14. Filago montana.* Guss. pl. exsicc. ex Calabria.
In sylvis montosis Calabriae: alla *Sila*, alla *Greca* ed a *Falitto* (Guss.).

Obs. A *G. minimo* differt caule tantum in ramos 2-3-erectos divisos, non e basi ramosissimo diffuso; florum fasciculis non pyramidato-conicis sed globosis, nec non lana densissima omnes plantae partes obvolvente. Inflorescentia potius *Micropi* quam *Gnaphalii*; flores enim alternatim per totam ramorum longitudinem disponuntur, non in dichotomia vel in axillis ramorum tantum; flosculi hermaphroditi circiter tres, foeminei plures subulati tenuissimi ut in *G. minimo.* A *G. montano*, caule simpliciusculo, floribus globosis, inferioribus pedunculatis solitaris abunde differt.

† 16. G. arenarium.
Ad torrentium oras, cum *Tamarice gallica* et *Salice alba*; Marinosci: *Viag. a Taranto e Lecce*; *nella Raccolta de' Viaggi fisico-botanici*; *tom. 2. pag. 144.*
1. Micropus erectus.
In collibus siccis: *Salviano*, *Aquila.*
1. Evax pygmaea *Pers.*
Sorrento, *Capri*, *Gargano a Viesti.*
2. E. asteriscifolia *Pers.*
Cassano, *Monteleone*, *Reggio.*
1. Carpesium cernuum.
Valle di S. Rocco, *Camaldoli.*
* 1. Conyza limonifolia Smith. *C. candida Willd.* et Ten. *Fl. nap. II. pag. 210. tav. 76. Aster tomentosus luteus verbascifolius.* Bocc. *pl. sic. pag. 60. tab. 31.*
Ad rupes Gargani: *dalla salita di Monte S. Angiolo sino ai dirupi del promontorio detto Punta saracena.*
* 2. C. saxatilis.
— — B. foliis integerrimis, anthodii squamis lanatis. *Helichrysum saxatile. Bocc. mus. tav. 104. f. 1.*
In Lucaniae et Japygiae rupibus maritimis: *Maratea*; *colline di Fiumara di Muro*; *Grottaglie*, *Brindisi.*
* 5. C. geminiflora; suffruticosa; caule erecto paniculato, foliis elliptico-lanceolatis in petiolum attenuatis acuminatis margine undulatis supra viridi-lanatis subtus niveo-tomentosis, floribus foemineis corolliferis, squamis calycinis obtusis adpressis, pedunculis longissimis plerumque geminis altero breviore. Ten. *Ad Catal. H. R. N. App. alt.* (1819) *pag. 75. Conyza Tenorii* Spr.
— — B. Foliis utrinque candido-tomentosis, anthodii squamis extimis acutis laxis. *C. rupestris.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 213. non Willd.*
— — C. Foliis angustissimis sinuato-undulatis supra viridibus subtus candidis, anthodii squamis obtusis adpressis intense fuscis.
In collibus maritimis: *Piedigrotta*, *Posillipo*, *Baja*, *Castellammare*, *Gaeta*, *Gargano*; *B. Lecce*, *Taranto*, *Reggio*, *C. Ischia.*
4. C. sordida.
In saxosis Aprutii: *Tagliacozzo.*
* 5. C. squarrosa.
Ad sepes in apricis frequens.
6. C. ambigua DC. *Erigeron linifolium* Willd. *E. bonariense. Fl. Nap. prodr.*
In arvis siccis communis.
* 7. C. sicula.
In inundatis maritimis: *Bagnuoli*, *Piani di Acquavella*, *Casalicchio*, *Calabria*, *Puglia.*
1. Erigeron acris.
— — A. Floribus corymbosis.
— — B. Caule e basi ramoso, ramis pyramidatis, radio discum excedente.
In pratis montosis Aprutii.
2. E. canadensis.
In arvis siccis communis.
3. E. graveolens.
In collibus aridis vulgaris.
4. E. alpinus.
— — B. uniflorus.
Pizzo di Sivo, *Accumoli* (Orsini) *Majella*, *B. Saleiano.*
* 1. Senecio nemorensis *L. et Spr. S. saracenicus.* Ten. *Fl. nap. Prodr. et Fl. part. di Nap. t. 2. p. 55.*
In nemoribus Stabiarum: *Monte S. Angiolo di Castellammare all' acqua de' porci*; Lucaniae: *M. della Stella.*
2. S. ovatus W.
In nemoribus Aprutii: *Majella*, *Valle di S. Spirito.*
3. S. Cacaliaster *DC.*
— — B. *radiatus. Cacalia saracenica.* Linn.
In nemoribus Hirpinorum: *M. Vergine*; Samnii: *Matese*; Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini) *Majella.*
* 4. Senecio baldensis *Poir.* (non *S. Barrelieri Gouan*, sicut ex *Spreng.*).
In Aprutii nemoribus: *Majella*, *M. Corno.*

Obs. A. sequenti differt foliis simpliciter non duplicato-serratis (dentibus magis regularibus approximatis divergentibus, non divaricatis acutissimis) superioribus ovato-cordatis sensim attenuatis, non deltoideo-ovatis, florum radio luteo non aurantiaco.

5. S. alpinus *Scop.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — A. *Cordifolius. Cineraria alpina* A. Linn. *Spec.* et *C. cordifolia* Linn. *suppl. S. alpinus* var. *cordifolius.* Reich. *Icon. Bot. 2. pag. 22. tab. 134. fig. 256.*

— — B. *Auriculatus.* Reich. *loc. cit. tab. 135. fig. 257.*

— — C. *Stipulatus*; foliis subtus lanatis, stipulis serratis ad basin petioli instructis.

— — D. *Glabratus*; foliis inauriculatis utrinque glabris deltoideo-ovatis; an *Cacalia Alliariaefolia Desf. non Gouan?*

In herbidis montosis editioribus Aprutii et Calabriae. A. *Monte Corno, Pollino*; B. *Pizzo di Sivo* (Orsini) C. *Pettorano e sponde del Sagittario* (Gravina) D. *Monti di Accumoli* (Orsini) *Majella, Monte Grande.*

* 6. S. Doronicum.

In herbidis: *Intermesole, Majella, Grotta caprara.*

* 7. S. apenninus. *Tausch. Diagnoses nov. plant. in Syll. Ratisbon. tom. 2. pag. 252.* ad calcem. *Fl. oder Botanische Zeit. 1827. S. orientalis.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 224.*

In montibus Hirpinorum: *Monte di Bagnuli* (Guss.) *Montevergine*; Aprutii: *Accumoli*, (Orsini): *Velino, Monte dei Fiori.*

Obs. A. praecedente differt caule 2-3-pedali ramoso multifloro, corollis sulfureis non aurantiacis.

* 8. S. rupestris Kit. *S. laciniatus* Bert.

— — B. caule 4-pollicari simpliciusculo.

In nemoribus montanis Aprutii: *M. de' Fiori, Costone, Monte Corno, Majella*; Calabriae: *Pollino, Ruggia.*

Obs. An a *Senecione nebrodensi* satis distinctus?

* 9. S. erraticus Bert.

— — B. Caule rigido stricto lanuginoso, foliis inferioribus subintegerrimis leviter appendiculatis, corymbo fastigiato. *S. barbareaefolius* Baumg. *Cineraria cordifolia; Thomas pl. exsicc. ex Calabria.*

In humentibus et ad rivulorum margines frequens. B. *Serra di S. Bruno, in Calabria ulteriori.*

* 10. S. Jacobaea L.

— — A. foliis lyrato-pinnatifidis pinna extrema maxima, planta incanescens villosiuscula. *S. Jacobea* Hall. *helv. n. 62.*

— — B. foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis extrema caeteris conformi. *S. Jacobea.* Smith. *brit. 2. pag. 885.* Willd. *sp. 199. Herba S. Jacobi.* Fuchs. *hist. 742.* Bauh. *hist. 2. p. 1057.*

— — Bb. Foliis bipinnatifidis, foliorum laciniis angulatis; planta fere glabra. *S. erucifolius* Merat; *nouvelle Flore des environs de Paris. tom. 2. pag. 263. An S. neglectus* Desv; *Obs. sur. les pl. d'Anger p. 129?*

In pratis et nemoribus humentibus. Bb. in fossis et ad rivulorum margines: *Sebeto, Bagnuoli, Fusaro.*

Obs. Var. A. a *S. erratico* differt pinna extrema deltoidea non elliptica, lateralibus oblongis elongatis, nec abbreviatis subrotundis vel tantum auriculiformibus. Var. Bb, cujus specimina eodem loco a cl. *Merat* indigitato, intra *S. Cloud* et *Versailles*, ipse legi, abunde apud nos provenit et cum *S. erucifolio* passim commutatur: ab eo tamen differt foliis bipinnatifidis laciniis remotis obtuse angulato-dentatis, folia *Cinerariae ceratophyllae* aemulantibus, necnon planta fere omnino glabra. A. *S. sylvatico*, differt in primis durationc et seminibus hispidis.

11. S. tenuifolius.

— — A. foliis pinnatifidis subhirtis segmentis remotiusculis. *S. tenuifolius* Jacq. et Spr. Curtis, *Flora Londinensis new. edition. tom. 3. fascic. 57. Jacobaea incana repens. Barr. ic. 153. S. erucifolius.* Merat. *Fl. de Par. loc. cit. non Lin.*

— — B. foliis pinnatifidis utrinque incanis segmentis approximatis acutis mucronatis. *S. Jacobaea.* Savi *Fl. pis. 2. p. 285. Jacobaea incana segmentis acutioribus.* Moris *hist. 3. S. 7. tab. 12. f. 2. Jacobaea major Artemisiae folio incana radice non repente.* Barr. *ic. 267.*

In campis humentibus: A. *Capua, Caserta, Principati, Campobasso*, B. in nemoribus et ad agrorum margines: *Gargano.*

Obs. In *Var. B.* folia omnino illis *Artemisiae vulgaris* similia, et facies omnino diversa deprehenditur, sicut e collatione iconis *Barr. 266.* cum *153* patet; sed nullus in illa charecteres invenies ut in distinctam speciem sumere possis. *S. erucifolius* Lin. ex *cl. Hookerii* (loc. cit.) sententia, qui in herbario linneano plantam vidisse asserit, ad *S. sylvaticum* potius referendus est.

* 12. S. delphinifolius.

Campobasso, Capitanata.

* 13. S. foeniculaceus; foliis subvillosis, inferioribus petiolatis ovalibus vel obovatis sinuatis dentatis, superioribus amplexicaulibus sinuato-pinnatifidis dentatis, summis lanceolatis denticulatis, floribus corymbosis, corymbis laxiusculis, radio pauciflore, corollis exiguis revolutis, squamis anthodii apice sphacelatis *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 49. et Fl. nap. II. pag. 216. tav. 78. Jacobaea annua senecionis folio Foeniculi odore.* Tilli *Hort. Pis. pag. 76. tab. 28.* An *Erigerum majus. Dod. pempt. 629?*

In humentibus sylvaticis: *Bagnuoli, Agnano, presso la grotta del Cane, e Monte nuovo.*

Obs. A *S. nebrodensi Spr. Syst. 3. p. 563.* deleatur synonymon *S. foeniculaceus* Ten.: sunt enim plantae inter se omnino diversae.

* 14. S. crassifolius W. *S. humilis.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 216.* non *Desf.*

— — B. foliis hirtis pilis moniliformibus, involucri squamis cuspidatis. *S. apulus.* Ten. *App. ad ind. sem. H. R. Neap. pro anno 1827.*

In maritimis; Calabriae: *Fondaco del fico presso Monteleone* (Thomas); Japygiae: *Lecce*; Dauniae: *Gargano, Viesti.*

Obs. Var. B. a *S. crassifolio* differt foliis circumscriptione obovatis subpilosis, non lanceolatis glabris, corollis illas *S. Jacobeae* minime aequantibus, sed triplo minoribus; caeterum, habitu, iconi *Barrellieri 261* satis respondet. Eamdem plantam a Sicilia et a Corcyra se accepisse cl. Gay me monuit.

* 15. S. vulgaris.

Ubique.

16. *S.* squalidus: *Presso Bagnara nel letto de' torrenti*; Guss. *pl. exsicc. ex Calabria.*

* 17. S. vernus L. *S. chrysanthemifolius Moretti. Colline di Bagnara* Guss. *pl. exsicc. ex. Calabria.*

1. Cineraria capitata *Wahlemb.* et *Reichemb. Iconogr. Bot. Cent. 2. pag. 16. fig. 243-245.*

— — B. *Radiata. C. aurantiaca* Ten. *Fl. nap. prodr.*

In montosis Aprutii: *Majella.*

2. C. campestris *Retz, et Reichemb. Iconog. Bot. Cent. 2. p. 16. fig. 251-255.*

— — B. *humilis* Reich. *loc. cit.*

In herbidis montosis Aprutii: *Pizzo di Sivo*, (Orsini): *Majella, M. de' fiori*; B. *M. de' fiori.*

Obs. In A. folia integerrima, in B. folia subdentata.

3. C. maritima.

Folia sinuato-pinnatifida utrinque attenuata, segmentis subtrilobis, supra virescentibus subtus albo-tomentosis.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In rupestribus maritimis: *Miseno, Pozzuoli, Capri.*

4. C. bicolor. *Willd.*

Ad rupes maritimas: *Gargano.*

Obs. Folia oblonga apice latiora basi tantum pinnatifida, disci pars superior subintegra vel tantum sinuata, supra glabra nitida subtus albotomentosa.

5. C. ceratophylla; foliis utrinque tomentoso-incanis bipinnatifidis laciniis divaricatis obtuse dentatis, floribus corymbosis, anthodio tomentoso. *Cyrilli* inedit. et *Ten. Sem. H. R. Neap. pro anno 1825.*

In rupibus maritimis: *Miseno, Capri, Ischia.*

Obs. A duobus praecedentibus abunde differt foliis bipinnatis potius quam pinnatifidis, longe petiolatis remotissimis, etiam in planta adulta utrinque tomentoso-niveis. A sequenti non differt nisi anthodiis tomentosis. Nescio qua allucinatione *cl. Spr. in Syst. veg. curae post. pag.* 302. *C. ceratophyllam* synonymon fecisset *Senecionis Lycopifolii Poir.*; plantae quidem ab illa toto coelo diversae.

6. C. gibbosa *Guss.*

In maritimis Calabriae: *da Bagnara, a Scilla.* (Guss.).

Obs. Anthodio glabro a superiori potissimum discrepat.

1. Solidago Virgaurea.

— — A; caule subcorymboso. *Blakw. tav. 169. Fl. Dan. tab. 663. Solidago laxa.* Tausch. *Sylloge. nov. pl. ratisbon. tom. 2. pag. 354. ad calcem Flora oder Botanische Zeitung: 1827. tom. 2. Virgaurea.* Dod. *pempt. 1. lib. 5. cap. 26.*

— — B; Floribus subsessilibus axillaribus, glomeratis, foliis latioribus. *Virgaurea vulgaris latifolia. Bauh. hist. 2. p. 1062.*

— — A. in Apulia. B. ad sepes sylvaticas frequens.

1. Aster alpinus.

In editioribus montibus Aprutii: *Velino, Costone, Intermesole, M. Corno, M. de' Fiori.*

2. A. Tripolium.

In inundatis maritimis: *Fusaro;* Dauniae: *Pantano salso;* Lucaniae: *Laghi di Velia.*

* 1. Inula crithmifolia *Willd.*

In inundatis maritimis: *Fusaro, Gargano, Pesto.*

Obs. Folia in ramulis junioribus plana sparsa tridentata margine ciliata, in ramulis alterius anni fasciculata subteretia plerumque integerrima glabra; ita ut seorsim inspecta ad aliam plantam pertinere videantur.

* 2. I. odora.

— — B. Caule corymboso.

In collibus apricis siccis: circa Neapolim: *Valle de' pisciarelli, Solfatara;* et in Apulia: *Gargano.*

Obs. Folia supra nudiuscula, caulina quoque denticulata nec utrinque sericeo-villosa et integerrima ut in *I. oculo christi* dicuntur. Caeterum var. B. ob caulem corymbosum et anthodii foliola non satis elongata, ad eamdem *I. oculum christi* pertinere poterit. An hae species in unam conjungendae?

* 3. I. hirta.

In montosis Aprutii: *Majella.*

* 4. I. montana.

In Aprutii montibus obvia et in Gargano.

* 5. I. salicina.

In sylvaticis umbrosis frequens; circa Neapolim: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

* 6. I. Pulicaria.

In paludibus submontosis: *Piedimonte di Alife, Avellino, Lavino in Abruzzo.*

* 7. I. dysenterica.

Ad rivulorum margines et in inundatis communis.

* 8. I. Helenium.

Ad sepes submontosas in apricis: *Ponte di Bovino, presso il miglio 65. S. Bartolommeo in Galdo, Avellino, alle falde di M. Vergine, Campobasso.*

* 9. I. squarrosa.

— — B. caule multifloro. An *I. stricta.* Tausch.; *Diagn. novar. plantar. in sylloge plant. Ratisbon. t. 2. pag. 253?*

In Calabria: *Monteleone.*

1. Arnica floccosa *Bert.*

M. Corno, Pizzo di Sivo, (Orsini) *Intermesole, Pietracamela* (Gussone). *Velino.*

Obs. A *Senecione Doronico,* cui valde affinis est, differt caule unifloro, foliis radicalibus et inferioribus orbiculato-ovalibus obtusis coriaceis, nec non petalis aurantiacis

2. A. lanigera; foliis ovato-lanceolatis per petiolum decurrentibus, summis amplexicaulibus acuminatis inaequaliter dentatis lanuginosis, caule unifloro striato lanato, calycinis laciniis lanceolato-acuminatis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 49. Synop. edit alt. pag. 62. Relaz. del. Viag. di Abruz. p. 87.*

In pratis montosis Aprutii et in Gargano: *Montecalvo, Monte nero, Monte sacro, Spigno, Coppa di mezzo, a piana canale prima del bosco d'Umbra; in Lucania, M. di Ruggia.*

Obs. Hujus loci est *Senecio Scopolii Hoppe* cent. plant. exsic. Planta cum *S. Doronico* a cl. *Sprengelio* male confusa, ab eodem differt caule sesquipedali et ultra constanter unifloro, floribus duplo majoribus, calycibus cauleque lana densa gossypina obductis. Ab *A. floccosa* caule duplo triploque altiori, foliis oblongo-lanceolatis in acumine longe productis, floribus duplo majoribus, petalis flavis non aurantiacis discedit.

3. A. Bellidiastrum.

In sylvaticis montosis: *Montevergine, Matese, Gargano, Abruzzi.*

* 1. Doronicum Columnae; foliis dentato-angulatis scabriusculis, radicalibus cordato-reniformibus longe petiolatis, inferioribus auriculatis, mediis spathulato-cordatis vel simpliciter cordatis, summisque ovato-lanceolatis amplexicaulibus, caule 1-floro glabriusculo, radice repente nodosa. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 49. Synop. edit. I. pag. 70. edit. alt. pag. 62. Giorn. Encicl. di Nap. Genn. 1816. pag. 27. Fl. nap. II. pag. 229. tab. 79. Doronicum nigra radice Campoclarense.* Column. *Ecphr. 2. pag. 32. tab. 36.*

In nemoribus montosis Stabiarum: *M. S. Angiolo;* Thyphatinorum: *M. di Caserta;* Samnii: *Matese;* Aprutii: *Velino, Majella;* Lucaniae: *Ruggia, Monte della Stella, Gargano.*

1. Tussilago fragrans.

— — B. racemo subovato: An *T. racemosa.* Tausch. *Diagn. nov. plantar. In syll. plant. Ratisbon. tom. 2. pag. 251?*

In vallibus circa Neapolim: *Valle della Salute, Fontanelle, et in Gargano, piana di Gallinella prima di Rodi.*

2. T. Petasites.

— — B. *foemina. T. hybrida* Linn.

Ad rivulorum margines et in turfosis: *Piana di Salerno, Lagonegro, Lauria, Abruzzi, La Serra in Calabria.* Planta foemina ad Sebeti oras.

Obs. Plantam, quam recentiores pro *T. petasite foemina* habent, immortalis *Linnaeus* in distinctam speciem sumpsit, et forsan non immerito; nam ob flores 2-3-plo minores in longum et densum thyrsum coacervatos, pedunculisque ramosis insidentes, et facicm omnino diversam, cum *T. petasite* minime confundenda esse videtur.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

3. T. alba.
Ad aquarum stillicidia in frigidis Aprutii montibus: *Pizzo di Sivo*, (Orsini).
1. Bellis annua.
In arenosis maritimis: *Granatello*.
2. B. perennis.
In pratis humidis communis.
3. B. hybrida; caulibus ascendentibus basi ramosis foliosis, pedunculis floriferis axillaribus longissimis, foliis radicalibus elliptico-oblongis remote profundeque dentatis dentibus acutis, caulinis ovalibus vel spathulatis dentatis. *Ten. Fl. med. univers. e Fl. part. di Nap. t. 2. p. 64. Fl. Nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. XII.* An *B. perennis var. D.* DC. *Fl. Franc. I. pag. 185?*
In umbrosis humidis secus vias a Puteolis ad Lacum *del Fusaro*, et circa Neapolim.
4. B. sylvestris. *Cyrill. pl. rar. fasc. 2. pag. 12, tab. 4.*
In humentibus sylvaticis prope mare: *Fusaro, Licola, Lecce, Capitanata;* et in montosis demissis: *Falde della Stella.*
1. Chrysanthemum paludosum. *C. hybridum.* Guss. *Cat. H. R. in Boccadifalco pro anno 1821. p. 71. Ten. Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. III. pag. 12.*
— — B. radio albo.
In arvis Calabriae ulterioris: *Bagnara*, (Guss.).
2. C. variabile. *Röch. pl. exsic. ex Bannatu* et *pl. Bann. rar.* (Pestini 1828) pag. 3.
— — A; caule simplici, foliis caulinis linearibus acute parceque dentatis vel subintegerrimis flore minori. *C. montanum* Linn. *C. leucanthemum* var. *Spreng. Syst. 3. pag. 583.* an *C. Bauhini. Tausch. Diag. plant.* in Sylloge *Ratisb. tom. 2. p. 251?*
— — B. caule simplici, foliis caulinis oblongis (2-3-pollic.) inciso-serratis, flore majore.
— — C. caule ramoso, foliis caulinis inciso-serratis, flore majore *C. variabile carpathicum. Röch. pl. exsicc. ex Ban.*
In sylvaticis montosis: A. *Montevergine, Bagnuli, Matese, Majella*, B. *Majella, Pietracamela.* C. *Matese.*
* 3. C. Leucanthemum.
In demissis sylvaticis frequens.

Obs. A praecedente in primis differt anthodii squamis ovalibus apice dilatatis scariosis integriusculis.

* 4. C. segetum.
Inter segetes obvium.
* 5. C. coronarium.
In ruderatis maritimis.
* 6. C. italicum.
In maritimis Japygiae: *Lecce*, (Marinosci).
* 1. Pyrethrum latifolium. W. *Chrysanthemum maximum DC.*
In pascuis montosis. *Matese, Abruzzi.*
* 2. P. graminifolium Guss. *Chrysanthemum Linn.*
— — B. Foliis radicalibus obovato-cuneatis apice pectinato-incisis.
— — C. squamis anthodii concoloribus.
In herbidis saxosis montium Aprutii: *Majella a Grotta Capraro, Monte de' Fiori.*
* 3. P. ceratophylloides W.
— — B. *Tenuifolium;* foliis bipinnatisectis, laciniis linearisetaceis mucronatis; floribus magnitudine illorum *P. latifolii*, anthodii squamis acuminatis. An species propria?
In herbidis saxosis Aprutii: *Majella;* Samnii: *Capracotta* (Guss.) *Matese.*
* 4. P. Parthenium Smith. *Matricaria Parthenium* Lin.
In ruderatis montosis: *Monte S. Angelo di Castellammare, Montevergine, Matese, Abruzzi.*
* 5. P. tenuifolium; foliis bipinnatis villosis, foliolis ovatis vel lanceolatis inciso-multifidis, laciniis linearibus mucronatis subaristatis, pedunculis corymbosis. *Ten. Fl. nap. Prodr. pag. 50 Synopsis pag. 71. Fl. Nap. tom. 2. pag. 235. tav. 80 exclus. syn. P. tenuifolii* Willd. *Pyrethrum foliis tenuissimis Achilleae caesuris.* Mich. *gen. 34 tav. 29.*
In herbidis montosis Aprutii: *Majella, Monte Corno, Monte de' Fiori.*

Obs. Ab affine *P. corymboso* differt foliis bipinnatis tenuissime incisis, nec simpliciter pinnatis foliolis pinnatifidis. *Michelii* synonymon a Linnaeo duobus plantis abunde diversis, videlicet *Chrysanth. Achilleae* et *C. italico* inscriptum, ob folia in icone evidenter bipinnata, ad nostram plantam potius amandare oportet.

* 6. P. Myconi Spreng. *Chrysanth. Myconis* Lin.
Ad agrorum margines frequens.
* 1. Anthemis maritima.
In litoribus obvia: *Fusaro, Licola.*
* 2. A. mixta.
Ad agrorum margines obvia.
* 3. A. montana.
— — A. *alpina. A. alpina Moricand; plant. exsiccat. ex Pyreneis; et Orsini pl. exsicc. ex Aprutio.*
— — B. *Columnae;* foliis argenteo-sericeis facie et odore *Artemisiae Absinthii;* floribus sesquipollicaris diametri. *Absinthium montanum, Abrotani foeminae flore.* Column. *phytob.* (Neap.) *part. 2. pag. 23 tab. 33.*
In saxosis montium Aprutii: *Monte Corno* (Orsini) Campaniae: *Monte di Fondi;* Calabriae: *Sila.* B. ad rupes *Montevergine;* prope Coenobium (Column.) Ten.

Obs. Var. A. ab *A. alpina* differt foliis pinnatifidis sublanato-canescentibus laciniis trifidis, non pectinato-pinnatifidis glabris laciniis integerrimis. *A. alpina* vera in Italiae meridionalis alpibus desideratur. Plantam quam hoc nomine botanici mihi benevole communicavere, semper ad *A. montanam* pertinere cognovi. Specimen ejusdem, Pyreneis lectum, a clariss. *Moricandio* quoque accepi, eodem *A. alpinae* nomine inscriptum. *A. alpina* vera, a cl. Willdenowio optime adumbrata, habet folia atrovirentia pinnatifida, laciniis subaequalibus lineari-subulatis, pectinis instar dispositis; ejusdem specimina, in alpibus pedemontanis, circa *Montanvert*, anno 1824, julio florentia, legi.

* 4. A. petraea; caule ascendente unifloro foliisque bipinnatifidis glabris, laciniis linearibus cuneatis acutiusculis integris, anthodii squamis glabris nigro-marginatis, paleis lanceolatis acutis, seminibus subtetragonis. *Ten. Fl. nap. tom. 2. pag. 246. tav. 82. Spreng. syst. veg. 3. pag. 693. Guss. pl. rar. p. 355.*
In glareosis Aprutii: *Intermesole, Monte Corno* (Guss.) *Majella.* Perennis.
* 5. A. Barrelieri; caule simplici decumbente unifloro foliisque sericeo-tomentosis, radicalibus bipinnatifidis, laciniis brevibus oblongo-ellipticis obtusiusculis, anthodii squamis paleisque nigro-marginatis, flosculis radii (albis) subrotundis, seminibus compressis marginatis. *Ten. Fl. nap. tom. 2. p. 245. tav. 81. Spr. Syst. veg. 3. p. 693. Anacyclus Barrelieri.* Guss. *pl. rar. pag. 337. Chamaemelum montanum incanum absynthoides italicum.* Barr. *ic. 457.*
In glareosis alpinis Aprutii: *Monte Costone, Intermesole* (Guss.) *Monte Corno a Lama bianca, a Monte di Vado, ai Renani; Majella a Focaleto a Monte Amaro; Velino.* Perennis.
* 6. A. tomentosa.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Bari, Lecce, Mongiana, Reggio.

7. A. retusa. *Link.*

Capo colonna, Basilicata.

8. A. secundiramea. *Biv.*

In lapidosis maritimis: *Bari, Monopoli, Lecce, Reggio.*

9. A. mucronulata. *Bertol. Ten. et Spreng.* (ab hoc excl. synon *Preslii*, monente *Gussonio*). *Anacyclus mucronulatus.* Guss. *Pl. rar. pag. 356. Pyrethrum alterum minus caespitosa radice, Anthemidis flore italicum.* Barr. *Ic. 552.* An *A. apennina. Tausch. Syllog. plant. Ratisb. p. 250. ad calcem tomi 2. Botanische, Zeitung 1827?*

In glareosis Aprutii editioribus: *Pizzo di Sivo* (Orsini), *Morrone* (Barrel. et Guss.), *Montagne di Frattura* (Gravina) *Majella, Monte Corno.*

Obs. *Barrelieri* synonymon, a *Linnaeo* sub *Santolina alpina* relatum, ad hanc certe spectat.

10. A. Chamomilla *Willd.*

In arvis frequens.

Obs. Semina nuda teretia.

* 11. A. pubescens.

Lecce, Calabria.

* 12. A. Cota. *A. altissima* et *A. Cota Linn.*

Inter segetes.

Obs. Anthodii squamae laxae glabriusculae.

13. A. chia.

In campis et arvis Calabriae: *da Reggio a Spartivento* (Brocchi et Guss.).

* 14. A. Triumfetti.

— — B. Floribus discoideis.

In submontosis inter segetes.

Obs. Anthodii squamae pubescentes adpressae.

* 15. A. Cotula.

— — B. Floribus minoribus.

In aggeribus.

* 16. A. arvensis.

In arvis communis.

17. A. nobilis.

— — B. *Pubescens.*

In arvis frequens.

Obs. Semina angulata coronula aucta.

18. A. clavata *Desf. et Spreng. Anacyclus clavatus* Persoon.

In arenosis Calabriae: *Cotrone.*

* 19. A. tinctoria.

— — B. *Discoidea.*

In agris siccis submontosis.

* 20. A. valentina *Linn.*

In arenosis maritimis: *Bagnuoli.*

* 1. Achillea Ageratum.

In arvis montosis: *Matese, Majella*, et alibi.

* 2. A. punctata; caule simplici subpubescente striato, foliis decursive pinnatis utrinque villoso-punctatis, circumscriptione oblonga, foliolis linearibus pinnatifidis laciniis trifidis mucronato-dentatis, rachi lineari subintegerrima, corymbo composito compacto multifloro; corollis 3-fidis flavescentibus. Ten. *Fl. nap. prodr. p. 49. Synops. ed. 1. pag. 2. ed. 2. pag. 63. Fl. nap. II. pag. 253. tav. 83.* Spreng. *S. V. 3. pag. 599.*

— — B. Corymbis compactis coarctatis, calycibus nigro-marginatis. *A. odorata;* Schleich. *pl. exsicc. ex Helv.* non *Linn.*

In pascuis alpinis Aprutii: *Arapietra, Campo Aprico* (Guss.) *Majella;* Samnii: *Matese;* Campaniae: *Monte Casino. B. Monte Corno.*

3. A. filipendulina. Lam. *A. tanacetifolia* Ten. Fl. nap. tom. 2. pag. 251. non All.

In Lucania: *Potenza* (Rosano).

* 4. A. Millefolium.

— — B. *Rosea.*

In Gargano et Aprutii montibus. *B. Chiarino* (Guss.).

* 5. A. tomentosa.

In pascuis editioribus Aprutii: *Pizzo di Sivo, M. de'Fiori.*

* 6. A. setacea.

In pascuis Aprutii: *M. S. Franco, Majelletta, Monte Corno.*

Obs. Corymbo non fastigiato sed thyrsoideo, foliis duplo longioribus et angustioribus illis *A. millefolii* omnino similibus, ab *A. punctata* dignoscitur.

* 7. A. nobilis.

Matese, Majella, Pizzo di Sivo, M. Corno, Chiarino, M. de'Fiori.

Obs. Ab *A. punctata* differt caule stricto, foliis impunctatis planis, floribus duplo minoribus, calycibus glabris.

* 8. A. ligustica.

In collibus circa Neapolim communis.

9. A. sylvatica; foliis duplicato-pinnatifidis, circumscriptione ovato-oblonga, pinnis approximatis, lanceolato-oblongis inciso-serratis; corymbis fastigiatis compositis; rachi dilatata subintegerrima; anthodiis angulatis oblongis. Planta pubescens, atrovirens inodora Ten. *Appendix ad indicem semin. H. R. Neapol. pro anno 1827.* (in notis).

In nemoribus montis Gargani; Calabriae, et Lucaniae. Floret Junio. *Perennis.*

Obs. Ab *Achillea distante*, ad quam quidem accedit, distinguitur circumscriptione, brevitate, et forma laciniarum foliorum. *A. distans* habet folia radicalia pedalia et longiora, folia caulina 3-4-pollicaria, circumscriptione lanceolata, pinnis distantibus, laciniis linearibus; nostra planta, vero, foliis radicalibus 5-6-pollicaribus, caulinis 1-2-pollicaribus, circumscriptione ovata praedita est. Ab *A. ligustica* differt; caule simplicissimo, laciniis foliorum confluentibus, duplo latioribus, magis incisis. Uno verbo, nostra planta habet circumscriptionem foliorum *A. nobilis*, latitudinem et formam pinnarum *A. tanacetifoliae*, flores *A. ligusticae.*

* 1. Buphthalmum spinosum.

— — B. foliis omnibus integerrimis, caule valde lanato.

In collibus; B. in Lucania.

* 2. B. aquaticum. *Aster legitimus Clusii mollior luteus.* Barrel. *Ic. 552.*

In palustribus Japygiae, Lucaniae, Calabriae:

Syngenesia frustranea

Cynarocephalae.

* 1. Centaurea crupina.

In collibus apricis siccis; prope Neapolim: *Monte nuovo;* in Aprutio: *Salviano.*

* 2. C. Centaurium.

In pratis montosis Aprutii: *Morrone, Majella*, et in Japigia: *Bosco di Caroli presso Martina*, (Marinosci).

* 3. C. Jacea.

In campis Samnii, et Aprutii.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 4. C. amara.

In campis Samnii: *Trivento*, (Scarano).

5. C. incana; anthodiis ovatis squamis scariosis laceris submuticis disco nigro-maculatis; foliis inferioribus lyrato, pinnatifidis, lobis lanceolatis obtusis mucronatis integerrimis utrinque tomentoso-argenteis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 52. Synop. edit. 2. pag. 63.*

In rupibus editioribus Aprutii: *Majella, a Grotta Caprara.*

Obs. Nulla est meae plantae affinitas cum *C. amara*, qua cum Sprengelio placuit associare.

* 6. C. deusta; anthodiis ovatis, squamis oblongis scariosis laceris cuspidatis discoloribus; foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatis, pinnis lanceolato-linearibus integerrimis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 51. Synop. ed. alt. pag. 64.*

— — A; caule stricto 2-3-pedali paniculato; foliis caulinis basi pinnatifidis; floribus purpureis, anthodii squamis nigro-maculatis. *Fl. Nap. II. pag. 266. tav. 84.*

— — B; floribus albis; foliis tenuissime sectis, anthodii squamis decoloratis. *C. splendens.* Moricand. pl. exsicc. ex agro Tergestino; et *Ten. Fl. nap. loc. cit.*

— — C; caule humili ramosissimo; foliolis ovali-oblongis; floribus maximis, anthodii squamis nigerrimis.

— — D; caule paniculato ramosissimo; foliolis linearibus; floribus exiguis; anthodii squamis concoloribus fuscis longe mucronatis. *C. Lippii.* Ten. *Fl. nap. prodr.*

A. in sylvis montosis: *Camaldoli, Sannio, Abruzzi;* B. in collibus maritimis: *Posillipo, Pozzuoli, Baja;* C. in pratis montosis editioribus: *M. S. Angiolo di Castellammare, al piano di Faito;* D. *Lecce.*

Obs. Mirum variat compositione foliorum, latitudine laciniarum, et anthodiorum magnitudine; ludit quoque squamis anthodii medio nigerrimis badiis, vel fere decoloribus, nec non floribus purpureis, pallidis, vel omnino albis. *C. splendenti* immerito a Sprengelio confunditur, et cum ea a botanicis plerisque saepe commutatur. *C. splendens* vera, cujus, specimen nuperrime a clss. *Lang.* et *Szovitz.* (*Herb. ruthenic. Cent. II. n. 5. in subulosis ad Hypanim pone Nikolajew*) accepi, est planta omnino diversa, quae anthodiis globosis magnis, squamis inflatis rotundatis integerrimis immaculatis argenteis submuticis, a *C. deusta* primo intuitu dignoscitur.

* 7. C. Scabiosa.

In campis Aprutii.

Obs. Folia scaberrima, anthodia lanata.

* 8. C. coriacea.

Inter segetes in montosis demissis Samnii, Aprutii, etc.

Obs. Folia coriacea, anthodia glabra.

* 9. C. sempervirens.

Bari, Lecce, Basilicata.

* 10. C. Stoebe.

In rupibus Gargani ad meridiem versis: *Salita di S. Angiolo.*

11. C. nigra.

— — B. *Decipiens.*

In campis Aprutii. B. in Campania: *tra Capua, e S. Agata.*

Obs. Recte quidem cl. *Merat (Flor. parsis. 2. edit. tom. 2. pag. 244)* ob anthodii squamas ciliatas caeteraque notas, ad hanc speciem *C. decipientem* Thuil. amandavit. Est enim a *C. nigrescente*, ad quam a Sprengelio refertur magis, quam ab illa diversa.

* 12. C. nigrescens *W. et Spreng.* (exclus. aliquot synony.).

In pascuis humentibus circa Neapolim: *Fusaro, Agnano.*

Obs. Folia caulina lanceolata serrata, anthodii oblongi squamae nigrescentes ciliatae ciliis brevibus, summae scariosae indivisae integerrimae.

13. C. spathulata; anthodiis ovatis, squamis oblongis ciliatis, summis scariosis fuscis integris, foliis scaberrimis, inferioribus sub-lyratis, superioribus spathulatis serratis, summis oblongo-ellipticis obtusis integerrimis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 61. Synops. edit. 2. pag. 63.*

In collibus lapidosis Aprutii: *Roccamorice, S. Spirito, Pizzoli.* Perennis.

Obs. Habitus *C. nigrae*, flores *C. nigrescentis*, sed duplo majores, planta canescenti, foliisque spathulatis ab utraque distincta.

14. C. bracteata Scopol. *Delic. Florae et Faunae Insubricae; Fasc. 2. tab. 9.*

In campis Lucaniae.

Obs. Folia caulina basi dilatata subhastata; anthodia lanuginosa avellanae magnitudine; squamis aureis; folia bracteaeformia sub flore involucrum constituunt.

In campis Lucaniae.

* 15. C. cinerea.

— — A. *Ascendens;* elata, corymbosa, argentea; foliis radicalibus pinnati-sectis laciniis oblongo-lanceolatis integerrimis vel basi divisis, caulinis pinnatifidis; anthodiis avellanae magnitudinis, squamis disco decolore, ciliis nigris.

— — Aa *Glabrata;* foliis utrinque glabriusculis summis tantum petiolisque sublanuginosis.

— — B. *Humilis;* divaricata; foliis sublanatis passim nudiusculis scabris; anthodiis 2-plo minoribus, squamis disco ciliis apice nigricantibus. *C. paniculata.* Guss? *pl. exsicc. ex Sicilia. Madonie, Etna.*

— — Bb. *Procera* (in sequentem transiens); foliis magis dissectis, foliolis linearibus.

— — C. *Elata;* stricta, paniculata, incano-virescens; foliis scabris laciniis obtusiusculis, anthodiis Avellanae dimidio minoribus, squamis nigricantibus, ciliis totis nigris.

— — D. *Humilis;* incana, caule ascendente simpliciusculo vel corymboso, foliorum laciniis oblongo-lanceolatis, anthodiis totis nigerrimis Avellanae dimidio minoribus. *C. maculosa.* Guss. ex descriptione et locis natalibus, non *Lam.*

— — E. *Elata:* incano-virescens, caule divaricato, foliis glabriusculis, anthodiis avellanae magnitudinis et ultra, squamis ciliisque nigris. *C. ambigua.* Guss. (quoad iconem et descriptionem *pl. rar. pag. 360. tab. 61.*, non quoad specimina hoc nomine inscripta, quae ad *C. dissectam B.* pertinent).

In collibus aridis et ad sepes Aprutii: *Pietra Camela, Costone, Selve di S. Nicola sopra M. Corno, Majella.*

Obs. Plantae revera polymorphae characteres certi mihi sunt anthodii squamae cum ciliis nigricantibus concoloribus, exteriores appendiculatae, ciliatae nervosae adpressae, interiores lineares obtusae sub apice nervosae duplo longiores. *C. maculosa Lamarck*, cujus specimina ex herbar. ruthen. a clss. *Lang.* et *Szovitz*, accepi, est planta omnino diversa, nec cum nostra confundenda. Eidem adprime respondet icon *Florae sibiricae, tom. 2. t. 44. f. 1. et 2.* cujus squamae calycis cum collatione plantae ruthenicae optime ad naturam nec nimis negligenter pictae comperi; *cl. Gussonius*, nempe, qui sic illas dixit, plantam a ruthenica abunde diversam sub oculis habebat.

16. C. dissecta; anthodiis ciliatis, squamis omnibus uniformibus nigro-maculatis, ciliis albis; foliis inferioribus pinnatifidis, laciniis remotis lanceolato-linearibus subdentatis. Planta canescens. *Ten. Fl. nap. prodr. p. 61.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

— — A. *Incana;* humilis ascendens; foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis, caulinis pinnatis, laciniis remotis, anthodiis avellanae magnitudinis, squamis nigris, ciliis argenteis.

— — B. *virescens;* caeterum praecedenti similis. *C. ambigua.* Guss. (quoad specimina hoc nomine inscripta mihi communicata.)

— — C. *Elata;* incano-virescens, subpaniculata, anthodiis Avellana dimidio minoribus, squamis badiis, ciliis argenteis.

In herbidis et saxosis montium Aprutii: A. *Monte de' Fiori, Monte Corno;* B. *Monte Grande, Monte di Pizzoli;* C. *Roccamoriee, Caramanico.* Perennis.

Obs. Planta haud minus quam praecedens varians. Certi characteres speciei mihi sunt, foliorum laciniae falcatae elongatae remotae maximae semper acutissimae, et anthodii squamae discolores; videlicet disco maculato et ciliis argenteis, qua nota praesertim primo intuitu ab omnibus praecedentis varietatibus dignoscitur.

* 17. C. Cineraria.

Ad rupes maritimas: *Fusaro, Miseno, Capri, Portella.*

* 18. C. Cyanus.

Inter segetes.

* 19. C. axillaris Willd. *C. seusana.* Villars *C. montana.* Ten. Fl. nap. t. 2. pag. 260. non Linn.

— — B. *Nana;* foliis pinnatifidis.

— — C. foliis subintegerrimis, *C. stricta.* Kit.

In pascuis montosis: A. *Monte S. Angiolo di Castellammare, Monte Vergine, Pollino, Sila, Gargano.* B. in Aprutii montibus. C. *Pollino, Montevergine.*

20. C. Phrygia Linn. *C. Austriaca. Guss. Pl. rar. p. 358. et* Orsini pl. *exsicc. ex Aprutio,* non Willd.

In demissis montosis Aprutii: *Pietra Camela.*

* 21. C. salmantica.

In pratis argillosis: *Tavoliere, Campobasso.*

* 22. C. centauroides.

In Lucania et Apulia.

* 23. C. fuscata Desf. *C. marginata* Ten. prodr.

In arvis Apuliae: *Tavoliere, Gargano.*

* 24. C. rupestris.

In saxosis Aprutii: *Pizzo di Sivo:* (Orsini) *M. Grande.*

Obs. Caule stricto, foliorum laciniis lineari-filiformibus, anthodiisque subinermibus a sequenti differt.

* 25. C. ceratophylla; anthodiis ciliato-spinosis, foliis caulinis pinnatis, radicalibus bipinnatis pinnis lanceolatis linearibusque lanuginosis, caule ascendente subangulato lanato. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 52. Synops. ed. 1. pag. 72. ed. 2. pag. 63. Fl. nap. II. pag. 274.*

— — A. spinis validioribus, floribus luteis. *Fl. nap. tav. 76.*

— — B. calycibus subinermibus, luteis. An *Jacea lutea montana minima tenuifolia.* Column. *Ecphr 1. pag. 36. tab, 33 fig. 2.*

— — C. spinis validioribus, floribus croceis.

In rupibus calcareis Magellae: *Valle di S. Spirito,* et in Velino. Perennis.

Obs. Ob foliorum pinnas lanceolatas recurvas cornu cervi modo ramosas, haec nostra *C. collinam* potius, quam praecedentem refert. Ab utraque differt caule humili decumbente subunifloro; a *C. rupestri* insuper foliolis minime filiformibus pallide luteo-virescentibus lanuginosis, nec intense viridibus glabriusculis discrepat.

* 26. C. napifolia.

— — B. Floribus majoribus, anthodii squamis lanuginosis.

In arvis maritimis: *Pizzo, Campagne di S. Anna,* in Calabria. B. circa Capuam.

* 27. C. spaerocephala *Linn.*

— — B. caule ramosissimo procumbente, foliis caulinis lyrato-pinnatifidis. *C. caespitosa.* Cyr. *pl. rar. neap. fasc. 1. pag. 24. tab. 8. Jacea maritima, incana capitulis purpureis spinosa major.* Barrel. *Ic. 1217.*

In ruderatis et arenosis maritimis. *Ponte della Maddalena, Marina de' gigli.*

* 28. C. solstitialis.

In arvis et collibus siccis.

* 29. C. melitensis.

In arvis Apuliae: *Bari, Lecce.*

30. C. sicula.

In campis argillosis Apuliae: *Tavoliere.*

* 31. C. benedicta.

In campis sabulosis et abunde ad Vesevi radices: *Pompej, Mauro.*

* 32. C. apula.

In arvis Apuliae: *Tavoliere.*

* 33. C. Calcitrapa.

In collibus siccis et ruderatis obvia.

* 34. C. horrida; foliis scabris sessilibus pinnatifidis denticulatis, ramis patentibus dense confertis, anthodio oblongo, squamis ad basin ramuli longe productis, spinis simplicibus validis canaliculatis patentibus armatis, passim spinis minutissimis basi auctis, seminibus nudis. *Ten. Ind. Sem. et plant. vivent. H. R. Neap. pro anno 1829. pag. 15.*

Habitat in monte *Gargano.* Floret Julio-Octobri. *Biennis?*

Planta densissimo caespite crescens, florescentiae tempore undique spinis horrida; rami laterales brevissimi et confertissimi in flores producti, in anthodii substantiam fere transeunt. Facies *C. Calcitrapae,* sed datis characteribus ab ea differre videtur.

35. C. Torreana; foliis scabris sessilibus pinnatifidis, superioribus lanceolato-linearibus denticulatis, ramis erectis confertis glabriusculis, floribus breviter pedunculatis numerosisimis, anthodii spinis patentibus debilibus basi compositis, superioribus evanescentibus, seminibus nudis. *Ten. loc. cit.*

Habitat in *Gargano;* floret Augusto-Octobri. *Biennis.*

Cum praecedentibus invenit dilectissimus botanophilus: *Salvator della Torre.*

Obs. Ab affinibus *C. calcitrapa* et *C. calcitrapoidi* in primis abhorret ramis erectis confertis, floribus duplo minoribus ac toto habitu.

36. C. lappacea; foliis decurrentibus lanceolato-linearibus integerrimis albo-tomentosis; radicalibus.....; floribus solitariis luteis, anthodii squamis linearibus adpressis densa lana involutis, spinis setaceis brevibus, basi spinis duabus brevissimis suffultis. *Ten. loc. cit.*

Planta tomentoso-incana, caules procumbentes, anthodii squamae spinis subinermibus setaceis terminatae, spinulae laterales lana obtectae, *Arctii Lappae* capitula aemulantes, sed duplo minores.

Habitat in *Gargano;* floret Augusto-Octobri. *Biennis.*

Obs. C. *solstitiali* et C. *apulae* affinis; sed a prima differt praesertim anthodiis dense lanatis, spinis setaceis subinermibus, ab altera foliis tomentosis decurrentibus, floribus duplo minoribus, spinis setaceis simplicibus basi spinulis fere inconspicuis auctis.

* 37. C. lanata DC. et Spreng. *Carthamus lanatus.* Linn. et *Ten. Fl. nap. tom. II. pag. 189.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In arenosis maritimis.
* 1. Galactites tomentosa Moench. *Centaurea galactites* Linn.
In fossis secus vias communis.

Syngenesia necessaria

Corymbiferae.

* 1. Calendula officinalis.
In arvis obvia.
* 2. C. stellata *Cav.*
— — B. *crocea.*
In collibus apricis Calabriae: *Reggio, Capopellaro, Bianco nuovo, Marina di Cariati* (Guss.).
3. C. sicula *Willd.*
In Calabria.
* 4. C. arvensis.
In arvis Aprutii.
5. C. incana *Willd.. C. maritima* Guss.
In arvis Calabriae.

Syngenesia segregata

Cynarocephalae.

* 1. Echinops sphaerocephalus.
In ruderatis Aprutii: *Majella*, Lucaniae.
* 2. E. Ritro.
— — B. *Elegans;* Bert. ined. ex Guss. pl. rar. pag. 364.
In asperis calcareis montosis Aprutii: *Forca di presto*, (Orsini): *Valle dell' Inferno alla Majella*, (Guss.).
* 3. E. virgatus Lam. *Carduus sphaerocephalus caeruleus capite ferrugineo minor.* Barrel. *ic. 414. E. australis.* Ten. *Fl. nap. Prodr. suppl. 3. in Fl. nap. tom. 2. pag. 381.*
In campis Lucaniae.

Classis Gynandria

Monandria

Orchideae

* *Orchis; tuberibus globosis.*

* 1. Orchis bifolia *L. Platanthera bifolia* Rich.
In nemoribus obvia.
* 2. O. pyramidalis.
— — B. *Flore albo.*
In nemoribus Stabiarum: *Monte S. Angiolo;* Samnii: *Sterparo presso Trivento* (Scarano); Aprutii: *Teramo;* Gargani: *M. Sacro;* Lucaniae: *M. della Stella;* Japygiae: *boschi di Ginosa;* B. in Gargano: *ne' boschi di pini tra Viesti e Peschici;* et in Piceno: *Eboli al colle di S. Giovanni.*
* 3. O. coriophora.
In pascuis siccis, et in dumetis maritimis, *Mortelle di Portici, Ischia, Colle Faito e Colle delle Monache a Castellammare, Pesto, Real Parco di Caserta, Abruzzi, Puglia.*
* 4. O. secundiflora *Loisl. et Bert. Satyrium maculatum* Pers. et Ten. Fl. nap. II. pag. 301. *Ophrys densiflora* Desf.
In collibus aridis et in ericetis Lucaniae: *alla macchia degli Offali presso Felitto piano* prope Sessa (Giordano); *Monte de' Fiori* (Orsini); Calabriae: *Serra di S. Bruno, Scigliano* (Thomas); Samnii: *Campobasso* (Scarano).
* 5. O. quadripunctata; labio trilobo plano lobis aequalibus, medio subemarginato subquadripunctato, petalis patentibus ovalibus obtusis, cornu recto filiformi germine longiore; spica multiflora oblonga, floribus minutis, bracteisque concoloribus rubro-violaceisque. *Ten. Fl. nap. prodr. pr. 53. Syn. ed. 1. p. 73. ed. alt. pag. 64. Fl. nap. II. pag. 291.* (quoad loca natalia tantum, et excl. omnibus synonymis, excepto illo Cyr.) *tav. 89. Cyr. ic.* (ined.) *fasc. 3. tab. 10,*
In pascuis montosis Apuliae: *Gargano a Monte di Mezzo;* Calabriae: *Pollino.*

Obs. Diu *O. quadripunctatam* Cyrilli ab *O. Brancifortii* haud differre putavi, quam sententiam cl. *Sprengelius* (Reg. Veget. 3. pag. 687.) sequutus est. Nihilominus, accuratius perpensa re, plantisque ipsis florentibus diligenter comparatis, eas revera inter se discrepantes comperi. *O. quadripunctata* ab *O. Brancifortii* differt nectario germine longiore, labelli lobis aequalibus, petalis ovatis exterioribus intermedio conformibus, colore intense rubro-purpureo. Icon *Cyrilli*, quam in *Flora Neapolitana* (tom. 2. tav. 89.) recudi curavi, nostram plantam optime reprae sentat. *O Brancifortii* habet nectarium germine multo brevius, labelli lobum medium lateralibus duplo latiorem, petala ovalia duo exteriora intermedio longiora. Icon. cl. *Bivonae* (*Pl. Sic. man. 1, tab. 1. fig. 2*) suae plantae adprime convenit.
O. quadripunctata ad Garganum, anno 1827, floribus orbatam legi, unde in Horto Regio traslatam, florentem habui sequenti anno.

6. O. acuminata. *Desf. O. parviflora.* Ten. *Fl. nap. prodr. p. 52.* non *Willd.*
In pascuis Lucaniae et Japygiae: *Ginosa* (Rosano).
* 7. O Morio.
In pascuis siccis Campaniae: *presso Frasso*: (Lostritto) Samnii: *Monte lungo presso Trivento* (Scarano); Aprutii: *Majella.*
* 8. O. Nicodemi; labio trilobo, lobis ovalibus dilatatis subaequalibus crenulatis, medio emarginato punctato, petalis exterioribus patentibus acutis cornu germine subaequanti ascendente, bracteis germine longioribus. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 53. Syn. ed. 1. pag. 73. edit. alt. pag. 64. Fl. nap. II. pag. 290. tav. 90.* Cyr. *pl. rar. fasc. 3.* (inedit.) *tab. 11.*
In pascuis siccis Apuliae: *Conversano.*
* 9. O. mascula.
In pascuis montosis Campaniae: *Frasso* (Lostritto) Calabriae: *Monte Cocuzzo;* Stabiarum: *M. S. Angelo di Castellammare.*
10. O. stabiana; labello trilobo convexo subplicato plerumque immaculato, lobo medio lateralibus duplo lungiore, sepalis reflexis in longum mucronem productis, spica laxiuscula, foliis immaculatis. *Ten.*
In nemoribus Stabiarum cum praecedente promiscue crescit. Folia laete virentia, flores purpurei odori, labellum concolore.

Obs. Ab affine *O. mascula* differt floribus purpureis labii lobo medio elongato concolore, nec rubris labii lobis subaequalibus medio albo rubro punctato; foliis lanceolatis laete virentibus immaculatis, nec ovalibus pallidis nigro-maculatis.

* 11. O. longicornu *Poir.* et *Desf.*
In pascuis montosis Stabiarum, Lucaniae, et Aprutii: *Majella.*
* 12. O. tephrosanthos *Will. et Vill. Delph. 2. pag. 32.* An. *O. simia Lam.* et *Spr.* ab hoc excl. syn. *O. longicruris Link*, et *O. undulatifolia Biv. O. Zoophora.* Thuill. *Fl. paris. 2. p. 459. O. Zoophora cercopithecum exprimens oreades.* Colum. *Ecphr. 1. p. 319. t. 320.*
In montibus Acquicolorum (Columna); Calabriae: *Pollino.*

Obs. Ab affinibus differt in primis nectarii laciniis incurvis linearibus obtusis, quas Columnae icon perbelle exhibet.

13. O. undulatifolia. *Biv. Sicul. plant. Cent. 2. p. 44.* (excl. syn. *O. longicruris* Willd.) tab. 6.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In nemoribus montosis insulae Caprearum, Stabiarum, Massae Lubrensis, Campaniae, Lucaniae, Dauniae, Samnii et Aprutii obvia.

14. O. longicruris *Link.*

In nemoribus Lucaniae: *Potenza* (Rosano).

Obs. A praecedenti differt foliis planis ovatis, floribus purpureis duplo minoribus, labii laciniis angustioribus, spica pyramidata non globosa. Ab *O. tephrosantha*, labii laciniis rectis lanceolatis acuminatis facillime dignoscitur.

* 15. O. variegata *Jacq. O. seu cynosorchis galeata purpurea leucostieta sponsam ornatam effingens.* Bon. *tab. 35. O. acuminata.* Ten. *Relaz. del viaggio di Abruzzo pag. 88.*

In pascuis montosis: *Monte S. Angiolo di Castellammare, Capri, Frasso, Cava, Monte della Stella, bosco di Persano, Monti di Gaeta, Gargano, Monte di Mezzo presso S. Marco in Lamis, Civita di Penne, M. de' Fiori, Bosco di Ginosa.*

* 16. O. militaris *Willd.* (excl. syn. *Halleri*), Jacq. *ic. rar. tom. 3. tab. 598.* Fusch. *Hist. 554.* Ten. *Fl. nap. II. p. 292.*

In nemoribus Aprutii: *Majella.*

* 17. O. galeata. *Lam.* et *DC. Fl. fr. 2. tom. 3. p. 249.* Hall. *helv. n. 1277. tab. 28. Fl. nap. II. loc. cit.* An praecedentis varietas?

In nemoribus Aprutii.

Obs. Ab *O militari* differt spica conica compacta et labii laciniis anterioribus divergentibus cum interjecto mucrone.

* 18. O. fusca *Jacq.*

— — B. *moravica.*

In pascuis Lucaniae: *Bosco di Persano;* B. in Aprutio.

* 19. O. ustulata.

In nemoribus Samni: *Monte Lungo presso Trivento* (Scarano); Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini).

* 21. O. papilionacea.

In pascuis siccis submaritimis: *Mortelle di Portici, Bagnuoli*, et in apricis montosis: *Frasso.*

21. O. expansa; labello deltoideo punctis serialibus distinctis picto, in floribus nubilibus plano dilatato, margine sinuato-crenulato, petalis acutiusculis erectis nervosis, germine cornu recto obtuso longiori bracteas coloratas subaequante. *Ten. Ind. sem. et plant. vivent. H. R. Neap.* (1829) in notis *pag. 17. O. speciosa expanso cochleari flore elegantissime picturato fimbriato.* Bon. tab. 31.

Habitat in *Monte della Stella* (Giordano); *Faito* Stabiarum; floret Junio. *Peren.*

Obs. Ab *O. papilionacea* differt nectarii labio dilatato deltoideo sinuato crenato pubescenti, punctis rubris picto, nec obovato-concavo coarctato canaliculato concolore.

22. O. saccata; labello subrotundo emarginato suberenulato venoso, sepalis obtusiusculis enerviis, germine cornu inflatum obtusum superante, bracteisque lanceolatis coloratis breviori, foliis maculatis. Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 53. syn. ed. alt. pag. 65.* Spreng. *Syst. 3. p. 684.*

In pascuis Lucaniae (Rosano).

* 23. O. ensifolia *Vill. O. laxiflora Lam. et Spr.*

In pascuis humentibus: *Fusaro, Licola, Fondi, Abruzzo.*

* 24. O. palustris Jacq. *O. mediterranea.* Guss. *pl. rar. p. 235.*

In pascuis Japygiae (Guss.).

* 25. O. pallens.

In vallibus demissis: *Valle di S. Rocco.*

Obs. A sequenti foliis immaculatis, et planta elatiori in primis discedit.

* 26. O. provincialis Balb. *O. Cyrilli.* Ten. *Fl. nap. II. p. 287. tav. 87. O. pallens.* Cyr. *pl. rar. fasc. 3.* (ined.) *tab. 9.*

In nemoribus submontosis: *Monte S. Angiolo di Castellammare, Monte della Stella, Monti di Abruzzo.*

* 27. O. pauciflora; labio lato convexo laeviter trilobo lobis lateralibus brevioribus, medio latiore saturate luteo punctis in lineis fere parallelis longitudinaliter inscripto, petalis exterioribus rotundatis conniventibus, cornu ascendente germine subaequante, bracteis germine longioribus. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 52. syn. edit. 1. pag. 73. edit. alt. pag. 64. Fl. nap. II. pag. 288. tav. 88.* An *Orchis ornithopophora e candido-lutea, foliis angustioribus fasciculatis non maculatis.* Bon. *tab. 29?*

In nemoribus montosis Stabiarum regionis editioribus, quo *O. provincialis* nunquam ascendit, et in Lucania.

28. O. pseudo-sambucina; labio 3-lobo, lobis ovatis, intermedio minori emarginato, omnibus crenatis subincisis, petalis obtusis exterioribus reflexis, cornu subcylindrico ascendente germine longiore, bracteis foliaceis floribus duplo longioribus. Ten. *Synops. ed. 1. pag. 72.* (1815) *edit. alt. p. 64. Fl. nap. II. pag. 284. tav. 86. Orchis bracteata.* Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 52. Orchis romana.* Sebast. *Romanar. plant. fasc. 2. tab. 3. et Fl. rom. prodr. 308. tab. 9.*

— — B. floribus rubris.

In collibus siccis, et abunde *al Montenuovo* prope Puteolos.

29. O. longibracteata. *Biv. pl. sic. cent. 1.* (*1806*) *pag. 57. tab. 4. O. Robertiana.* Loisl. *Fl. gall.* (*1807*) *tom. 2. p. 606. tab. 21. et* Ten. *Fl. nap. II. pag. 296. O. fragrans.* Ten. *Fl. nap. prodr. p. 53.* et *Fl. nap. tav. 91.*

In collibus umbrosis Japygiae: *Ginosa, Martina* (Rosano, e Marinosci); Calabriae: *Monteleone* (Thomas); Aprutii: *Scanno,* (Gravina); Samnii: *Monte di Guardia bruna presso Trivento* (Scarano).

30. O. hircina *Willd. Satyrium* Lin. *Hymanthoglossum* Spr. *Loroglossum* Rich.

In apricis nemorum: *Gargano, Matese, Monti di Caserta e di Abruzzo, Capri, Castellammare.*

* 31. O. antropophora *Column. Ecphr. I. pag. 318. tab. 320. Ophrys* Lin. *Aceras* R. Brown. *Hymanthoglossum* Spr. *Loroglossum* Richard.

In montibus Aequicolorum (Col.) *Capri, Castellammare;* Dauniae: *Conversano* (Tarsia Incuria); Samnii: *Monte lungo presso Trivento* (Scarano) *Fondi, Abruzzi, Basilicata, Calabria.*

** *Orchis; tuberibus palmatis.*

* 31. O. latifolia.

In nemoribus Hirpinorum: *Montevergine.*

* 32. O. maculata.

In sylvis circa Neapolim.

* 34. O. sambucina.

— — B. floribus rubescentibus. *O. incarnata* Lin.

In pascuis editioribus. *Castellammare al piano di Faito, Pollino, Ruggia, Gargano, al Monte di Mezzo presso S. Marco in Lamis.*

* 35. O. conopsea *Linn.* et *Willd. Gymnadenia* Rich.

Ad sepes montosas Gargani: *Monte di Mezzo presso S. Marco in Lamis;* Aprutii: *Velino, Pietra Camela, Majella.*

* 36. O. viridis *Swartz* et *Willd. Satyrium viride* Linn. *Gymnadenia* Rich.

In nemoribus montosis Aprutii; Principatus citerioris; Gargani: *Coppa di mezzo.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

* 37. O. nigra *Sw. et Willd. Satyrium* Linn. *Nigritella angustifolia* Rich.

— — B. flore roseo.

In alpinis editioribus Aprutii: *Monte Corno, Pizzo di Sivo,* (Orsini).

*** *Orchis; tuberibus fasciculatis.*

38. O. albida *Sw.* et *Willd. Satyrium* Linn. *Gymnadenia* Rich.

In pascuis montosis Aprutii: *Torricella, Pizzo di Sivo, M. de' Fiori* (Orsini).

* 1. Serapias cordigera.

In apricis siccis: *Montenuovo, Pisciarelli, Solfatara: Gargano, presso S. Marco in Lamis.*

* 2. S. lingua.

In dumetis et pascuis humentibus: *Monte nuovo, Agnano, Castellammare, Gargano, Conversano.*

* 3. S. longipetala; labio supra basim bicalloso tripartito, laciniis lateralibus rotundatis inflexis, media lanceolata acuminata basi barbata, bracteis florem superantibus coloratis, spica elongata. Ten. *Fl. nap. prodr. pag. 53. et Syn. ed. 1. pag. 74. edit. 2. pag. 317. tav. 98.* (sub Helleborine). *Helleborine longipetala.* Sebast. et Mauri. *Fl. rom. prodr. p. 312 tab. 10. fig. 1. H. pseudo-cordigera.* Sebast. *Roman. plantar. fasc. 1. pag. 14. tab. 4. fig. 1.*

In sylvaticis montosis ad Vesevi radices: *Mauro;* Stabiarum: *Monte S. Angiolo;* in Gargano; *al Monte di Mezzo presso S. Marco in Lamis;* et in Samnio: *Campobasso.*

1. Ophrys monorchis *Linn.* et *Willd. Herminium* R. B.

In montibus Stabiarum: *Monte S. Angiolo.*

2. O. myodes.

In pascuis argillosis insulae Caprearum et Apuliae: *Tavoliere, Gargano, Monte S. Angiolo.*

3. O. rostrata; petalis duobus interioribus minimis glabris, labello trilobo hirto, lobo medio majore convexo semitrifido, laciniis subaequalibus deflexis, media appendiculata. *Ten.* Sem. *H. R. N. pro anno 1830.* in notis *pag. 15. O. apifera.* Ten. *Fl. nap. 11. pag. 307.*

Caulis bipedalis; folia glaucescentia, petala tria exteriora ovata concava rosea, duo interiora minutissima triangularia viridia, labellum fusco-sericeum maculis flavis eleganter inscriptum, trilobum, lobis lateralibus triangularibus reflexis medio trifido laciniis hirtis deflexis; media appendice carnosa cristata viridi aucta, antherae apex incurvus et in longam appendicem avis rostrum aemulantem exporrectus.

In nemoribus Stabiarum, Lucaniae et Apuliae: *Gargano.*

Obs. O. apiferae Huds. et Willd. similis et forsan ejusdem varietas. Ab ea tamen differt petalis interioribus subobliteratis triangulari-teretiusculis, labelli lobis lateralibus hirsutissimis, medio in lacinias subaequales triangulares profunde inciso, antherae rostro longissimo.

4. O. exaltata; labio villoso convexo obovato, obsolete 3-lobo lobo medio elongato vel orbiculato apice appendiculato, disco fusco lineis glaberrimis inscripto, basi utrinque gibbo, petalis patentissimis tribus exterioribus oblongo-linearibus obtusis pallidis, interioribus dimidio brevioribus undulato-crispis viridi-flavescentibus, germine longioribus, foliis lato-lanceolatis glauco-cinereis, caule folioso. *Ten. ad Cat. pl. H. R. N. app. alt. pag. 83.* in notis (1819). *O. crabronifera.* Mauri *Roman. plant. cent. 13. pag. 42. tab. 2. fig. 1.* (1820). Ten. *Fl. nap. II. pag. 306. tav. 96.*

In dumetis maritimis: *Fusaro, Licola, Pesto;* et in sylvaticis submontosis: *Capri, Castellammare, Caserta.*

* 5. O. aranifera. *Hook. Fl. Londin. New. edit. 1. fasc. 5.*

In insula Caprearum.

* 6. O. arachnites *All.*

In sylvaticis montosis Campaniae: *Gole d' Itri;* Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini).

* 7. O. tenthredinifera *Willd.* Fl. nap. tab. 93. *O. Tenoreana* Lindley; *bot. registr. (1827) n. 1093.*

In campis argillosis Lucaniae, Apuliae et in insula Caprearum.

8. O. grandiflora; labio amplissimo quadrato 3-lobo, medio velutino glabriusculo fusco cum macula rectangulari glabra pallidiori, ambitu flavo-villoso, lobis lateralibus deflexis obtusis coarctatis basi prominentibus, medio appendiculato barbato; petalis roseis concoloribus, exterioribus subrotundo-ellipticis patentissimis, demum divaricatis, binis interioribus brevissimis triangularibus villosis; bracteis spathaceis variegatis flore brevioribus. *Ten. Ad Cat. H. R. Neap. App. alt. pag. 83. Fl. nap. II. pag. 309. tav. 94.*

In pascuis argillosis Lucaniae, Apuliae ex Japygiae.

* 9. O. fusca. *Ten. Fl. nap. II. pag. 303. tav. 92.* An *Willd. et Link?*

In nemoribus Calabriae: *Bivonci, Pazzano* (Thomas).

* 10. O. Bertolonii. *Moretti; de quibusdam. plant. Ital. decas 6. pag. 9. O. Speculum.* Bert. Amoenit. Ital. pag. 201. Biv. *Sicul. plant. cent. 1. pag. 61. tab. 3.* Ten. *Fl. nap. tom. 2. p. 310. Orchis ornithiciflora fuliginea cunicula depilata. Bonan. tab. 28 fig. 2.*

Monti di Formicola presso Caserta; Gargano, presso S. Marco in Lamis.

* 11. O. ciliata. *Biv. loco cit. pag. 60.* Bert. *lucubrat. pag. 11. n. 49.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 309. tav. 95. O. Speculum. Link*, et *Moretti loc. cit.*, non *Bert.* nec *Biv. O. Scolopax* Brot. et Guss. *Cat. plant. H. Boccadif. pag. 44.* non *Cavan' Orchis ricinum villosum referens.* Bonan. *tab. 28. fig. 3.*

In campis argillosis Apuliae et Calabriae.

* 12. O. distoma. *Biv. sic. plant. Cent. 1. (1806.) pag. 59. O. oestrifera. M. et B. et Spreng. O. pulla.* Ten. *Fl. nap. II. pag. 311. tav. 97. Cyr. pl. rar. fasc. 3. (ined.) tav. 12. O. hiulca.* Mauri. *Roman. plant. cent. 13. pag. 43. tav. 2. fig. 2.*

In campis Lucaniae, Apuliae: *Manfredonia;* Aprutii: *Teramo.*

* 13. O. lutea *Cavan.*

In Campis Apuliae: *Tavoliere*, et Aprutii: *Teramo* (Orsini).

* 1. Epipactis latifolia *Sw. Serapias Linn.* et Ten. Fl. nap. 2. pag. 318.

— — B. *sylvatica.*

In nemoribus montosis: *Majella, Valle di S. Spirito:* B. *Majella, Matese, M. della Stella.*

2. E microphylla *Sw.* et *Willd.*

In sylvis montosis: *Castellammare, Caserta, Principati, Molisę.*

* 3. E. palustris *Sw.* et *Willd. Serapias longifolia* Linn. *S. palustris.* Pers. et Ten. *loc. cit.*

In demissis humentibus Samnii: *Trivento.*

* 4. E. rubra *Sw.* et *Willd. Serapias* Lin. *Cephalanthera* Rich.

In nemoribus: *Castellammare, Abruzzi, Gargano.*

* 5. E. ensifolia *Sw.* et *Willd. Serapias grandiflora* Fl. *Dan. Cephalanthera ensifolia Rich.*

In sylvis circa Neapolim: *Camaldoli, Valle di S. Rocco.*

6. E. pallens. *Sw.* et *Willd. Serapias grandiflora: Linn. Cephalanthera pallens Rich.*

In sylvis Aprutii:

* 1. Neottia nidus-avis *Rich. Ophrys Linn. Epipactis Sw. Willd.* et *Ten.* loc. cit.

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In nemoribus subparasitica: *Montevergine, Castellammare, al bosco del Petraro, Caserta, M. della Stella.*

* 2. N. latifolia *Rich. Ophrys ovata* Linn. *Epipactis Sw.* et *Willd.* et Ten. loc. cit.

In nemoribus montosis: *Castellammare, Formicola, Trinità di Cava, M. Corno, Gargano, a Monte Nero, Monte della Stella.*

* 3. N. autumnalis *Sw.* et *Willd. Spiranthes Rich.*

In arenosis maritimis: *Mortelle di Portici, Bagnuoli, Agnano,* et in submontosis: *Monte Casino, Campobasso, Matese, Principati, Abruzzi, Calabria.*

Obs. In nostra planta folia radicalia minime oblonga subpetiolata, sed late ovata collo radicis adnata conspiciuntur.

* Limodorum abortivum *Sw.* et *Willd. Orchis abortiva* Linn.

In nemoribus demissis: *Astroni, Pisciarelli, Castellammare, Caserta, Principati, Abruzzi, Bosco di Ginosa.*

Hexandria

Aristolochiae.

* 1. Aristolochia altissima *Desf.*

Ad sepes nemorum circa Neapolim: *Camaldoli;* et in dumetis maritimis: *Fusaro* (rara).

* 2. A. longa.

In sepibus Calabriae et Apuliae: *Roseto presso Biccari* (Baselice).

* 3. A. Clematitis.

In Aprutii montibus: *Majella*, et in Apulia: *Polignano*, (Tarsia-Incuria).

* 4. A. pallida *Willd.*

In nemoribus Stabiarum: *Monte S. Angiolo;* Campaniae: *Monti di Caserta.*

* 5. A. rotunda.

In vallibus circa Neapolim: *Valle di S. Rocco, Camaldoli.*

Classis Monoecia.

Monandria

Potameae.

1. Zostera nana. *Roth. Enum. plant. in Germ. sponte nasc.* tom. 1. pag. 8. *Phucagrostis minor.* Cavolini; *Phucagrostidum Theophrasti, Anthesis pag. 14. tab. 2;* et Usteri; *neue ann. der Bot.* erstes stuck, pag. 33. tab. 4. (typographica menda notata 3) *Zostera marina B. angustifolia. Fl. dan. tab. 1501* et *Zostera marina.* Pers. 2. *pag. 529.* quoad citationem synonimi *Cavolini; non Zostera marina* Fl. Dan. tav. 15. *Zostera uninervis.* Vahl. ex Roth loco cit.

Prope litora ad maris fundum.

Obs. A *Phucagrostide majore* differt inprimis floribus monoicis nec dioicis Juxta enim cl. *Cavolini* eximiam adumbrationem, in eodem receptaculo spathiformi antherae sessiles et pistilla seorsim adfixa conspiciuntur; quapropter, inter hermaphroditas legitimas, quo a *Rom.* et *Roth.* amandatur minime militare potest.

1. Zannichellia palustris.

In lacubus et fossis: *Fusaro, Licola.*

Triandria

Najades.

1. Posidonia oceanica. *Spreng. Syst. veg. 1. pag. 181. Caulinia DC. Kernera* Willd. *Zostera* Linn. Cavol. *Zosterae Oceanicae Anthesis* cum icone, et *Usteri loc. cit. Dritles stück pag. 57. tab. 4.*

In fundo maris prope litora: *Da Posillipo a Baja, Pesto, Golfo di Palinuro.*

Obs. Ob filamenta tria, singula biantherifera, planta triandra potius, quam hexandra deprehenditur. De classe autem Linneana, auctorum variae sunt sententiae; nam flores in genere hermaphroditi sunt, sed flores antheris effaetis fulti hermaphroditis immiscentur; unde inter *Polygamiam* et *Triandriam monogyniam* potius ancipitem manere constat.

Typhaceae.

* 1. Typha latifolia.

In fossis aquosis et lacustribus: *Agnano, Licola, Patria.*

* 2. T. minor *Smith. T. angustifolia B. Linn. T. minima. Willd.* et Ten. *Fl. nap. 2. pag. 336.*

Ad rivulorum margines; Lucaniae: *Calore, Bosco di Persano* (Giordano); Calabriae: *fiume Lamato* (Thomas), *Vallo di Cosenza.*

* 3. T. angustifolia.

Ad fluviorum ripas et in lacustribus: *Pescara, Salino, Bagnuoli, fiume Alento, Tavoliere, al Canale del Demanio, Calabria, al fiume della Fabrizza, Vallo di Cosenza.*

Cyperoideae.

* 1. Sparganium simplex *Sw. S. erectum B. Linn.*

In aquosis palustribus Calabriae

* 2. S. ramosum *Sw. S. erectum Linn.*

In fossis aquosis et lacubus.

1. Carex gynomane *Bert.* An C. *Linckii Schkr.*

In nemoribus Calabriae: *M. Cocuzzo.*

2. C. arenaria

In pascuis editioribus Aprutii: *Chiarino, Pizzo di Sivo.*

3. C. intermedia.

In palustribus montosis: *Monte Cucuzzo.*

4. C. Schreberi.

Cum praecedente.

5. C. leporina L. *C. approximata Hoppe, DC.* et *Ten. Viaggio in Calabria pag. 129. non Allion.*

In humentibus montosis Calabriae: *Monte Cocuzzo.*

6. C. ovalis.

In humentibus montosis Aprutii: *Pizzo di Sivo, Monte Pelone, Pizzo della Cavata* (Orsini).

7. C. vulpina.

In pascuis humidiusculis: *Agnano.*

8. C. divulsa.

In paludibus totius regni.

9. C. stellulata.

In pascuis montosis Calabriae: *M. Cocuzzo.*

10. C. remota.

In pascuis humidis circa Neapolim: *Fusaro, Agnano;* et Lucaniae: *Persano.*

11. C. curta.

In uliginosis Calabriae: *Vallo di Cosenza.*

12. C. paniculata.

In nemoribus montosis Calabriae: *Sila.*

13. C. digitata DC. *ornithopoda* Willd. *C. pedata.* Ten. *relaz. del Viag. di Abruz. pag. 89.*

In collibus argillosis Aprutii: *Teramo, Civitella* (Orsini).

14. C. collina Willd. An *C. montana* Linn.?

In pascuis montosis: *Monte S. Angiolo, Monte della Stella; Monti di Basilicata, di Abruzzo.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

15. C. platystachia ; spica mascula solitaria dilatata obovata vel elliptica, foeminibus subgeminis approximatis ellipticis sessilibus, stigmatibus tribus, fructibus triquetris ovatis brevissime rostratis pubescentibus, squamam ovatam obtusam muticam, margine dilatato-scariosam subaequantibus, foliis rigidis, culmo brevioribus. *Neap. prodr. app. V. pag. 29.* (exclus. syn. *C. montana* et *C. collina* Fl. Nap. Prodr.); an *C. macrolepis* DC.? *Cyperoides alpinum saxatile, caule cubitali, rotundo triquetro nudo, spicis brevibus binis vel ternis in summitate caulis confertim nascentibus, squamis obtuse mucronatis, capsulis oblongis turbinatis, crassioribus subhirsutis, in pellucidam et membranaceam cuspidem vix bifidam terminatis.* Micheli; *Gen. Plant. p. 63. tab. 32. fig. 4.*

In montibus Aprutii, Lucaniae et Calabriae, circa *Ginosa*, *Cucuzzo*, *Sila*, *Morrone*, *Pizzo di Sivo*.

Obs. A *C. montana* Will. differt culmo cubitali, sub spicis glabro, foliis non angustissimis longiore ; squamarum margine late argenteo-scarioso, spica mascula non lineari acuta, foemineis non subglobosis, capsulis utrinque acuminatis, non obovatis.

16. C. praecox.

In paludibus obvia.

17. C. longifolia.

Ibidem.

18. C. extensa.

In pascuis humidiusculis: *Fusaro*, *Caserta*, *Basilicata*, *Lecce*, Abbruzzi: *Giulia nova*, *Martin sicuro*.

19. C. punctata.

In nemoribus Calabriae: *M. Cocuzzo* (Thomas).

20. C. nervosa *Desf.*

In palustribus Calabriae: *Pizzo*, *Angitola*.

21. C. flava.

— — B. *Oederi.*

In nemoribus Aprutii: *Pizzo di Sivo*. B. in Calabria: *Sila*.

22. C. serotina. *Merat. Fl. des envir. de Paris; ed. 2. tom. 2. pag. 54.*

In montibus Aprutii: *Bacucco*, *Montorio* (Orsini).

23. C. distans.

In sylvaticis humentibus circa Neapolim, et in Aprutii montibus

24. C. ferruginea.

In herbidis alpinis Aprutii: *Velino*, *Majella*, *M. Corno*, *M. de' Fiori*.

25. C. frigida *All. C. caespitosa.* Ten. *Viaggio in Calabria. pag. 129.* non Lin.

Monte Corno, *Accumoli:* (Orsini); *Cucuzzo*.

26. C. gynobasis *Vill.* An *C. alpestris* Will.

In pratis acheruntinis, in collibus apricis insulae Caprearum et in Lucania.

27. C. strigosa *Linn.* et *Willd. C. leptostachys* Lin. fil.

In paludibus turfosis: *Fondi*.

28. C. maxima *Scopoli. C. pendula.* Good.

Ad rivulorum margines: *Fusaro*, *Licola*, *Maddaloni*, *Fondi*.

29. C. depauperata *Good.*

In nemoribus Calabriae: *Cucuzzo*.

30. C. pallescens.

In uliginosis Calabriae :

31. C. Mielicoferi *Smith.*

Monte Corno (Orsini).

32. C. pseudo-cyperus.

In fossis maritimis Calabriae (Guss.), et in Gargano.

33. C. drymmea Lin. fil. *C. sylvatica* Huds.

In nemoribus Lucaniae, Calabriae: *Serra di S. Bruno*; Aprutii: *Pizzo di Sivo* (Orsini). *Valle di S. Rocco.*

34. C. glauca *Scop. C. recurva* Willd.

In vallibus Aprutii: *Valle di S. Spirito alla Majella.*

Obs. Spicae superiores quandoque androgynae sunt.

35. C. serrulata *Biv.*

Ad rivulorum margines; *Fusaro*, *Licola*, *Civita di Penne*.

36. C. aquatilis *Wallemb.?*

In fossis aquosis: *Fondi*.

37. C. paludosa *Good. C. acuta Curtis.*

Ad torrentium margines. *Fusaro*, *Licola*, *Maddaloni*, *Principati*, *Abruzzi*.

39. C. vesicaria.

In rivulis nemorosis Calabriae: *Sila*.

40. C. ampullacea *Good.*

Cum praecedente.

41. C. longearistata *Biv.*

In uliginosis Calabriae; *Catanzaro*, *Cassano* (Gussone); et in paludibus *Acheruntinis*: *Fusaro*.

42. C. hirta.

In palustribus circa Neapolim: *Agnano*; Aprutii: *Fucino*, Calabriae: *Sila*.

Tetrandria.

Amentaceae.

* 1. Alnus glutinosa Willd.

In humidis nemorosis obvia: et abunde *sul calore presso il Ponte di Campanarello*; in Calabria: *al fiume della Fabrizza*; in Lucania: *Monte della Stella*, *Vallone di Felitto piano*.

* 2. A. cordifolia ; foliis cordato-ovatis acuminatis subserratis nitidis, axillis venarum subtus villosis. *Ten. Fl. nap. prodr. pag. 54. Fl. nap. II. pag. 340. tav. 99.*

In vallibus prope Neapolim: *Valle di S. Rocco*, *Camaldoli*; in nemoribus demissis lacustribus: *Bosco di Maddaloni*, et in montosis editioribus; *Monte S. Angiolo di Castellammare*, *M. della Stella*, *Lagonegro*, *Pollino*, *Cocuzzo*.

Euphorbiaceae.

1. Buxus sempervirens.

In Aprutii nemoribus.

Urticaceae.

* 1. Urtica membranacea *Poir.*

In ruderatis et ad agrorum margines frequens.

* 2. U. urens.

Undique communis.

* 3. U. dioica.

In ruderatis frequens.

* 4. U. pilulifera.

Cum praecedente.

Pentandria.

Urticaceae.

* 1. Xanthium strumarium.

In fossis secus vias obvium.

* 2. X. spinosum.

In arvis siccis commune.

* 1. Ambrosia maritima.

In litoribus.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Polyandria.

Haloragear.

* 1. Myriophyllum spicatum.
Ad rivulos lente fluentes: *Sebeto.*
* 2. M. verticillatum.
In fossis aquosis et in inundatis: *Fondi.*

Chenopodeae.

* 1. Theligonum cynocrambe.
Ad muros umbrosos humidos.

Amentaceae.

1. Quercus Robur *Willd.*
— — A *Nobilis;* glaucescens; foliis subpetiolatis circumscriptione obovata, basi cordatis leviter lobatis apice lobisque rotundatis subdentatis subundulatis, fructibus sessilibus solitariis ovatis (10-12-lin. in majori diametro).
— — B. *Virgiliana;* latifolia, lacte virens; foliis cuneatis profunde sinuato-lobatis basi attenuatis, lobis rotundatis planis; fructibus subglomeratis ovalibus (14-18-lin. in majori diametro). *Q. Aesculus Plinii* non *Teophrasti.* Ten. *osserv. sulla Flora Virgiliana* pag. 11.
— — C. *Conglomerata;* foliis ellipticis plus minusve longe petiolatis, leviter sinuato-lobatis, apice lobisque rotundatis subintegerrimis; fructibus aggregatis.
— — D. *Lanuginosa;* foliis obovato-cuneatis profunde sinuato-subpinnatifidis lobis acutiusculis dentatis; fructibus aggregatis sessilibus. *Quercus lanuginosa* Thuill. (fide speciminis hoc nomine inscripti, et a cl. *Persoonio* communicati).
In nemoribus et in campestribus omnes varietates colligi possunt. Var. B. magis frequens in collibus submaritimis circa Neapolim. Var. C. abunde in nemoribus totius Regni. Var. D. minus frequens: *Boschi di Sfilza*, e *di Umbra sul Gargano.*

Obs. Var. A. characteres adprime respondent plantae a veteribus ad coronas imperiales conficiendas adhibitae, cujus exempla frequentia reperiuntur in signis, in nummis et in aliis antiquioribus monumentis. Var. B. omnibus numeris *Q. Aesculo Virgilii et Plinii* respondet, cujus fructus apud nos edules veniunt, et planta idcirco *Quercia Castagnara* appellatur. Planta plerumque fere sempervirens, nam folia superioris anni usque ad novorum evolutionem perstant. Var. C. ab ea differt foliis duplo minoribus, fructibusque aggregatis. Var. D. a caeteris discedit foliis duplo minoribus, subtus praesertim dense lanuginosis.

2. Q. faginea Lam. *Q. pubescens* Willd. *Q. faginea* Spr. 3. pag. 864. excl. syn. *Q. Farnetto. Ten.*
— — B. *minor;* lobis foliorum angulatis, cupulis asperis.
Folia elliptica oblonga leviter sinuata, lobis obtusis muticis subintegerrimis, subtus dense villosa; fructus subsessiles, cupulae tomentosae.
In nemoribus regni et abunde in Gargano: *Boschi di Sfilza*, e *di Umbra;* B. in Calabria: *Serra, Cosenza*, et in Lucania: *Sessa nel Cilento* (Giordano) (*Vulgo cerza natalegna*).

Obs. A *Q. nobili* differt foliis oblongatis apice producto non truncato, idcirco circumscriptione ovali non obovata, nec non pubescentia majori. A *Q. Virgiliana* differt foliis duplo minoribus, non cuneiformibus nec subtus glabriusculis, at minus profunde sinuatis.

3. Q. Dalechampii; foliis utrinque glaberrimis longe petiolatis obovato-oblongis sinuato-pinnatifidis obtuse dentatis, apice plerumque producto basi subcordatis cuneatisve, cupulis tomentoso-asperis, fructibus subsessilibus vel breviter pedunculatis. *Ten. Semina Hort. Reg. Neap. pro anno 1830*, in notis *p. 15. Phagus esculus mas.* Dalech. hist. 1. p. 5. f. 2.
— — B. Minor; foliis magis incisis duplo minoribus lobis undulato-crispis.
— — C. Foliis basi attenuatis per petiolum decurrentibus, fructibus aggregatis.
In nostri regni nemoribus; B. in Calabria: *Fabricia, Serra;* C. in Lucaniae, Campaniae et Calabriae citerioris nemoribus: *Boschi di Gioia, le Rane, Salto di Fondi, Spatola, Brognaturo.*

Obs. Nostra planta Dalechampii iconi exacte respondet, idcirco pro *Q. Esculo* Theophrasti libenter confunderem, nisi neoterici characteribus omnino diversis eam indigitavissent. Cl. *Sprengelius* enim, et alii, *Q. Esculo* squamas cupulae lineares oblongatas reflexas tribuunt, quae in nostra adpressae abbreviatae, ac omnino illis *Q. roboris* simillimae deprehenduntur.

4. Q. appennina. Lam. et Spr. ab hoc excl. syn. *Q. conglomeratae Pers.*
In nemoribus Calabriae: *Donnici, Reggio.*

Obs. Foliis profunde pinnatifidis et sinuato-subpinnatifidis saepe in eodem individuo, floribusque pedunculato-spicatis, ab affinibus *Q. faginea, Q. nobili*, et *Q. Farnetto*, differt.

5. Q. Farnetto; foliis obovatis dilatatis pinnatifido-sinuatis subtus pubescentibus, laciniis oblongis obtuse-dentatis fructibus sessilibus; cupulis haemisphaericis squamis lanceolatis villosis adpressis. *Q. Frainetto* (typographyca menda sic evulgata) *Ten. Fl. nap. prod. suppl. 11. p. 69. Syn. edit. alt. p. 65.*
— — B. *minor.*
In nemoribus Calabriae ulterioris prope *Rogliano*, primus invenit cl. *Thomas;* in nemoribus mediis inter *Staiti* et *Bova* ejusdem provinciae, et in Campania: *Salto di Fondi.* Var. B. in nemoribus Gargani: *Umbra* e *Sfilza.*

Obs. Fructibus omnino sessilibus glomeratis nec pedunculato-spicatis a *Q. apennina* differt. A *Q. cerri* cupulis minime echinatis discrepat. Nulla est ei affinitas cum *Q. faginea Lam.*, ad quam *Sprengelius* trahere conatus est.

6. Q. Aesculus?
In nemoribus Calabriae: *Stilo.* (Thomas).
7. Q. pedunculata Willd. *Hemimeris.* J. Bauh. pin. 120. Dalech. Hist. 1. pag. 4.
8. Q. brutia; foliis oblongis petiolatis glabris semipinnatifidis, laciniis approximatis, sinu acutissimo, obtusis emarginatis (1 poll. long. 4-6. lin. lat.) altero latere subdentatis, fructibus ovato-ellipticis (diam. long. 13. lin., trans. 7 lin.) 2-3 subaggregatis, in petioli sesquipollicaris longitudinis summitate. *Ten. ad sem. 1825. enum. adnot. pag. 12.* et ad *Fl. neap. prodr. Append. V. pag. 29.*
pag. 11. *col.* 1. In *C. Imperati* observatione inseratur. Planta quae a cl. *Colla* in *Horti Ripulensis* app. 4. pag. 12. t. V. *Croci Imperati* nomine adumbratur, ob folia synanthia et spatham monophyllam ad *C. suaveolentem* Bert. potius, quam ad *Crocum Imperati* pertinere videtur.

ibid. In observatione *Cyperi picti* inseratur. Nostra planta a *Cypero patulo* Kitaibel non differt nisi glumarum carina laevi nec scabra. An tantum ejusdem varietas?

pag. 14. *col.* 1. Post *Digitariam humifusam* addatur.

4. *Digitaria debilis.* In pascuis humidis: *Lago di Agnano* (Gussone).

pag. 15. *col.* 1. Post *Poam megastachyam* inseratur.

Poa megastachya B. conferta.

In pascuis Apuliae: *Gravina* (Scacchi).

Obs. Ob locustas verticillatas confertas nec paniculatas, haec varietas habitum a typo speciei omnino diversum profert.

pag. 17. *col.* 1. Ad *Bromi fascicularis* loca natalia addatur. *Ischia al Lacco* ed a *Casamicciola* (Gussone).

ibid. Ad *Arundinis epigeios* loca natalia addatur: Prope Neapolim: *Camaldoli, nelle siepi presso il telegrafo* (Gussone).

ibid. col. 2. *lin.* 22. ad sepes *lege* ad rupes.

ibid. Ad *Sacchari cylindrici* loca natalia adde: *Ischia.*

pag. 18. *col.* 1. Post *Secale montanum* subjungatur. Spica cylindrica elongata, rachide ad oras pilosas fragili, calyce bifloro lineari acuto vel brevissime aristato flosculis breviore, radice fibrosa perenni. *Gussone Fl. Sic. Prodr. 1. pag. 145.*

pag. 19. *col.* 1. Ad *Andropogonis Grylli* loca natalia adde: *Ugento* prope *Leucam* (Gussone).

ibid. Ad *Andropogonis distachyos* loca natalia adde: *Venafro* (Gussone).

ibid. Ad *Holci avenacei* loca natalia addatur: *Biccari* in Apulia (Baselice).

ibid. Inter *Andropogona* et *Holca* inseratur.

1. *Sorghum halepense.* Pers.

In pratis obvium.

ibid. Ad *Holostei umbellati* loca natalia adde: *Gargano tra S. Giovanni rotondo ed il Monte* (Gussone).

pag. 22. *col.* 2. Ad *Valantiae hispidae* loca natalia addatur: *Reggio* (Gussone) *Ischia.*

ibid. Ad *Rubiae tinctorum* loca natalia addatur: In Principatu ulteriori: *Villamaina* (Gussone)

ibid. Post *Plantaginem lanceolatam* inseratur.

4. bis. *Plantago altissima* Linn. et Jacq. Ad agrorum margines circa Neapolim: *Capodimonte, Camaldoli.*

pag. 24. *col.* 1. Ad *Plantaginis arenariae* loca natalia addatur: *Via da Agnano ad Astroni.*

ibid. Ad Plantaginis Psyllii loca natalia addatur: *Ischia; Colline aride di Calabria sul Jonio* (Gussone).

ibid. col. 2. Inter *Isnardiam* et *Trapam* inseratur.

1. *Ammannia verticillata* Lam. (*Cornelia verticillata* Arduini). In inundatis Calabriae cum *Lythro Graefferi: Monteleone* (Thomas).

Obs. Ab *Ammannia latifolia,* cum qua a botanicis quibusdam conjungitur, differt floribus purpureis sessilibus nec luteis breviter pedunculatis, capsulis calyce obtectis nec eum superantibus, foliisque subsessilibus. An capsula uniloculari gaudeat, sicut cl. *Arduini* autumat, unde in novum genus *Ammanniam verticillatam* sumere arbitratus sit, in siccis specimenibus rite statuere non potui.

ibid. col. 2. Ante *Hypecoum* inseratur.

1. *Buffonia perennis* Pourr.

In pascuis argillosis Apuliae (Scacchi).

pag. 25. *col.* 1. Ad *Ruppiae maritimae* locis natalibus addatur: *Saline di Barletta.*

pag. 28. *col.* 2. Ad *Convolvuli italici* loca natalia addatur: *Ischia.*

pag. 29. *col.* 2. Post *Campanulam rotundifoliam* addatur.

4. *bis.* C. linifolia B; flore duplo majori, laciniis calycinis longissimis.

In saxosis subalpinis Aprutii: *Valle di Taranta; Cima di Cirasuolo.*

pag. 30. *col.* 2. Sub *C. latifolia* inseratur.

— — B; flore albo.

In herbidis subalpinis Magellae orientalis: *Cima della Valle di Letto-palena.*

pag. 32. *col.* 1. A *Verbasco Thapso* excludatur varietas Cc. flore albo cum locis natalibus et inserantur pag. 106. sub *Verbasco phlomoide.*

pag. 35. *col.* 1. Ad *Atropae Belladonna* loca natalia addatur: *Monti di Avella* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Zizyphi vulgaris* loca natalia addatur: *Reggio* (Thomas).

pag. 36. *col.* 2. *Glaux maritima* deleatur.

ibid. col. 1. Ad *Illecebrum echinatum* adde loca natalia; In collibus aridis Calabriae: *Monteleone* (Thomas), *Reggio* (Gussone).

© Orto Botanico di Napoli, Italy

pag. 37. *col.* 2. Ad *Chenopodii polyspermi* et *C. hybridi* loca natalia addatur: *Orti dello sterno di Villamaina* (Gussone).

ibid. E locis natalibus *Chenopodii fruticosi* arceatur *Posillipo* et inseratur sub *C. Jacquini.*

pag. 39. *col.* 2. Ad Echinophorae spinosae loca natalia addatur: *Ischia; marine del Jonio e dell' Adriatico.*

pag. 40. *col.* 1. Post *Daucum carotam* inseratur:

1. *bis.* D. mauritanicus *DC.* Prodr. t. 4.

In collibus siccis Aprutii citerioris: *Turri-Valignano.*

ibid. Post *Daucum hispidum* addatur.

6. *bis. Daucus siculus* Tineo *pug. pag. 6.* Sprengel, et Guss. *prodr. Fl. sic.* pag. 322.

In Apuliae litoribus: *Viesti.*

ibid. A *Dauco maritimo* arceatur synonymon *D. setulosus Guss.* et e locis natalibus *Calabria*; et subjungatur.

3. *bis. Daucus setulosus* Guss. ineditus, et DC. *Prodr. 4. pag.* 211 (exclusa localitate Neapolis).

— A. caule erecto.

— B. caule prostrato.

In collibus apricis cretosis Calabriae (*Gussone*) et Aprutii prope *Turri Valignano.*

Obs. Planta in litoribus circa Neapolim proveniens ab hac omnino differt, et ad *Daucum maritimum* rite pertinere experientia comperi. Harum specierum differentiam perbelle statuit cl. DC. loco citato. In *D. setuloso* mericarpia gaudent aculeis latitudine fructus longioribus, basi evidenter cohaerentibus dilatatisque. In *D. maritimo* autem aculei ad basim usque partiti latitudinem fructus aequantes conspiciuntur.

pag. 41. *col.* 1. Ad *Cachrydis dichotomae* loca natalia addatur: *Melito presso Reggio* (Gussone).

ibid. Inter loca natalia *Cachrydis triquetrae* inseratur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

ibid. Inter loca natalia *Ferulae glaucae* var. *majoris* inseratur:

In Samnio: *alla montagnola presso Frasso* (Lostritto).

In hac varietate, uti et in varietate B. umbellae centrales pedunculatae semper adsunt, nec sessiles uti in *Ferula neapolitana.* Haec insuper efflorescentia praecociori gaudet.

pag. 42. *col.* 1. Deleatur *Ferula sulcata* Des Font. et planta pro eadem sumpta cum synonymis et locis natalibus ad *F. Barrelieri* var. B. subscribatur.

ibid. col. 2. Deleatur *Angelica Archangelica* cum varietatibus et substituatur.

Angelica verticillaris Linn. (*Imperatoria verticillaris* DC.) cum synonymis. *A. verticillata* Schleich. *pl. exsicc ex Helvetia. A. Archangelica* A. Ten. *Fl. nap. tom. III. pag. 306.*

ibid. Ab *Angelicae sylvestris* varietatibus arceatur var. B, quae in novam speciem sumendam existimo, et varietas C, quae est *Angelica Archangelica* Linn. Itidem inter synonyma *A. sylvestris* inseratur *A. Archangelica B.* Ten. Fl. *med. univ. e Fl. part. della provinc. di Nap. tomo 1. pag. 223.* et *Fl. nap. tom. III. pag. 307. Archangelica* DC.

Post *A. sylvestrem* inseratur.

2. bis. *Angelica nemorosa*; caule superne pedunculisque pubescentibus, foliis tripinnato-sectis, segmentis ovatis abbreviatis obtusiusculis serratis, basi decurrentibus, involucro nullo, mericarpiis ellipticis, alis latitudine costas dorsales apice cristatas aequantibus, *Ten. A. sylvestris B. villosa*, caule cano-pubescente, petiolis pedunculisque villoso-scabris. Ten. *Fl. neap. syll.* (8.°) *pag. 142. Fl. nap. tom. III. pag. 307. A. sylvestris* Ten. *Fl. med. univ. e Fl. part. di Nap. tom. 1. pag. 223. Aegopodium Podagraria var.* Petagna; *Delle facoltà delle piante tom. I. pag. 279.*

In vallibus et nemoribus humidis, nec non in demissis aquosis: *Valle di S. Rocco, Agnano.*

Radix vulgo *Bracalà* nuncupatur, et inter remedia antipsorica eximia virtute celebratur.

Radix acris et odor seminum hircinus; in *Angelica sylvestri* autem radix et odor seminum aromaticus.

Obs. Ab *A. sylvestri* differt forma et margine foliorum, quae non ovalia lanceolata, nec argute serrata vel biserrata, sed rite ovata abbreviata et margine simpliciter grosse serrata conspiciuntur. Itidem ab ea differt mericarpiis angustioribus costis subcoarctatis apice dilatatis, nec utrinque attenuatis.

Ob costas semicristatas et semina semilibera multivittata, transitum ad Archangelicam profert, et hujusce ab *Angelicae* genere distractionem a neotericis petitam nimis fictitiam confirmat.

pag. 43. *col.* 1. Ad *Ligustici apioidis* loca natalia addatur: in sylvis editioribus montium Stabiarum.

pag. 45. *col.* 2. Inter loca natalia *Physospermi aconaefolii* inseratur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 46. *col.* 1. In *Pimpinellae anisoidis* habitationes inseratur: *Balvano* in Lucania (Barbazita); ubi ejusdem semina vulgo audiunt *Ciminiello*, et in liquorum alkoolicorum aromatibus adhibentur.

ibid. Ad *Viburni Opuli* loca natalia addatur: in montibus Samnii: *tra Montedimezzo* e *Pescolanciano* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Corrigiolae littoralis* loca natalia addatur: In insula Inarimes: *presso il casino Reale* (Gussone).

pag. 48. *col.* 1. Inter synonyma Statices Smithii inseratur: *Statice Limonium minus* Bar. *ic. 790.* quod auctores ad *Staticem dichotomam* referunt.

ibid. Ex habitatione *Statices monopetalae* dele in stagnis, et lege in collibus argillosis mari finitimis.

ibid. Ad loca natalia *Statices Cumanae* addatur: *Capo di Posillipo, Gajola.* (Guss.).

pag. 49. *col.* 1. Ad *Allium magicum* adde.

Obs. Filamenta basi coalita alterna latiora dilatata. Bulbus basi minime prolifer uti in sequente, sed caulis bulbis intrafoliaceis instructus.

pag. 50. *col.* 2. Post *Allium tenuiflorum* inseratur:

28. bis. *A. moschatum* Lin.

In montibus Aprutii: *Pizzoli* (Cecchetti).

ibid. Ad *Allium montanum* addatur: *Sibthorp et Guss. pl. rar. pag. 142.* et arceatur *var. B*, cujus in loco substituatur.

29. bis. *A. Cupani;* caule gracili basi folioso, foliis filiformibus semiteretibus subcanaliculatis, spatha univalvi acuminata persistente vaginante, umbella pauciflora, pedunculis inaequalibus floribus cylindricis, petalis linearibus apice subrecurvis stamina duplo superantibus, germinibus subrotundis; Rafinesque, *Caratt. pag. 86.* et Gussone *pl. rar. pag. 143.* et *Fl. Sic. prod. tom. 1. pag. 407.* Deleatur quoque observatio, et ejusdem in loco inseratur: *A. montanum* Sibth. ab *A. tenuifloro* Ten. differt in primis, spatha paullo supra basin deflexa, pedunculis filiformibus minus numerosis erectis nec effusis.

pag. 52. *col.* 1. Post *Asphodelum fistulosum* adde.

Obs. In hac specie stylum trifidum nec truncatum simplex, uti in caeteris speciebus, primus observavit cl. Strangways.

ibid. Post *Anthericum* inseratur.

1. *Bulbine Mettinghii;* foliis lanceolato-ensiformibus undulatis glabris erectis, scapo simplici racemoso multo brevioribus, racemo longissimo erecto, bracteis scariosis pedunculos subaequantibus, corolla patente flava. Ten.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Radix fasciculata, folia crassiuscula (8. poll. long. 4 lin. lat.) basi vaginantia (vagina lata truncata pellucida) longitudinaliter striata, scapus teres pedalis et ultra, e media parte floriferus, flores numerosissimi imbricati demum laxi, plerumque decidui; pedunculi patentes persistentes filiformes (8-10 lin long.) in floribus fertilibus reflexi, in infertilibus vero sensim elongati patentes vel scapo adpressi, bracteis suffulti; bracteae e basi dilatata pedunculos amplexanti, lanceolato-setaceae, post anthesim emarcidae; corolla sexpartita patens decidua laciniis oblongis flavis dorso saturatiore, stamina sex corolla breviora, filamenta densa lana pilis argenteis moniliformibus obsessa; pistillum simplex; capsula subrotunda trilocularis stylo persistenti praedita.

Ad sepes maritimas inter Misenum et locum quod vulgo audit *Monte di Procida*, mense Majo florentem legit solertissima et clarissima Florae ministra Sophia de Mettingh domo boja.

ibid. col. 2. Post *Convallariam multiflorum* inseratur:

2. *C. Polygonatum* Lin.

In nemoribus Aprutii: *Pizzoli* (Ceechetti).

3. *C. majalis* Lin.

In nemoribus Aprutii: *Pizzoli* (Ceechetti).

ibid. col. 2 Ad *Kernerae oceanicae* synonyma addatur: *Taenidium oceanicum* Targioni (Ioan.) *De plantis marinis musei sui* (opus posthumum) *pag. 81. tab. 1.*

pag. 54. *col.* 2. Loco *Colchici byzantini* restituatur *C. Bivonae* Guss. *Fl. sic. prodr. 1. pag. 453.* Ten. *Fl. neap. prodr. app. V, pag. 11.* Schultes *Syst. veg. tom. 7. pag. 1508.*

Ab observatione deleatur extremum periodum, quod ad aliam plantam pertinet, ad illam nempe quae repetitis vicibus ab Horto Regio di *Boccadifalco*, hortulani incuria, *C. Bivonae* nomine ad me missam fuit, et meae titubationi ansam praebuit. Haec autem *Colchicum autumnale latifolium* Redouté *Liliac. tab. 468* omnino refert, quod an revera ad *C. autumnalis* varietatem, an potius ad *C. byzantinum* vel ad aliam speciem tribuendum erit, ulteriori disquisitioni commendare juvat.

pag. 55. *col.* 1. Ad *C. parvulum* addatur.

— — B; Flore semipleno.

In pascuis subalpinis Aprutii: *Li Pizzi* prope *Palena* simul cum *Cirsio acaule.*

ibid. A *Colchico montano* arceatur synonymon *All. ped. n. 484. tab. 74.* fig. 2. quod ad *C. alpinum* pertinere autumant botanici plerique.

ibid. Ad *Colchici montani* var. A loca natalia adde: *Gravina* (Scacchi).

ibid. col. 2. Ad *Epilobium angustifolium* addatur.

— — B. Foliis verticillatis. *E. verticillatum* Ten. *Fl. neap. prodr. pag. XXIII.* et *Fl.* nap. II. pag. 194.

ibid. Sub *E. hirsuto* adde.

Obs. Nostra planta ad *E. hirsuti* varietatem B. fructibus hirsutissimis pertinet, quam in speciem distinctam *Epilobii intermedii* nomine cl. Merat in *Flor. Paris.* adumbravit.

ibid. Ab *Epilobio tetragono* deleatur observatio, quia translatione et mendis typographicis omnino corrupta, et ejus loco substituatur.

Obs. Capsulae pedicellatae et folia obscure virentia ut in sequente, sed in eo folia multo longiora et angustiora, basi lineis confluentibus decurrentibus per caulem inde ancipitem nec tetragonum conspiciuntur.

pag. 56. *col.* 1. A *Chlorae perfoliatae* locis natalibus arceatur in arenosis maritimis et substituatur: In Aprutii collibus nec alibi: *Pietra Camela.*

ibid. Chlora imperfoliata deleatur; quum nihil aliud esse, quam *C. intermediae* varietas foliis fere imperfoliatis, accuratiori examine certior factus sum.

Ibid. A *Chlorae serotinae* locis natalibus auferatur ad sepes prope Neapolim.

Ibid. Post *Chloram serotinam* inseratur.

2. bis. *Chlora intermedia;* glauca, foliis caulinis perfoliatis semiovato-oblongis, calyce 8-partito laciniis setaceis carinatis, corollae laciniis ovato-acutis, stylo bifido Ten. *Chlora perfoliata B. Minor, caule humiliori subsimplici.* Ten. Flor. nap. tom. 1. pag. 198; et Flora medica univer. tom. 1. pag. 309.; exclu. synon. *Columnae Centaurium luteum novum*, quod ad *Chironiam maritimam* pertinet.

B. Foliis subimperfoliatis, caule simplicissimo humili. *C. imperfoliata.* Ten. Syll. non Lin.

In collibus apricis et siccis circa Neapolim: *Valle delle Fontanelle; Valle di S. Rocco, Strada della storta* dopo *Poggio reale* et alibi; floret tota castate var. B. in autumno et primo vere. *Annua.*

Obs. Inter *C. perfoliatam* et *C. serotinam* intermedia, sed distincta: differt enim a *C. perfoliata* stylo bifido, foliisque longioribus, et a *C. serotina* calyce profunde 8 partito laciniis minime lanceolatis trinervatis, sed lineari-setaceis exsquisite acuminatis carinatis.

ibid. Ad *Ericae multiflorae* loca natalia addatur: tra *Taranto ed Ugento* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Daphnes Mezerei* loca natalia addatur: *Valle di Fara e di Taranta* in Magella.

ibid. Post *Passerinam annuam* inseratur.

— — B. *pubescens;* ramis foliisque pubescentibus. *Stellera pubescens* Guss. *Fl. sic. prodr. 1. pag. 466.*

Passim cum typo speciei inter segetes provenit.

Obs. Stellerae pubescentis Guss. speciminibus authenticis rite inspectis, certos characteres in eis non inveni, ut jure ad distinctam speciem pertinere statuere possim. Tum in meo herbario ejusdem varietatis specimina cum illa typi speciei confusa manere, et nostri regni indigenam quoque esse comperi. In speciminibus omnibus quae prae manibus habere potui, proportionem inter longitudinem bractearum et fructuum (in qua essentialis differentiae characterem cl. Gussonius sibi visus est agnoscere) valde variare expertus sum. Quo charactere dempto, in sola partium pubescentia speciei diversitatem quaerere sanum consilium nemo putaverit.

pag. 57. *col.* 2. *Polygonum lapathifolium* deleatur, et ejus loco substituatur.

Polygonum serotinum; floribus hexandris trigynis, spicis ovatis compactis (pallidis), foliis oblongo-lanceolatis vel ellipticis ciliato-punctatis, ochreis longe ciliatis, acheniis ovatis altera facie plana, altera convexa dorso subcarinata. Ten. *P. lapathifolium minus* Ten. *Fl. med. Univ. e Fl. part. di Nap. tom. 1. pag. 316.*

Caules ascendentes diffusi ramosissimi basi radicantes, articulis minime inflatis, folia oblonga vel lanceolata (2 poll. long. 8 lin. lat.) punctis subpellucidis punctata disco plerumque nigro maculata petiolo et margine spinuloso-scabris, ochreae ciliis 3-4 lin. longis praeditae, spicae abbreviatae (6-8 lin. log.), flores pallidi conferti, achenia nitida laevia. Planta insipida.

In fossis aestate exsiccatis, ad agrorum margines et secus vias commune. *Annuum.*

Floret Septembri et Octobri.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

Obs. A *Polygono lapathifolio* differt in primis acheniis non utrinque incavatis, ochreis minime muticis, omnium partium parvitate, et toto habitu. A *P. Persicaria* differt spicis brevissimis, acheniis conformibus, caulibus diffusis, statura minori aliisque notis; A *P. minori* D. *P. dubium* Stein et *P. Brauni* Spenner *Fl. Friburgensis* 2. *pag.* 308. acheniis minime triquetris praesertim dignoscitur.

ibid. A *Polygoni tenuiflori* synonymis deleatur *Fl. part. tom.* 2. *pag.* 175. *n.* 809, et ejus loco inseratur.

— — B. spicis crassioribus. *P. lapathifolium* Guss. Fl. siculae prod. tom. 1. pag. 471.

pag. 58. *col.* 1. *Arbutus Uva-Ursi* in genus distinctum sumatur a cl. *Adansonio* rite conditum, et a cl. *Sprengelio* nuperrime receptum nomine *Arctostaphylos.*

pag. 59. *col.* 1. n. 7. *Saxifraga stabiana* inter *S. Aizoonis* varietates inseratur.

ibid. col. 2. A *Saxifraga caesia* arceatur observatio; sunt enim duae species omnino diversae, quae a *Linnaeo S. caesiae* nomine descriptae fuerunt: altera nempe in *Spec. plantar. pag.* 571, et altera in *Mantissa pag.* 282. Recentiores autem *S. caesiam* Sp. pl. in veram speciem receperunt, et *Mantissae* plantam inter *S. mediae* synonyma amandaverunt, de qua cl. Sprengelium loqui intelligere oportet, quum absque alia citatione *Saxifragam caesiam Lin.* ad *S. mediam* referre arbitratus sit.

ibid. Saxifraga controversa Sternberg n. 12, et *S. petraea Gaud. n.* 13. recensitae tanquam distinctae, in unam eamdemque speciem conjungantur, et inter synonyma sub *S. controversam* relata inseratur *S. ascendens Allioni* non *Linn.*

ibid. n. 15. Ad *S. caespitosam* addatur: *Linn. S. exarata All.* non *Vill.*

ibid. n. 16. A *S. sedoide* arceatur synonymum *S. aphylla Guss.* et addatur.

16. *bis. Saxifraga aphylla* Sternb. *S. stenopetala* Gaud. et DC.
In *Monte corno* (Gussone).

ibid. n. 18. Loco *S. moschatae Wulf.* substituatur *S. muscoides Jacq.* et e synonymis detrahatur *S. exarata* All.

ibid. n. 19. Loco *S. muscoidis* substituatur *S. moschata Wulf.* etc.

ibid. n. 20. Inter *S. ampullaceae* synonyma inseratur, an *S. acaulis* Gaud. Fl. Helv. 3. p. 127?

pag. 60. *col.* 2. Post *Dianthum Armeriam* inseratur.
2. bis *Dianthus Carthusianorum* Lin.
In montibus Principatus ulterioris: *Montevergine;* Lucaniae: *Balvano.*

Obs. A *Diantho atrorubente* dignoscitur petalis intus puberulis nec glaberrimis. Involucrum et squamarum calycinarum longitudo in hac ut in affinibus speciebus magnopere variare deprehenditur.

ibid. Citationes ad *Dianthum longicaulem* sic corrigantur.
Ten. Fl. neap. prodr. app. III. in Fl. nap. II. pag. 379. Fl. nap. tav. 138. fig. 1. *DC.* prodr. 1. pag. 359. *Reich.* Hort. bot. t. 1. pag. 42. tab. 56. *Dianthus caryophyllus.* Ten. Fl. nap. 1. pag. 230.

pag. 61. *col.* 1. Ad *D. sylvestrem* addatur:
— — *D. geminiflorus.*
In aprici montosis Aprutii citerioris: *Li Pizzi.*

ibid. col. 2. Ad *Silenes Behen* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 63. *col.* 1. Ad *Silenes catholicae* loca natalia addatur: *Siepi di Montorio* in Aprutio (Guss.); *Bojano* in Samnio (Chiovitti).

ibid. col. 2. Ad *Arenariae Rosani* loca natalia addatur: *all'acqua della Spugna, alla Grotta delle Vacche, a Cirasuolo, presso Lama;* in Magella.

pag. 65. *col.* 2. Sub *Sedi Telephii* locis natalibus relinquatur tantum Aprutium, et deleantur caetera omnia, quae ad sequentem pertinent.

ibid. Post *Sedum Telephium* inseratur.

1. bis. *Sedum latifolium* Bert. var. B. *Cymbaefolium;* foliis remotis laete viridibus concavis. *Anacampseros maxima* Bauh. *Hist. 3. pag. 682. Cotyledon altera Dioscoridis. Cymbalaria verior* Column. *Ecphr. 1. pag. 305. ic. 307. fig. 1.* (optima) An species propria?
In saxosis apricis Gargani, Calabriae, Principatuum.

Obs. A *Sedo latifolio Bert.* differt planta elatiori, omnibus partibus duplo majoribus, florum corymbo maximo denso, nec floribus racemoso-corymbosis per caulem sparsis, petalis pistillis brevioribus, foliis omnino concavis pallide virentibus grosse serratis remotis, nec convexis atro-virentibus obiter serratis confertis.

ibid. A *Sedo stellato* arceatur var. A. cum habitatione.

pag. 66. *col.* 2. Sub *Sedo rostrato* inseratur: *Sempervivum tenuifolium* Smith et Sibth. Flora graeca; nam ex herbarii Sibthorpiani speciminis collatione, planta graeca a nostra haud differre cl. Gussone me monuit.

pag. 67. *col.* 2. A *Sedo littoreo* auferatur signum † et locis natalibus addatur: in scopulis vulcanicis prope marę: *al Capo dell' uncino alla Torre dell' Annunziata.*

pag. 68. *col.* 2. Deleatur *Euphorbia tanaicensis;* quum planta pro eadem sumpta ad *E. paralias* varietatem pertinere rectior investigatio probaverit.

pag. 69. *col.* 1. Deleatur *Euphorbia melapetala,* et ejus loco substituatur:
E. Japygica; umbella 5-fida-dichotoma, bracteis distinctis reniformibus mucronatis (lutescentibus), foliis coriaceis glaucis spathulato-lanceolatis mucronatis margine asperis, petalis crenato-bicornibus (luteis), capsulis ovatis villosiusculis, ramis superioribus umbelliferis umbella brevioribus. *Ten.*
Caules plures sesquipedales herbacei inferne subpurpurascentes, folia (15 lin. longa 2-3 lin. lata) exquisite mucronata margine et subtus aestivatione purpurascentia ut in *E. rigida,* margine lente inspecta serrulato-scabra, umbellae radii rami umbelliferi et involucra lutescentia; flores et involucella *Euphorbiae myrsinitidis,* sed duplo majora, petala crenato-bicornia; capsulae pilis albis obsitae.
In collibus Japygiae: *Lecce* (Marinosci); Peucetiae: *Gravina* (Scacchi).

Obs. Ab *Euphorbia melapetala* differt foliis non membranaceis duplo angustioribus, umbella patente 5-fida, nec coadunata multifida, petalis involucris radiisque luteis nec concoloribus, capsulis villosis duplo minoribus. Ab *E. rigida* discrepat umbella 5-fida, petalis minime appendiculato-bicornibus, capsulis villosis, foliis duplo angustioribus.

pag. 71. *col.* 2. Ad *Spiraeae Ulmariae* B. loca natalia addatur: *Calabria: Sila* (Gussone).

ibid. Ad *Rosae alpinae* var. *pendulinae* loca natalia addatur: *Bosco di Costa presso Pizzoli* (Cecchetti).

pag. 72. *col.* 2. Ad *Potentillae fragariae* loca natalia, addatur: *Monti di Frasso* in Samnio (Lostritto).

pag. 74. *col.* 1. Post *Papaver dubium* inseratur.

4. *bis.* Papaver frentanum; capsulis glabris oblongis, sepalis pilosis, foliis bipinnatifidis laciniis oblongo-lanceolatis, setis caulis multiflori patulis, pedunculorum adpressis, fructiferorum densis persistentibus. *Ten.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In sylvaticis montosis Aprutii: *Valle di Fara.* Annuum.

Obs. P. arenario affine, a quo tamen differt foliorum laciniarum latitudine, setis pedunculorum fructiferorum densis persistentibus, fructus corona sexradiata, caule elato et habitu.

pag. 74. *col.* 2. Ad *Helianthemi ericoidis* var. *pubescentis* loca natalia addatur: in Peucetiae collibus: *Gravina* (Scacchi).

pag. 75. *col.* 1. Ad *Helianthemi vulgaris* var. *hyssopifolii* habitationes addatur: in Peucetiae collibus: *Gravina* (Scacchi).

ibid. col. 2. Ad *Helianthemi grandiflori* loca natalia addatur: *Monte Barbaro* prope Puteolos (Gussone).

pag. 79. *col.* 1. Ante Ranunculum bulbosum inseratur.

29. *bis.* R. repens *Linn.*

Ad rivulorum margines et in palustribus: *Sebeto, Sarno, Bosco di Persano* etc. frequens.

ibid. Ad *Hellebori hyemalis* habitationes addatur: *Villamaina* in Principatu ulteriori (Gussone); *Pizzoli*, in Aprutio.

pag. 80. *col.* 1. Ad *Teucrii flavi* habitationes addatur: *Ischia, e Colline di Caserta e di Capua.*

pag. 81. *col.* 1. et 155. *col.* 2. Ad *Hyssopi officinalis* habitationes addatur: *Rupi della vallata di Pescina* in Aprutio (Gussone).

pag. 84. *col.* 2. Ad *Leonuri Cardiacae* habitationes addatur: *Pizzoli* (Cecchetti; ex *cl. Mauri* in literis).

Ibid. loco *Ballotae nigrae* cum varietate et locis natalibus substituatur.

1. Ballota vulgaris Link. et Spr. syst. 2. pag. 738 *B. nigra* Lin. sp. edit. 2. Ten. Flora nap. t. 2. pag. 34. et Flora medica universale tom. 1. pag. 481 (excl. syn. Ball. alba Cam. et Sabb.) *Var. B.* Flore albo (non *B. alba* Lin.).

In ruderatis circa Neapolim obvia: B. *Pascone* (rara).

2. B. nigra L. sp. edit. 1. et Spreng. l. cit. (*B. alba* Lin. spec. ed. 2.) *Marrub. nigrum* Black. tab. 136. fig. 2.

In collibus Aprutii: *Pizzoli* (Cecchetti).

pag. 85. *col.* 1. Post *Origanum vulgare* inseratur.

1. *bis.* O. humile *Poir.*

In campis cretosis Aprutii: *Lama, Palena.*

pag. 85. *col.* 2. Post Thymum Nepetam addatur:

— — B. *micranthus*, corollis minoribus, staminibus corollae tubum non excedentibus *Guss.* Fl. Sic. prodr. 2. pag. 130.

Ad sepes: *Pozzuoli, Baja, Capodimonte.*

ibid. Post *Scutellariam galericulatam* addatur:

2. bis. *Scutellaria hastifolia* Linn.

Ad rivulorum margines in Aprutio: *Pizzoli* (Cecchetti).

pag. 86. *col.* 2. Ad Rhinanthi elephantis habitationes addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 87. *col.* 2. n. 9. Post *Linariam reflexam* inseratur.

9. *bis.* Linaria rubrifolia *DC.*

In Aprutio: *Pizzoli* (Cecchetti, ex cl. *Mauri* in literis.).

ibid. Ad *Linariae Chalepensis*, et *L. pelisserianae* habitationes addatur: *Ischia.*

pag. 88. *col.* 1. Ad *Digitalis ferrugineae* loca natalia addatur: *Villamaina, Castelvetere* in Principatu ulteriori (Gussone); in Aprutio: *Li pizzi.*

pag. 89. *col.* 1. Ad *Clypeolae Jonthlaspideos* habitationes addatur: *Monte S. Angiolo in Gargano* (Della Torre).

pag. 90. *col.* 1. Post *Thlaspi montanum* addatur.

2. Thlaspi Bursa-pastoris.

In arvis ubique.

3. T. alliaceum.

In Aprutii lapidosis.

ibid. Ad *Lepidii Iberidis* habitationes addatur:

In Aprutii citerioris sepibus humidis: *Taverna di S. Valentino.*

ibid. col. 2. Ad *Alyssi orientalis* habitationes addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita)

pag. 91. *col.* 1. Ad *Berteroae obliquae* loca natalia addatur: In Peucetia: *Bosco di Cassano, Murgie tra Altamura e Cassano* (Scacchi).

Obs. Petala primum alba demum rosea ut in *B. mutabili*, sed siliculae pubescentes non glabrae.

ibid. col. 2. Ad *Lunariae rediviuae* habitationes addatur: *Monti di Capracotta* in Samnio (Gussone).

ibid. col. 1. Ad *Aubrietiae deltoideae* B. habitationes addatur: *Cima di Cirasuolo presso Lama* in Magella.

ibid. col. 2. Ad *Cardamines uliginosae* habitationes addatur: *Prati delle fosse* presso *Pizzoli* (Cecchetti).

Obs. Antherae violaceae non flavae.

pag. 92. *col.* 1. Inter *Barbareae vulgaris* B. synonyma inseratur, *Barbarea bracteosa* Guss. Fl. sic. prodr. tom. 2. pag. 257.

ibid. Inter *Matthiolam* et *Hesperidem* inseratur.

1. Malcolmia parviflora DC. *Hesperis ramosissima* Viv. exclus. synonym. *Fusaro.*

pag. 93. *col.* 2. Ad *Arabidis alpinae* loca natalia addatur: *Monte S. Franco, Monte Scala* in Aprutio (Cecchetti).

ibid. A *Diplotaxi erucoide* arceatur syn. Barrelieri.

pag. 94. *col.* 1. Ad *Diplotaxim apulam* trahatur synon. Barr. *Eruca sylvestris flore albo italica.* Icon 132.

ibid. Ad *Brassicae compestris* habitationes addatur: *Biccari* in Daunia (Baselice).

ibid. col. 2. Ad *Sinapis geniculatae* habitationes adde: *Ischia* (Gussone).

pag. 94. *col.* 1. Ad *Geranii villosi* loca natalia adde: *Cima di Cirasuolo* prope *Lama* in Aprutio.

pag. 96. *col.* 1. Ad *Malopes malacoidis* habitationes addatur: in Aprutio: *Casoli, Torre di Prato.*

ibid. col. 2. *lin.* 57. petiolati *lege* pedicellati.

ibid. Ad *Malvae nicensis* et *M. parviflorae* habitationes addatur: *Ischia.*

pag. 97. *col.* 1. Ad *Hibisci Trionum* habitationes adde: *Pianura di Aquila e di S. Demetrio* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Sidae Abutilonis* habitationes addatur: *Carditello* (Gussone).

ibid. Post. *Fumariam officinalem* inseratur.

1. *bis.* Fumaria capreolata.

In arvis frequens.

pag. 98. *col.* 1. Ad *Cytisi Laburni* habitationes addatur: *Principato ultra* (Gussone); in Aprutio: *Cima della Valle di Taranto.*

ibid. Ad *Cytisum scoparium* addantur loca natalia. In sylvis obvius: *Valle di S. Rocco, Camaldoli, Agnano, Ischia* etc.

pag. 99. *col.* 2. Ad *Ononidis reclinatae* loca natalia addatur: *Reggio* (Gussone).

pag. 100. *col.* 1. Ab *Ononidis mitissimae* habitationibus arceatur *Ogliastro*, quia Siciliae oppidum, et addantur *Reggio, Cotrone, Staiti, Cirò* (Gussone).

ibid. Ad *Ononidis variegatae* loca natalia addatur: *Calabria.*

pag. 191. *col.* 1. Ad *Orobi sessilifolii* loca natalia addatur: *Balvano*; in Lucania (Barbazita).

ibid. col. 2. Inter *Lathyri dubii* synonyma inserantur: *Lathyrus erythrynus* Presl. Flor. Sic. *L. purpureus* Presl. *delic. pra-*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

gens. et Gussone *plant. rar. pag. 297;* et locis natalibus addatur *Calabria.*

pag. 102. *col.* 2. A *Viciae triflorae* locis natalibus arceatur *Castrogiovanni*, quia Siciliae urbs.

pag. 104. *col.* 1. Ad *Viciae tricoloris* habitationes addantur. In Gargano: *Monte S. Angiolo* (della Torre); Lucania: *Balvano.* (Barbazita).

ibid. Post *Viciam luteam* inseratur.

28. Vicia serratifolia *Jacq.*

In arvis siccis: *Miseno, Capua, Pesto, Sile, Abruzzi.*

29. Vicia narbonensis.

Camaldoli, Campobasso, Basilicata.

pag. 105. *col.* 1. Ad *Hippocrepidis glaucae* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 109. *col.* 1. A *Medicagine obscura* arceantur varietates B. et C. et earum in loco inserantur.

8. M. laevis *Desf.*

— — B. spinulosa.

In arvis Calabriae.

8. *bis.* M. Helix *Willd.*

In arvis arenosis maritimis: *Capo di Miseno, Pozzuoli.*

ibid. col. 2. Post *Medicaginem tuberculatam* inseratur.

13. *bis.* Medicago olivaeformis *Guss.*

Inter segetes Lucaniae: *Pesto;* et Calabriae orientalis: *da Melito a Cassano.*

Obs. Specimina plantarum exsiccatarum ex Calabria a cl. Gussonio *M. olivaeformis* nomine olim accepta cum illis *M. pubescentis*, et *M. tuberculatae* commutata fuerunt, sicut ex eorundem in meo herbario inspectione, ipse cl. acutor fassus est. *M. olivaeformis* a cl. *Moris* in *Stirp. Sard. Elench. fasc. 2. pag. 5.* adumbrata, est species *Medicagini tuberculatae* affinis, sed ab eadem tamen differt leguminibus utrinque convexis non tantum verrucoso-tuberculatis, sed tuberculato-spinulosis, quapropter ejusdem diagnosim sic denuo concinnandam censeo.

M. olivaeformis; foliis rhombeo-obovatis denticulatis, stipulis semisagittatis ciliato-dentatis, pedunculis 1-3-floris, leguminibus ovatis utrinque acutis, anfractibus 4-6 crassissimis concretis tuberculato-subspinulosis.

pag. 110. *col.* 1. Post *Medicaginem arenariam* inseratur.

26. *bis.* Medicago orbicularis *Desv.* et *Spreng.*

In agris et inter segetes.

ibid. col. 2. Ad *Hyperici crispi* loca natalia addatur: *Reggio, e colline aride sul Jonio* (Gussone).

pag. 113. *col* 1. Ad *Apargiae Rosani* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

ibid. col. 2. Ad *Picridis scaberrimae* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 114. *col.* 1. Ad *Hieracii Columnae* habitationes addatur: *Castelletta* prope *Palena.*

ibid. col. 2. Ad *H. andryaloidis, H. glauci* var. *villosi, H. amplexicaulis* var. *pulmonarioides, H. prunellaefolii, H. bifidi*, et *H. cerinthoidis* habitationes adde: *Valle di Taranta* prope *la Grotta del Cavallone* in Magella.

ibid. Post *H. sylvaticum* inseratur.

21. *bis.* H. cerinthoides *Gouan.*

Ad rupes editiores Magellae orientalis: *Cima della Valle Taranta.*

pag. 115. *col.* 1. Ad *Crepidis pulchrae* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

ibid. Ad *Crepidis neglectae* habitationes addatur: *Biccari* in Daunia (Baselice).

ibid. Ad *Crepidis lacerae* habitationes addantur. In Lucania: *Balvano* (Barbazita); in Aprutio: *Palena*, ubi vulgo *Cassellone* nuncupatur.

pag. 118. *col.* 2. Ad *Cirsii italici* habitationes adde: *Principato Ulteriore.*

pag. 119. *col.* 2. A Santolina alpina arceatur synonymon *Lasiospermum pedunculare*, quod ad *Santolinum eriospermam* certe spectat.

ibid. Post *Balsamitam* inseratur.

1. Tanacetum vulgare.

In ruderatis et in arvis siccis Samnii, et Aprutii.

pag. 122. *col.* 1. Ad *Gnaphalium pedunculare* addatur: an *Filago alpestris* Presl. delic. pragens. pag. 100?

pag. 124. *col.* 1. Post *Cinerariam ceratophyllam* inseratur: *Ischia* (de Mettingh).

5. *bis.* Cineraria ambigua Biv.

ibid. Post *Solidaginem Virgauream* inseratur.

2. Solidago alpestris *W.* et *K.*

In saxosis editioribus Magellae; *Cima della Valle di Letto-Palena.*

Obs. Caule angulato glabro basi suffrutescente caespitoso a *S. Virgaurea* abunde dignoscitur.

ibid. col. 1. Post *Inulam squarrosam* adde.

10. I. viscosa *Aiton. Erigeron viscosum* Linn.

In arvis sterilibus apricis et sabulosis communis.

ibid. Ad *Inulae squarrosae* loca natalia addatur: *Monte S. Angiolo* in Gargano (Della Torre).

pag. 125. *col.* 1. Post *Tussilaginem albam* addatur.

4. Tussilago Farfara.

In cretosis et turfosis frigidis: *Valle di S. Rocco, Camaldoli, Principati.*

ibid. Ad *Pyrethri tenuifolii* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 126. *col.* 1. Post *Athemidem Chamomillam* inseratur.

10. *bis.* Anthemis psorosperma; caule ramosissimo patulo foliisque bipinnatifidis laciniis capillaceis subpubescentibus; seminibus obovatis profunde angulatis verrucoso-scaberrimis, coronula impressa decidua, paleis flosculos aequantibus lanceolato-cuspidatis in apice receptaculi caeterum nudi coadunatis *Ten.*

In campis sterilibus apricis Aprutii: *Tra Turro ed il fiume Pescara.*

Obs. Seminum structura, palearum dispositione, foliorumque tenuitate ab affinibus *A. chamomilla, A. pubescenti, A. cotula* discriminatur.

ibid. Ad *Antemidis valentinae* habitationes addatur: *Fusaro.*

pag. 128. *col.* 1. Ad *Centaureae rupestris* loca natalia adde: *Al Colle rosso* prope *Pizzoli* (Cecchetti).

ibid. Ad *C. salmanticae* habitationes addantur. In Calabria: *Cassano, Amendolara* (Guss.); In Aprutio: *Aventino* prope *Torre di Prato.*

pag. 129. *col.* 2. Ad *Orchidis tephrosanthi* habitationes adde: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 130. *col.* 1. Ad *Orchidis longicruris* loca natalia addatur: In nemoribus Stabiarum (de Mettingh).

pag. 131. *col.* 1. Ad *Ophrydis rostratae* loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

ibid. col. 2. Ad *Ophrydis fuscae* loca natalia addatur: *Reggio* (Gussone).

ibid. Ad *Neottiae nidus avis, et Epipactis rubrae* loca natalia addatur: *Principato ulteriore.*

pag. 132. *col.* 1. Ad *Neottiae autumnalis* loca natalia addatur: *Baja, Ischia.*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

ibid. Ad *Aristolochiae longae* habitationes addatur: in argillosis: *Reggio*, *Corigliano* (Gussone).

ibid. Ad A. pallidae habitationes adde: *Sile* (Gussone).

ibid. Ad A. Clematitis loca natalia adde: *Sulmona.*

ibid. Ad A. rotundae loca natalia adde: *Principato ultra*, *Calabria sul-Jonio* (Gussone).

pag. 133. *col.* 1. *lin.* 6. *Nap. prod.* lege Ten. *Fl. neap. prodr.*

ibid. col. 2. Ad *Alni glutinosae* loca natalia adde: *da Licola a Mondragone*, *demanio di Calvi*, *Volturno sotto Cajazzo.*

pag. 134. *col.* 1. Post *Myriophyllum* inseratur:

1. Ceratophyllum demersum.

In aquis lente fluentibus: *Sebeto.*

pag. 136. *col.* 1. Ad *Arisari proboscidei* (sub *Aro*) loca natalia addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

ibid. Ab *Ari tenuifolii* locis natalibus deleatur in nemoribus: *Montevergine;* et substituatur in collibus apricis lapidosis Principatus ulterioris: *Villamaina* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Abietis pectinatae* habitationes addatur: *Boschi di Molise* prope *Pesco-Lanciano*, e *Pesco-Pignaturo.* (Gussone).

pag. 137. *col.* 2. Ad *Humuli Lupuli* loca natalia adde: *Principato ulteriore* (Guss.). *Via dal Fusaro a Mare morto sotto il monte di Procida.*

pag. 138. *col.* 2. Ad *Taxi baccatae* loca natalia addantur: *Bosco di Palena*, *li Pizzi* in Aprutio.

ibid. Post *Ephedram distachyam* inseratur.

2. Ephedra monastachya.

In Aprutio: *Boschi di Piscina* (Gussone).

ibid. col. 2. Ad *Ophyoglossi lusitanici* loca natalia adde: *Portici*, *Torre del Greco*, *Torre dell' Annunziata.*

pag. 140. *col.* Ad *Woodwardiae radicantis* habitationes addatur: *Ischia nella Valle di Casa micciola presso i Bagni*, e verso *Fontana alle falde dell' Epomeo* (Gussone).

ibid. Ad *Pteridis creticae* loca natalia addatur: *salita di Quisisana a Castellammare.*

ibid. Ad *Adianthum odorum* addantur loca natalia: *Monte S. Angiolo* in Gargano (della Torre); ad Vesevi radices inter saxa: *mura a secco a sinistra del primo tratto dopo la Chiesa di S. Maria di Pugliano.*

pag. 154. *col.* 1. In Addenda et Emendanda. Deleatur *Evonymus verrucosus*, quum planta cum illa commutata nihil aliud esse, quam *E. europaeum* caule verrucis quibusdam quandoque sparso, observationes accuratiores me edocuerint.

pag. 155. *col.* 2. Post *Althaeam sylvestrem* Briganti addatur: In sylvis Lucaniae orientalis: *Balvano* (Barbazita).

Obs. A *Lavatera sylvestri* non solum characteribus in diagnosi loco citato recensitis differt, sed quoque laciniis calycis interioris ovato-acuminatis nec triangularibus longe productis, pedunculis petiolos aequantibus nec iis duplo longioribus, foliis magis tomentosis micantibus tactu crassioribus, illis *Altheae officinalis* fere similibus. Calyx exterior in *Lavatera sylvestri* lobis minoribus inter majores quandoque gaudere observatur, sed nunquam undulato-crispos ut in *A. sylvestri* inspicere datum est.

Nota. Ex hujus Appendicis recensione, in Florae Neapolitanae summa plantarum inserenda sunt genera 8. et species 40.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

© Orto Botanico di Napoli, Italy

FLORA NAPOLITANA

CLASSE OTTANDRIA.

Ordine Monoginia.

EPILOBIO. Vedi t. 1. p. 193.

1714. Epilobio a foglie di rosmarino Ital. Epilobium rosmarinifolium Lat. Epilobe à feuilles de romarin Franç. *Caule suffruticoso erecto foliisque sparsis linearibus revolutis apiceque dentibus obliteratis calloso-mucronatis pilosiusculis, floribus racemoso-spicatis foliis floralibus praeditis.* Haenke in Jacq. coll. 2. p. 50 DC. Prodr. 3. p. 40. Reich. Icon. bot. 4. t. 341. Tenore Viaggio in Abruzzo (1829) p. 63. *E. angustifolium* Lam. Enc. 2. p. 370. *E. angustissimum* Will. sp. 2. p. 313. Waldst et Kit. t. 1. tab. 76. Ten. sylloge. (edit. 8.°) p. 188. *E. Dodonaei* Gaudin Fl. Helvet. 3. p. 8. Vill. Delph. 3. p. 507. *Lysimachia siliq. 111. Chamaenerion* Gesn. Clus. 2. p. 51. fig. 3. Lob. ic. 343. Pseudo-lysimachium purpureum minus Dod. Pempt. 1. lib. 3. cap. 33.

Descrizione. Fusto alto da mezzo piede a due piedi, ramosissimo o quasi semplice, foglie lineari sparse con altre fogliuzze nelle ascelle, onde sono state impropriamente dette affastellate, con i margini perloppiù accartocciati in sotto e muniti di dentuzzi ottusi glandolosi rossicci, e l'apice armato di una punta callosa caduca simile alle glandole del contorno; fiori rosei in un racemo terminale con i peduncoli muniti di foglioline simili a quelle del fusto impropriamente dette brattee; pistillo eguale agli stami collo stimma quadrifido. Tutta la pianta è sparsa di peluzzi rigidi.

Luogo natale ec. Nasce nelle praterie montuose di Abruzzo: al *Monte di Pizzoli*, al *Monte de' Fiori* ed altrove; fiorisce in esta. *Perenne.*

Osservazione. Per chi guarda le figure prodotte dal chiaris. *Reichembach* nelle tavole 341. e 342. del tom. 4. dell' *Iconografia botanica* con i nomi di *E. rosmarinifolium* ed *E. angustissimum*, queste due piante potranno sembrare in realtà due distinte specie; ma chi vorrà darsi la pena di verificarne i carat-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

teri sopra un gran numero di esemplari di diverse località, non esiterà ad abbracciare l' opinione del *Willdenow* e del *De Candolle*, che han ritenuta la seconda per varietà della prima. L' apice calloso delle foglie che il *Reich.* considera come carattere essenziale di questa, essendo caduco, suol mancare nelle foglie di quella, e viceversa mostransi queste munite di denti callosi nel margine più pronuuziati quando non si accartocciano come nell' altra. Posseggo un esemplare autentico dell' *E. rosmarinifolium* delle *centuriae exsiccatae* di Hoppe, opportunamente citato dal Reich. sotto questa specie, che ha il fusto semplice dritto alto circa un piede gli apici callosi e tutti gli altri caratteri della pianta del Reich., e le foglie larghette meno pelose a margini non accartocciati con denti pronunziati dell' *E. angustissimum* dello stesso autore. Le figure di Dodoneo di Lobel e di Clusio appartenendo evidentemente alla stessa pianta ed al tipo della specie, questi tre sinonimi non possono separarsi, ed il nome di Dodoneo non può convenire alla varietà B. di essa, come si legge nel *Botanicon gallicum*. Sarebbe preferibile ritenerlo pel nome della specie, seguendo *il Gaudin* e la priorietà del Villars, ma il nome di *E. rosmarinifolium* è ormai così generalmente ricevuto che non potrebbe cambiarsi senza accrescere la confusione di già non piccola ne' sinonimi di questa pianta.

1715. Epilobio molle Ital. Epilobium molle Lat. Epilobe mollet Franç. *Caule simplici vel ramoso terete villoso, foliis sessilibus oppositis alternisque oblongo-lanceolatis remote denticulatis utrinque molliter pubescentibus, petalis emarginatis oblongis sepalis subduplo longioribus, stigmate quadripartito.* Lam. dict. Encycl. 2. p. 475. *E. parviflorum* Schreb. ex Smith. Fl. brit. 1. p. 410. DC. Prodr. 3. p. 43. (ubi, typographica menda, *E. palustre* Will. loco *E. pubescentis*, inter synonyma recensetur) Curtis Flor. lond. new. edit. fasc. 23. tab. 2. *E. pubescens* Will. loc. cit. pag. 315. *E. hirsutum* B. Lin. sp. pl. 494. Flor. dan. t. 347. Lysimachia hirsuta flor. min. Bauh. hist. 2. p. 906. Lysimachia siliquosa 2. Taber. 855. (perperam apud auctores cit. 335.).

Var. B. *Latifolium;* foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus. *E. pubescens* B. Guss. Flor. sic. prodr. 1. pag. 458. Chamaenerion menthastri folio hirsutum flore albo ex parte rubente. Bonnan. t. 85.

Descrizione. fusto ascendente di 1-2. piedi, foglie lunghe circa 2-pollici; nella var. B. lunghe 18-linee e larghe 8-10 linee; fiori 2-3 volte più piccoli di quelli dell' *E. hirsutum*, carnicini o biancastri.

Luogo natale ec. Nasce lungo i ruscelli e ne' fossi; la var. B. al *Fusaro;* fiorisce da luglio ad ottobre *Perenne.*

1716. Epilobio lanciolato. Ital. Epilobium lanceolatum. Lat. Epilobe à feuilles

© Orto Botanico di Napoli, Italy

lancéolées Franç. *Caule terete, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis glabris, inferioribus oppositis superioribus alternis, petalis emarginatis, stigmate quadripartito.* Sebast. et Mauri Fl. rom. pr. p. 138. t. 1. f. 2. Guss. et Tenor. sylloge (edit. 8. pag. 189.).

Osservazione. Il DC. riunisce questa specie all'*E. montanum*, cui con dubbio riferisce anche l'*E. virgatum* di *Lam.* Lo *Sprengel*, ritenendo questa per specie distinta, ad essa riporta la pianta della *Flora Romana.* La pianta dell'*Enciclopedia* essendo estremamente dubbia ed oscura , e quella della *Flora romana* essendo di certo diversa dall' *E. montanum*, sembra miglior consiglio ritenerla per specie propria.

Luogo natale ec. Nasce nelle siepi umide, ne' fossi lungo le strade, e ne' luoghi acquitrinosi: ai *Camaldoli*, al *Fusaro*, a *Capua*, a *Caserta*; fiorisce in giugno, *Bienne.*

1717. Epilobio oscuro Ital. Epilobium obscurum Lat. Epilobe douteux Franç. *Caule subancipite foliisque sessilibus lanceolato-linearibus glabris dendenticulatis in lineam utrinque confluentem decurrentibus, stigmate clavato indiviso.* Schreb. spic. p. 147. Reich. pl. crit. cent. 2. p. 89. tab. 299. fig. 341. Guss. Flor. sic. prodr. 1. p. 460.

Osservazione. Questa specie è similissima all'*E. tetragonum*, e da diversi autori si ritiene per semplice varietà di esso; tuttavia mi è sembrato poterla conservare perchè se ne distingue per le foglie e le capsole del doppio più strette e più lunghe, e perchè i nervi che partono dalla base di esse foglie subito si riuniscono, cosicchè rendono il fusto quasi ancipite, e non si conservano libere e parallele da un nodo all' altro generando il fusto tetragono, come nella suddetta specie. Le citate figure del *Reichembach* esprimono perfettamente questa diversità.

Luogo natale ec. Nasce ne' fossi delle provincie settentrionali di questo Regno: nel *Sannio*, in *Abruzzo. Perenne.*

1718. Epilobio palustre Ital. Epilobium palustre Lat. Epilobe des marais Franç. *Caule terete ramoso subhirsuto, foliis sessilibus lanceolatis subdenticulatis oppositis alternisque glabriusculis , stigmate indiviso, fructu pubescente.* Lin. sp. 495. Will. sp. 2. p. 317. Smith. engl. bot. t. 346. Lysimachia siliquosa minor. Tabernaem. p. 856.

Descrizione. Fusto alto 1-2-piedi rare volte semplice, irsuto specialmente nella parte superiore, foglie lanciolate prolungate in punta aguzza con grosse venature pelosette, nel resto glabre quasi affatto intatte, corolle poco più lunghe de' calici con petali smarginati, capsole pubescenti lunghe due pollici.

Luogo natale ec. Nasce ne' fossi e sulle sponde de' ristagni; fiorisce in està. *Perenne.*

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

1719. Epilobio a foglie di morgellina Ital. Epilobium alsinefolium Lat. Epilobe à feuilles de morgeline Franç. *Caule glabro ascendente, foliis ovato-acuminatis subserratis oppositis margine tenuissime ciliatis, stigmate indiviso clavato.* Villars Fl. dauph. 3. p. 511. *E. origanifolium* Lam. Enc. 2. pag. 376.

Var. A. *Minor;* planta erectiuscula 2-4 pollicari, caule simplici paucifloro, floribus ante anthesim nutantibus. Ten. Syll. (8.) pag. 189. *E. alpinum* quorumdam auctorum. *E. origanifolium* Reich. ic. bot. 2. tab. 180. fig. 314.

Var. B. *Major;* caule ascendente vel erecto plerumque ramoso 6-10-pollicari multifloro; floribus ante anthesim erectis. Ten. loc. cit.

Descrizione. Questa specie non si distingue dall'*E. alpino* che per le foglie ovate acute dentellate e non ellittiche intatte. Il carattere de' fiori inchinati che taluni autori registrano tra gli essenziali dell'*E. alpino*, si trova anche nella var. A. di questa specie, la quale è stata perciò spesso con quella confusa.

Luogo natale ec. Nasce ne' monti alpini presso gli stillicidii di acqua; alla *Majella* al fondo della valle di *S. Spirito* colla *Lychnis 4. fida; al Monte Corno, al Monte Grande* presso *Pizzoli;* fiorisce in està. *Perenne.*

CLORA. Vedi tom. 1. pag. 198.

1720. Clora tardiva Ital. Chlora serotina Lat. Chlore serotine Franç. *Glauca; foliis caulinis perfoliatis inferioribus ovalibus superioribus semiovatis acutis, calyce 8-partito, laciniis lineari-lanceolatis trinervatis basi coalitis, stylo bifido.* Koch. et Reich. pl. cr. cent. 3. p. 6. t. 208. fig. 351. Guss. Flor. sic. prodr. 1. pag. 461. (exclus synony. Lamar. quod ad *C. perfoliatam* pertinet) Centaurium minus perfoliatum. Barr. ic. 515. 516. Chlora perfoliata A. Major; caule elatiori ramoso. Ten. Flor. nap. t. 1. pag. 198.

Osservazione. Questa specie non si può altrimenti distinguere dalla *C. perfoliata* che pel carattere dello stilo bifido e per le lacinie del calice più larghette e trinervate. La pianta è ordinariamente più grande in tutte le sue parti, e più glauca. Le figure di *Barrelieri* si riferiscono perfettamente alla pianta nostra. Non so vedere perchè il chiar. Sig. Gussone abbia esclusa dai sinonimi della *C. perfoliata* quello del *Lamark*, la cui figura portando distintamente espresso lo stilo indiviso appartiene di certo a questa specie.

ibid. Post *Daucum maximum* subjungatur. A *Dauco Gingidio* differt floribus radiantibus duplo majoribus.

ibid. Post *Daucum muricatum* inseratur.

8. bis. *Daucus Broteri;* hispidus, foliis tripinnatis laciniis cuneiformibus umbellis compactis multiradiatis involucra subtrifida superantibus, corollis radiantibus, aculeis fructuum latitudinem multo superantibus, basi coalitis (6-8 in quavis costa) apice glochidiatis. Ten. *Daucus muricatus* Broteri ex Schult. tom. 6. p. 478. *D. muricatus* Oertzen plantae exsicc. ex agro romano, non *D. muricatus* Sebast. et Mauri Fl. Rom. prodr. *D. setulosus* Ten. *Relazione del viaggio di Abruzzo* del 1830 pag. 121. non DC.

Var. A. caule elato (bipedali) erecto, ramis approximatis rectis.

Var. B. caule humili (pedali), ramis divaricatis recurvis.

In collibus argillosis Aprutii: *Turri Valignano presso Chieti.* Biennis.

Obs. A *Dauco muricato* abunde differt planta multoties majore ramosissima biennis, foliorum laciniis duplo latioribus, umbellae radiis 10-15, fructibus aculeisque duplo minoribus 8-10 nec 4-6, in quavis fructus costa (Confer Schult. loc. cit.)

ibid. A *Dauco parviflora* arceatur var. B, quae ad sequentem pertinet, et subjungatur.

12. *Daucus Gingidium* Lin. et DC. *D. mauritanicus Ten.* Relaz. del viaggio del 1830 pag. 121.

In collibus argillosis Aprutii: *Turri Valignano presso Chieti, Roccamorice.*

ibid. col. 2. Ad *Athamanthae Libanotis* loca natalia addatur: *Monte Corno* cum *Saxifraga glabella, Hesperidi Orsiniana,* et *Salice retusa* in extremo vegetationis confinio (Orsini).

ibid. Ad *Cachrydis alatae* loca natalia addatur: *Monte Corno al fonte della figliola* (Orsini).

pag. 41. *col.* 1. Ad *Cachrydis triquetrae* loca natalia addatur.

In Lucania: *Balvano* (Barbazita).

pag. 42. *col.* 1. Ad *Ferulae Barrelieri* loca natalia addatur. In Lucania: *Balvano* (Barbazita), *Castelgrande* et *Vulture* (Gasparrini).

ibid. col. 2. Post *Heracleum flavescentem* inseratur.

1. bis. *Heracleum Spondylium* var. *angustifolium.*

In extremo Aprutii confinio: *Monte la Rosa* (Orsini).

2. *H. sibiricum. Ibidem* (Orsini).

pag. 43. *col.* 2. Ad *Sii Bulbocastani* loc. nat. addatur.

In monte divi Angeli Stabiarum: *Piano di Faito.*

pag. 44. *col.* 1. Ad *Oenanthes Phellandrii* loc. nat. addatur: *Fosti di Licola presso la foce* (Guss.)

pag. 45. *col.* 2. Ad *Pimpinellae glaucae* loca natalia addatur: In monte divi Angeli Stabiarum: *piano della Cappella.*

pag. 46. *col.* 2. Ad *Parnassiae palustris* loca nat. addatur: *Valle di Fara, sorgente dell'Aventino.*

ibid. A *Lino angustifolio* arceantur localitates Calabriae, et inseratur.

In sabulosis et collibus maritimis: *Miniscola presso Mare morto, Bauli.*

Obs. Ratione loci hanc plantam duratione annua vel perenni variare comperi. In sabulosis aridis prope maris litora ob ariditatem soli post seminum maturitatem exsiccatione corripitur; sed in arvis humentibus ad alterum annum virescentem manet. In Horto Regio culta-perennis evasit.

pag. 47. *col.* 1. Post *Linum catharticum* inseratur.

17. *Linum maritimum.* In arenosis: *Licola, Giulianova* (Floret Octobri) (Guss.).

pag. 48. *col.* 1. Loco *Statices dichotomae* substituatur *Statice reticulata* Lin. et Reich. et locis natalibus addatur: *Otranto* (Gussone).

ibid. Post *Staticem cordatam* inseratur.

Var. B. floribus duplo majoribus. *Statice dubia* Andrew ex herbario DC. inedita (Guss.)

In scopulis insulae Pontiae legit Orontius Costa, naturalium nostri regni divitiarum scrutator solertissimus.

ibid. Loco *Statices reticulatae* substituatur *Statice caspica* Reich.

ibid. A *Statice minuta* arceatur signum † et addatur in saxosis maritimis Stabiarum, *presso l' acqua del muraglione, sulla nuova strada di Vico* (Scacchi, Chiovitti, Gussone).

Classis hexandria

pag. 49. *col.* 1. Ab *Allio lineari* arceatur var. B cum synonymo, et inseratur.

3. bis *Allium margaritaceum.* Smith. et Schult. Syst. veget. tom. 7. par. 2. pag. 1022. *A. virescens* Guss. pl. exsicc. ex Calabria.

pag. 50. *col.* 2. Post *Allium tenuiflorum* inseratur.

28. bis. *Allium moschatum* Lin.

In Aprutii montibus: *Pizzoli* (Cecchetti).

ibid. Post *Allium tenuiflorum* inseratur.

28. bis. *Allium Coppolerii;* Caule subteretifolio umbellifero; umbella capsulifera subglobosa laxa; pedunculis capillaribus staminibus simplicibus corolla longioribus, stylo exserto, petalis obtusis; spatha diphylla, apice subulata umbella duplo longiore. Tineo; catal. plant. H. R. Panormitani (1827) pag. 18. et 275. *A. parviflorum* Guss. Fl. sic. prodr. 1. pag. 404. non Lin. *A. australe* Guss. pl. exsicc. ex Calabria.

In Calabria ulteriori (Guss.).

pag. 51. *col.* 1. Sub *Ornithogalo garganico* referatur *O. saxatile* Visiani plantae rarior. Dalmat. in Flora, oder botanische Zeitung. an. 1827 loc. cit.

ibid. col. 2. Post *Ornitog. Gussonii* inseratur.

13. bis. *Ornithogalum ortophyllum;* bulbo solido, foliis glaucis carinatis canaliculatis glabris demum strictis linea alba latissima notatis, scapo pauciflore longioribus; floribus racemosis, pedunculis bracteis longioribus, fructiferis erectis, petalis oblongis alternis obtusis, staminibus membranaceis apice subulatis, capsulis pyriformibus profunde 3-angulatis. Ten.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In pascuis montosis Aprutii: *Montegrande presso Pizzoli.* Floret Junio.

Bulbus pollicaris diametri, folia usque ad estremum vegetationis periodum fere omnia erecta (8-10 poll. longa 5 lin. lata) fascia alba 2 lin. lata, caeterum glauca exquisite canaliculata. Scapi pars non florifera 1 ½ poll. longa, reliqua floribus onusta 3. poll. long. Flores 8-10 pedunculi 18 lin. longi, bracteae late-lanceolatae pollicaris longitudinis, flores et fructus *O. exscapi*, pistilla germinis longitudine, capsulae acutae angulatae, semina nigra subrotundo-reniformia punctata.

Obs. Ab *O. garganico* differt foliis coriaceis, linea alba latissima notatis, erectis ciliis expertibus, scapo duplo breviore, spathis pedunculo brevioribus, capsulis profunde 6-angulatis. Ab *O. exscapo* discrepat foliis duplo latioribus erectis coriaceis, floribus racemosis, pedunculis fructificantibus erectis, scapo elatiore, filamentis longe membranaceis etc.

13. tertio. *Ornithogalum contortum*; bulbo solido, foliis linearibus flaccidis contortis humo adpressis linea alba destitutis ciliatis canaliculatis, scapo folia subaequante paucifloro fastigiato, pedunculis remotis erectiusculis bracteis demum longioribus, capsulis obtuse 6-angulatis. Ten.

In montibus Aprutii: *Monte de' Fiori, Velino, Pizzoli.*

Bulbus semipollicaris diametri, folia 5. poll. long. Flores *O. garganici* sed minores, petalis extus fascia viridi latiore exaratis, pedunculi filiformes, bracteae ante florescentiam pedunculis longiores; capsulae obtusae angulatae et omnino illis *O. garganici* similes, sed duplo minores, semina orbiculata punctata. Floret Julio.

Obs. Ab *O. garganico* differt omnium partium parvitate, foliis angustissimis, scapo paucifloro, fastigiato tempore florendi etc. Ab *O. Gussonii* differt foliis ciliatis minime filiformibus, scapo duplo breviore.

ibid. col. 2. *Scyllae maritimae* subscribatur.

Obs. In varietate B. radice alba characteres ex floribus desumi possunt qui ejusdem differentiam a speciei typo radice rubra magis confirmant, et in speciem propriam sumere suadent. Has differentias sequentibus exponere duxi.

Scylla maritima, radice alba. Flores albo-rosei petalorum carina purpurea; petala expansa in corollam subrotatam horis vespertinis tantum clausam, petalis apice obtusiusculis minime rotundatis, flores in racemo undique confertim inordinate coacervati, germen ellipticum.

Scylla maritima radice rubra. Flores nivei carina petalorum concolore, petala in corollam campanulatam ore connivent apice obtusissima rotundata, flores in racemo laxiusculo e verticillis spiralibus seriatim dispositis, semper subclausi ob petalorum basim crassam minime flexilem, germen ovatum.

In utraque filamenta basi dilatata mellifera, germen apice poro gemino mellifero ad suturas alternas.

pag. 52. *col.* 2. Ad *Convallariae multiflorae* loca natalia addatur.

Et in umbrosis demissis: *Vallone della Contessa presso Licola.*

Ibidem inseratur.

2. *Convallaria Polygonatum.*

In Aprutii nemoribus: *Monte grande* prope *Pizzoli* (Cecchetti).

3. *Convallaria majalis.*

In nemoribus Aprutii ulterioris: *Pizzoli* (Cecchetti).

ibid. Loco *Junci conglomerati* lege *Juncus effusus.*

ibid. Loco *Junci effusi* lege *J. glaucus B. tenax.* Culmo viridi tenace; an species propria?

Agnano, Acerra, Garigliano.

pag. 53. *col.* 1. Ad *Junci maritimi* loca natalia addatur: *Mare morto.*

pag. 53. *col.* 1. lin. 1. *Juncus comosus* lege *Juncus caespitosus.*

ibid. et *pag.* 154. *col.* 1. Ad utriusque *Junci bufonii* varietatis loca natalia addatur: *Fusaro, Mare morto.*

ibidem Post *Luzulam campestrem* inseratur.

1. bis. *Luzula congesta* Spreng.

In pratis montosis Stabiarum: *Piano di Faito.*

pag. 54. *col.* 1. *Rumici Nemolapatho* subscribatur.

Rumex acutus Lin. et Schult. Syst. veg. vol. 7. par. 2. p. 1408.

ibid. col. 2. *lin.* 22. *pag.* 55. *col.* 1. *lin.* 53. et alibi, loco *Suter Fl. Helvetica*, lege *Gaudin Fl. Helvetica.*

Classis octandria.

pag. 56. *col.* 1. Post *Acer neapolitanum* inseratur.

3. bis. *Acer Opulus* (verus).

In nemoribus Samnii: *Frasso* (Lostritto).

Obs. A varietate C. *Aceris neapolitani* discedit foliis utrinque glaberrimis.

pag. 57. *col.* 2. Loco *Polygoni lapathifolii* inseratur.

Polygonum serotinum Ten. Syll. add. et emend. altera edit. in 8.° p. 566. et subjungatur.

Var. B. Floribus albis.

In humentibus circa lacum Aniani (Floret Octobri).

Classis decandria.

pag. 58. *col.* 2. Ad *Monotropae hypopythidis* loca natalia addatur.

In Aprutio: *Monte la Stanca* (Orsini).

pag. 59. *col.* 1. Ad *Saxifragae Aizoonis* loca natalia addatur.

Monte la Stanca in extremo Aprutii confinio (Orsini), et subjungatur.

Obs. Hujus localitatis exemplaria a cl. Orsinio nuperrime ad me missa verae *Saxifragae Aizoonis* Lin. et Sternb. adamussim respondent. In hac nempe calyces pedunculique glaberrimi glandulisque omnino expertes conspiciuntur, quibus notis caeterisque plantae partibus *S. Aizooni* a cl. Sternbergio in *Monographia Saxifragarum* repraesentata, haec nostra omnino deprehenditur simillima.

Deleri igitur oportet emendatio *Saxifragae Stabianae* in Emend. et addenda altera edit. in 8.° pag. 507. tradita.

pag. 60. *col.* 1. Ad *Gypsophylae rigidae* loca natalia addatur.

Ad rupes prope Salernum; Novembri florentem legit *D. Splitgerber*; amstelodamensis botanophylus solertissimus.

ibid. col. 2. A *Gypsophyla dianthoide* auferatur signum † et locis natalibus addatur: *Castelgrande* in Lucania (Gasparr.).

ibid. Post *Saponariam officinalem* inseratur.

1. bis. *Saponaria ocymoides.*

In Aprutio: *Monte la Stanca* (Orsini).

ibid. Ad *Dianthi atrorubentis* loca natalia addatur.

In Apulia: *Gargano, Biccari* (Baselice).

pag. 62. *col.* 1. Post *Silenem lusitanicam* inseratur.

6. bis. *Silene micropetala* DC.

In arvis maritimis: *Portici, Mare morto.*

ibid. Ad *Silenes nocturnae* loca natalia addatur.

In arvis siccis circa Neapolim, et abunde in collibus puteolanis, bajanis et misenatibus, cum *Silene neglecta* A: *Pozzuoli, Montenuovo, Miseno, Mare morto.*

ibid. A *Silene neglecta* arceantur varietates B. et bb, quae ad *Silenem nocturnam* pertinent et subjungatur:

Var. B. flore albo:

Sull' imbarcatojo presso Torre di Gaveta al Fusaro.

Obs. In hac calyces fructiferi capsulis breviores vel eas aequantes obser-

© Orto Botanico di Napoli, Italy

vantur, quum contra in *S. nocturna* capsulae semper intra calycem inclusae maneant: qua singulari nota hae species primo intuitu internosci possunt.

ibid. col. 2. Loco *Silenes viscosissimae* substituatur *S. nicensis*, a qua nostram plantam minime differre expertus sum.

Cerastii species sequentes, in Sylloge pag. 64 et 65 relatae, sic denuo exponantur.

1. *Cerastium vulgatum* Lin. Fl. svec. Hooker Fl. Londin. new edit. fasc. 23. Reich. Icon. bot. t. 3. pag. 33. tab. 233. fig. 385. 386. *C. viscosum* Curtis Fl. Lond. 1. edit. et Fries novit. p. 52. *C. vulgatum B. glomeratum* Thuill. et Ten. Syll. loco citato *C. ovale* Persoon.

In arvis humidiusculis obvium. *Annuum.*

Obs. Capsulae ascendentes; planta pubescens glandulis omnino expers.

2. *C. rotundifolium* Reich. et Sternb. *C. vulgatum* Smith. brit. et Engl. bot. *C. vulgatum rotundifolium* Ten. Syll. *Cerastium viscosum* Thunberg et Kaströem plantae exsiccatae e Smolandia. et Lapponia (fide specimimum authenticorum) an Wahlemberg?

In arvis cum praecedente. *Annuum.*

Obs. Capsulae ovato-cylindricae; planta piloso-viscida, folia obovata vel ovalia et flores glomerati ut in praecedente: an tantum ejusdem varietas?

3. *C. triviale* Reich. Icon. bot. t. 3. pag. 44. tab. 245. fig. 402. 403. (excl. syn. *C. vulgati* Curtis et *C. viscosi* Wahl.) C *viscosum* A. Linn. fl. svec. *C. vulgatum* Fries et Fl. Dan. tab. 1645. *C. vulgatum. B. paniculatum* Ten. (excluso synonymo *C. vulgati* Pers. quod ad *C. campanulatum* pertinet.

In nemoribus montosis ad sylvarum margines: *Monte S. Angelo di Castellammare*, *Cava*. Bienne.

Obs. Pubescens, minime viscosum, laete virens rigidiusculum; folia ovato-lanceolata; omnibus partibus duobus praecedentibus duplo majus.

4. *C. viscidum* Link Enum. 1. pag. 438. *C. glutinosum* Fries novit. p. 21. (non Kunth nec Nuttal). *C. viscosum* Fl. Dan. ic. 1211. Pers. syn. 1. pag. 521. *C. viscosum* Reich. Icon. bot. tom. 3. pag. 42. tab. 249. fig. 399 400 et 401. Hooker Flor. Londin. new edit. tom. 1. fasc. 23. Ten. Syll. loc. cit. *C. viscosum* B. Lin. *C. vulgatum* Curtis Flora Lond. 1. edit. ex Hook. loco citato.

In pascuis montosis: *Monte Faito di Castellammare*, *Monte della Stella*, *Potenza*, *Velino*. Bienne.

Obs. Minime perenne, contra cl. Hookerii sententiam, constanter inveni. Caules tamen ex eadem radice plures et fere caespitosi, uti in affinibus revera perennibus; planta piloso-viscida; flores decandri, pedunculi floribus duplo longiores; capsulae ascendentes calycibus duplo longiores; petala bifida calycem superantia.

5. *C. semidecandrum* Lin.

— — Var. A. caulibus erectis, capsulis calycibus duplo longioribus; planta 1-2-pollicaris.

— — Var. B. *Lucanum*; caulibus erectis, capsulis calycem aequantibus; planta pollicaris magis hirsuto-viscida quam in speciei typo.

— — Var. C. *Alsinoides*; caule diffuso caespitoso, capsulis calycem aequantibus; planta 2-3-pollicaris minus hirsuto-viscida quam in speciei typo.

Var. A. in collibus ad muros humidos frequens: *S. Efrem vecchio*, *S. Martino*, *Camaldoli*.

Var. B. In Lucania: *Potenza*. Var. C. In arvis humidiusculis. *Annuum.*

6. C. pumilum; floribus pentandris longe pedunculatis, petalis bifidis longitudine calycis, capsula ascendente calyce duplo longiore; planta parce piloso-viscida. *Hooker*; flor. londin. new edit. fasc. 3. non *C. pumilum* Rafinesque in lit. a cl. DC. ad *C. semidecandrum var. americanum relatum. C. semidecandrum* B. Smith Fl. brit. vol. 2. pag. 496. English Flora 2. p. 331. et Sprengel. Syst. veget. 2. pag. 419.

In sabulosis maritimis: *Fusaro*, *Cuma*, *Mare morto.*

Obs. Planta hirsuta ut in *C. vulgato*; sed minus viscida *C. viscido*, cujus facie gaudet. *C. semidecandro* magis affinis; sed ab eo discedit hirsutie et visciditate majore, petalis calycem aequantibus vel superantibus, nec eo brevioribus, caule superne dichotomo capsulis duplo longioribus, seminibus duplo majoribus muricatis fuscis (Hooker loco citato).

7. *C. arenarium*; caule erecto simpliciusculo superne dichotomo, foliis radicalibus subrotundis caulinis ovalibus rotundatis, floribus pentandris paniculatis longe pedunculatis, petalis bifidis calycem aequantibus vel superantibus, capsulis ascendentibus calyce duplo et ultra longioribus, seminibus muricatis fulvis: planta 4-6-pollicaris undique piloso-viscosissima arenulis conspurcata. Ten

In arvis sabulosis siccis: *Fusaro*. Annuum.

Obs. Cerastio viscido, *C. semidecandro* et *C. pumilo* affine. A primo differt caulibus non caespitosis basique decumbentibus, foliis duplo latioribus, petalis calycem aequantibus non eo brevioribus, floribus paniculatis minime in extremitate ramorum congestis. Ab altero, planta 4-6-pollicari, pilorum visciditate abunde majori, capsulisque duplo longioribus discedit. A tertio caule minime decumbente, foliis rotundatis non oblongis atque visciditate diversum judicatur.

8. *C. brachypetalum* Pers.

In sylvaticis herbidis et umbrosis montanis Lucaniae: *Monte della Stella*, *Potenza* (Rosano); Calabriae.

9. *C. Tenoreanum*; caulibus decumbentibus multiplicibus pilosis, foliis ellipticis utrinque attenuatis villosissimis, floribus paniculatis, calycibus petala subaequantibus, capsulis ascendentibus duplo brevioribus. DC. Prodr. tom. 1. pag. 421. *C. pilosum* Ten. cat. 1819. pag. 114. non Horn. *C. brachypetalum* B. Ten. Syll. pag. 220.

In montosis siccis Aprutii: *Majella*; Samnii, *Trivento*; Lucaniae: *Potenza.*

Obs. A *C. brachypetalo* differt caulibus numerosis decumbentibus ex eadem radice, nec erectis solitariis; foliis oblongatis utrinque acutis; petalis calycem subaequantibus, capsulis calycibus duplo longioribus.

10. *C. campanulatum* Viviani an. bot. 1. pag. 171.

— — Var. A *Erectum*; adpresse villosum, fere eglandulosum. *C. campanulatum* Viv. loc. cit. *C. vulgatum* Thumb. plantae exsiccatae ex Smolandia. *C. vulgatum* Pers. non Smith nec aliorum.

— — Var. B. *Diffusum*; villoso-viscosum. *C. praecox* Ten. Fl. nap. prodr. pag. 27 et Fl. nap. tav. 140 fig. 1.

— — Var. C. *Longepedunculatum*; erectum villoso-viscosum; floribus amplioribus, longissime pedunculatis, planta fere pedalis altitudinis.

— — Var. D. *Pygmaeum*; erectum puberulum, caulibus pollicaribus plerumque unifloris.

A in pascuis montosis: *Castellammare*. B. in arvis sabulosis maritimis circa Neapolim obvium. C. in montibus cavensibus (Gussone). D. in montosis siccis. *Basilicata* (Rosano).

Reliquae Cerastii species manent ut in Sylloge; et tantum a *C. latifolii* locis natalibus arceatur: *Monte S. Angelo di Castellammare*, et sub *C. hirsuto* inseratur.

Var. B; planta pollicari, foliis ovatis. *C. latifolium* ex monte divi Angeli Stabiarum; Ten. Sylloge loco citato.

pag. 154. col. 2. Ab Arenaria laricifolia arceatur synonymum *A. liniflora Jacquini* quia specie differunt.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

pag. 66. *col.* Ad *Sedi rostrati* loc. nat. addatur *Castelgrande* ex *Monte Vulture* in Lucania (Gasparrini).

pag. 67. *col.* 1. Ad *Sedi litorei* loc. nat. addatur: Ad rupes Amalphitanas: *Sotto la strada del Convento de' Cappuccini* (Guss.).

CLASSIS DODECANDRIA.

ibid.. Ad *Lythri hyssopifolii* loca natalia addatur.

In pascuis humidis: *Fusaro dopo il primo ponte sul canale della foce; colla Bartsia viscosa.*

pag. 68. *col.* 2. Ad *Euphorbiam coralloidem* subjungatur:

— — var. C. Glabrata; capsulis duplo minoribus glabris verrucosis, seminibus badiis leviter punctatis.

In Insula Inarimes: *Bosco di S. Nicola* (Woods, Gussone).

Obs. Habitus gracilior et planta glabriuscula, involucra involucellaque breviora quam in *E. coralloide;* capsulae parvae, quovis vegetationis tempore omnino glabrae. Cultura perstat; an species propria; *E. glabratae* nomine recipienda?

pag. 69. *col.* 1. Ad *Euphorbiae esuloides* loc. nat. addatur. *Gargano* (Baselice).

CLASSIS ICOSANDRIA.

pag. 70. *col.* 2. Ad *Punicae Granati* loc. natalia addatur: *Ad sepes Campaniae; sotto Traetto.*

ibid. Ad *Mespili cotoneastri* (veri) loca natalia addatur.

In Montis Cornu cacuminibus (Orsini)

pag. 71. *col.* 1. A *Pyro cuneifolia* Guss. arceatur signum †, et locis natalibus addatur: in campis Campaniae; *Terra di Lavoro; tra Sessa ed il Garigliano.*

Obs. Planta minime fruticosa est sed arborea, foliaque ovali-oblonga nec cuneata; sed fructibus umbellatis subrotundis avellanae magnitudine longeque pedunculatis a *Pyro communi* certe diversa. Magnitudine a *Pyro communi* sylvestri (*perazzo*) non discedit, cum qua promiscue crescit, et ab incolis ad Pyri varietates hortenses inserendas adhibetur.

ibid. col. 2. Ad *Spiraeam flabellatam* Bertol. addatur diagnosis.

Caule fruticoso, foliis ramorum sterilium cuneiformibus obovatis apice truncatis trilobo-incisis ciliatis inferne pubescentibus, fertilium oblongo-spathulatis glaberrimis integris tridentatisque obtusis omnibus basi angustatis subtriplinerviis, corymbis lateralibus sessilibus. Guss. pl. rar. pag. 205.

ibid. Ad *Rosae pimpinellifoliae* loca natalia addatur:

Monte piè di lepre; parte occidentale di Pizzo di Sivo. (Orsini)

ibid. Ad *Rosae alpinae* varietates addatur:

— — Var. C. odore moschato: *Monte corno* (Orsini)

pag. 72. *col.* 1. Ad *Rubum fruticosum* addatur:

— — Var. B. *dalmaticus* DC.

Ad sepes Lucaniae: *Castelgrande* (Gasparrini)

ibid. Ad *Rubi hirti* loca natalia addatur: *Monte corno, alla Macchia della Valle* (Orsini)

ibid. col. 2. Post *Rubum saxatilem* inseratur:

11. *Rubus acheruntinus;* caule repente fruticoso tereti aculeato villoso, aculeis brevissimis incurvis; foliis ternatis utrinque viridibus pubescentibus foliolis ovato-rhombeis argute serratis; pedunculis calycibusque tomentosis setis sparsis glanduliferis; petalis albis subrotundis integris, fructibus 3-4-acinis constantibus, seminibus foveolatis. Ten.

Rubus agrestis B. Ten Syll. add. et emend. pag. 155. *col.* 1.

Ad agrorum margines circa acheruntinam paludem, quae vulgo audit del *Fusaro.* Planta incolis nota vulgari nomine *Rustinella.*

Obs. Rubo agresti Kit. *R. saxatili* et *R. caesio* Linn. affinis, a primo differt foliis argute serratis utrinque concoloribus pubescentibus nec subtus incanis tomentosis, aculeis incurvis, pedunculis calycibusque minime hispidis, fructibus 3-4-acinis exsuccis tantum constantibus. Ab altero foliis villosis, petalis subrotundis, fructibus nigerrimis abunde discedit. *A Rubo caesio* foliis argute serratis, petalis integris, fructibusque diversus deprehenditur.

Planta potius inter *Rubi* species herbaceas, quam inter fruticosas recensenda. caespitem nunquam efformans sed *R. saxatilis* more, caules plures herbaceos e basi lignosa emittens, florentes nempe post florescentiam perituros, steriles autem perennantes ad alterum annum. Foliola lateralia altero latere quandoque profunde incisa conspiciuntur; sed folia nunquam quinata; in utraqua superficie pilis brevissimis adpressis tecta; stipulae petiolares lineares; aculei debiles subinermes minutissimi apice fere setacei. Flores in pedunculis cymosis dispartiti, 5-6 in extremitate cujusque cauliculi, calycis laciniae tomentosae in longum mucronem productae; petala integra subrotunda alba. Fructus ex acinis 3-5 exsuccis austeris nigerrimis, ad stylum foveola instructis, sed non scabriusculi uti in *R. agresti.* Semina ovoidali-oblonga fusco-violacea foveolis irregularibus undique excavata, linea voluti sutura cincta.

Floret Junio, fructus perficit Augusto.

ibid. col. 2. Post *Fragariam collinam* inseratur.

3. *Fragaria elatior* Ehrhart.

In sylvis Stabianis: *Monte S. Angelo, alla Macchia delle Pernici* et alibi.

pag. 73. *col.* 1. Ad *Potentillae caulescentis* loca natalia addatur:

In rupibus montis divi Angeli Stabiarum: *all'Acquasanta,* cum *Campanula graminifolia.*

ibid. Loco *Potentillae canescentis* restituatur:

Petentilla argentea A. DC. et Ten. Fl. nap. prodr.

ibid. col. 2. Post *Geum intermedium* inseratur.

4. *Geum micropetalum* Gasparrini inedìtum. Caulibus debilibus subdecumbentibus pilosis; foliis radicalibus quinato-pinnatisectis caulinis ternato-palmatisectis, lobis cuneiformibus dentato-crenatis villosiusculis, stipulis ovatis foliorum lobos aemulantibus; petalis obovatis calyce brevioribus, stylis patentibus simplicibus valde pilosis, non geniculatis. *Geum rivale* Ten. Syll. add. et emend. pag. 155. *col.* 1.

In apenninis Lucaniae: *Castelgrande* (Gasparrini)

Floret sub aestatis finem. Perenne.

Ab affinibus *G. urbano, G. reptante* et *G. montano* differt, videlicet a *G. urbano* caule duplo humiliori fere decumbente, foliorum lobis angustioribus, stylisque minime geniculatis appendiculatis. A duobus reliquis floribus parvis petalisque 2-3-lin. longis imprimis diversum judicatur.

CLASSIS POLYANDRIA.

pag. 74. *col.* 1. Post *Papaver somniferum* inseratur.

1. bis. *Papaver setigerum* DC. *P. somniferum* A. Ten. syll. loc. cit.

Inter segetes: *Mare morto, Fusaro, Capri.*

ibid. Loco *Papaveris aurantiaci* Willd. lege P. anrantiacum DC., et post varietatem A inseratur.

— — Var. B. *Puniceum* DC. *Papaver pyrenaicum* Willd. enum.

Ad Montis cornu cacumina: *Corno grande* (Orsini).

ibid. col. 2. Post *Cistum salvifolium* inseratur.

— — Var. B. *Calycinus.* Sepalis late cordato-ovatis undulatis longe cuspidatis.

In sylvis stabianis: (*Monte S. Angelo*) 18. mensis Maii in fructu legit oculatissimus *Scacchi.*

pag. 75. *col.* 1. Ad *Helianthemi arabici* Pers. et DC. *H. Savii* Bert. loca natalia addatur:

Castello di Cava, (Guss.) *Majuri allo scaricatojo ed alli Conti* (Woods et Guss.)

*

© Orto Botanico di Napoli, Italy

ibid. Ad *Helianthemi fumanae, H. laevipedis, H. viridis* et *H. Barrelieri* loca natalia addatur: *Gaeta,* in collibus prope arcem, *alla Torre di Orlando, alla Polveriera nuova.*

ibid. Ad *Helianthemi italici* var. *candidissimi* loca natalia addatur.

Ad rupes editiores Montis Divi Angeli Stabiarum, prope aediculam quae vulgo audit di *S. Angelo a tre pizzi.*

ibid. Ad *Helianthemi vulgaris* varietates subjungatur.

— — Var. E. *Stabianum.* Planta incano-tomentosa, foliis obtusis, floribus amplis petalis croceis crenulatis. An species propria *Heliant. stabiani* nomine recipienda?

In sylvis montosis stabianis. *Monte S. Angelo alla porta del piano di Faito dalla parte dell' Acqua Santa.* (Florentem legi die 13 Junii).

ibid. col. 2. Ad *Helianthemi obscuri* loc. nat. addantur: *Monti di Castellammare, Monte Gauro.*

pag. 77. *col.* 1. Ad *Ranunculi hederacei* loc. nat. addatur: *Balvano* in Lucania (Barbazita).

pag. 78. *col.* 2. Ad *Ranunculi brutii* loca natalia addatur: *Faldè della Sila piccola presso Catanzaro* in ulteriori Calabria (Tarantino); *Castelgrande e Monte Vulture* in Lucania (Gasparrini).

pag. 79. *col.* 2. Ad Hellebori Bocconi synonyma addatur: *Helleborus multifidus* Visiani Plant. rar. in Dalmat. detectar. ex Flora oder botanische Zeitung an. 1829. 1. suppl. pag. 13.

ibid. Post *Trollium* inseratur.

1. *Caltha palustris.* syll. emend. et add. pag. 155. et subjungatur.

— — Var. B. *Minor.* Tabern. 750. fig. 2. *Caltha palustris absque flore in aquis proveniens;* Dod. pempt. 4. lib. 5. cap. 21. pag. 588. fig. 2.

In stagnis Calabriae ulterioris: *Taverna* prope Catanzaro (Tarantino).

Obs. Folia radicalia longe pedunculata plana, orbiculato-reniformia regulariter dentata, omnino ut in icone Dodonaei, nec lato-reniformia angulato-dentata uti *in Caltha majori;* caules floriferi simplices (8-10-poll.) superne bifidi nec valde ramosi 3-4 pedales uti in majori, ramis unifloris rarissime bifloris; foliis triangularibus ad bifurcationem praediti. An species propria *Calthae Dodonaei* nomine indigitanda?

Classis Didynamia.

ibid. Inter synonyma *Ajugae acaulis* Brocchi inseratur *Ajuga Tenorii* Presl. del. prag. et Spreng. Syst. Veg. 2. pag. 705.

pag. 80. *col.* 2. Ad *Saturejae julianae* loca natalia addatur: *Monte S. Angelo di Castellammare.*

pag. 81. *col.* 1. Post *Hyssopum officinalem* inseratur.

2. *Hyssopus angustifolius* M. B. *H. officinalis* Ten. syll. add. et emend. pag. 155. *col.* 2. et 165. *col.* 2.

In rupibus Magellae orientalis: *Bocca della Valle presso Lama.*

Obs. Ab *H. officinali* differt fasciculis axillaribus pauciflori, foliis linearibus hirsutis.

pag. 81. *col.* 2. *Menthae* species in Syllogem relatae sic denuo exponantur.

1. *Mentha sylvestris* Lin. Willd. et Smith. The English Flora exclusa var. D. quae ad *M. macrostachyam* pertinet.

— — Var. A. *Dodonaei*; foliis lanceolatis acutis argute serratis dentibus divaricatis. *Menthastrum* Dod. pempt. 1. lib. 4. Cap. X.

— — Var. B. *Citrata;* foliis lanceolatis utrinque floccoso-candicantibus; odor plantae suavissimus citri bergamini, etiam in planta exsiccata plures annos permanens. An *M. sylvestris* C. Smith loc. cit.?

— — Var. C. *Eisenstadiana;* foliis longissimis supra glabriusculis viridibus subtus argenteo-incanis. *M. sylvestris longifolia* Ten. Fl. nap. prodr. pag. 33. et Fl. nap. II. pag. 28. Fresenius Enum. menth. in Sylloge Ratisbon. 2. pag. 228.

In sylvaticis et arvis humidis. A. obvia in vallibus circa Neapolim: B. in Lucania. C. in Aprutio: *Valle di S. Spirito alla Majella.*

Obs. Characteres in specie constantes, mea quidem sententia, sunt, flores spicati e verticillis densissime congestis, inferiores tantum rarissime remoti; folia sessilia acuta argute dentata supra pallide viridia subtus incana; bracteae subulatae verticillos aequantes vel eis breviores.

2. *Mentha macrostachya* Ten. Syll.

— — Var. A. *Major* Syll.

— — Var. B. *Minor* Syll.

— — Var. C. *Elongata*: Spicis elongatis.

— — Var. D. *M. Bauhini* Syll. *Mentha sylvestris* D. Smith, the English flora loco cit; et hoc teste *M. rotundifolia;* Sole Menth. 9. t. 4. M. hortensis 2. Fuchs. hist. 283. cum fig. *Mentha altera* Dop. pempt. 1. lib. 4. Cap. 10. An *Mentha sylvestris* Fl. Dan. t. 1484? *Mentha rotundifolia* H. R. Parisiensis! *M. neglecta* B. Ten. Fl. nap. tom. 4. tav. 157. fig. 1.

— — Var. E. *Maculata. M. rotundifolia* B. Smith loco cit. *Menthastrum spicatum folio crispo rotundiore, colore partim albo partim cinereo vel virente* Bauh. hist. 3. p. 2. pag. 219. cum fig. *Mentha maculata* Host; flora austriaca tom. 2. pag. 143.

In foveis et stagnis circa Neapolim omnes varietates legi possunt: *Pascone, Bagnuoli, Fusaro* et alibi.

Obs. Characteres in specie constantes mihi visi sunt, flores in spicis amplis oblongo-ovatis densis basi tantum interruptis; folia elliptica acuta vel obtusata cum mucrone, sessilia, superius griseo-viridia subtus canescentia, utrinque villosiuscula, remote et leviter dentata; bracteae lineari-lanceolatae corollas subaequantes.

3. *M. rotundifolia* Lin. sp. pl. Willd. Smith. the Engl. Flora tom. 3. pag. 75.

— — Var. A. Spicis abbreviatis e verticillis approximatis, staminibus inclusis. *M. crispa* quorundam auctorum et Lin. ex sententia Cl. Smithii l. c. non *M. crispa* Moris. S. XI. tab. 6. fig. 5. nec Lamarckii, nec Ten. Syll. loco citato. *Mentha rugosa* Roth.

— — Var. B. Spicis elongatis e verticillis remotis staminibus exsertis. *M. macrostachya* E. Ten. syll. excl. syn. *M. neglecta* B. Ten. Fl. nap. tav. 157. fig. 1.

In inundatis pinguibus et fossis aqua repletis: *Pascone, Fusarello.*

Obs. A *Mentha macrostachya* differt spicis gracilibus e verticillis depauperatis interruptis, foliis orbiculatis circinatis apice omnino rotundatis, supra laete viridibus glabris subtus pallidis, utrinque rugosissimus, margine obiter acute crenatis, bracteis lanceolatis verticillis longioribus. A *Mentha macrostachya elongata*, cui magis affinis deprehenditur, foliis supra griseis non laete viridibus exquisite orbiculatis nec ellipticis facillime dignosci potest.

4. *M. serotina* Ten. Fl. nap. prodr. app. IV. in Fl. nap. tom. 3. pag. 10 et Syll. (non Host) exclusa varietate C. cum locis natalibus ejusdem varietatis, quae ad *Mentham sylvestrem* B. pertinent.

Locis natalibus addatur: in fossis in via Puteolana: *prima dell'osteria de' Bagnuoli a destra; e nella strada che da fuori grotta porta ad Agnano a sinistra.*

Floret Septembri, Octobri.

5. *M. Lamarchii* Ten. Syll. excl. syn. *Menta altera* Dod. pempt. 1. lib. 4. cap. 10 et Moris. hist. S. XI. tab. 6. fig. 4 quae

© Orto Botanico di Napoli, Italy

ad *M. macrostachyam* D. spectare videntur. Synonymis addatur *M. crispa Wanderoth;* in flora, oder botanische Zeitung. 1829. 1. pag. 25.

Ibidem in nota ad *M. Lamarckii* apposita, ubi de *M. crispa* sermo est, subjungatur synonymum *M. crispula Wanderoth* loco citato.

6. *M. mollissima* (Borkausen, ex Fresenio Enumer. menth. in Sylloge novar. plant. a Soc. Ratisb. edita tom. 2. pag. 228). Floribus in spicis longissimis e verticillis densis remotis omnibus, foliis ovatis vel ovato-oblongis subsessilibus obtuse serratis dentibus remotis divergentibus utrinque mollissime tomentosis supra pallide viridibus subtus incanis, calycibus bracteisque verticillis multo brevioribus villoso-tomentosis.

Ad margines viarum in montosis Aprutii: *Pietra Camela.*

Obs. Caulis erectus, stamina inclusa. Odor plantae gratissimus citri bergamini. An *M. suaveolens* Host Fl. austr? Ab affinibus *M. sylvestri* et *M. serotina* dignoscitur spicis linearibus longissimis (4-6-poll.) e verticillis remotis compositis, nec in spicas oblongas crassas densissime congestas, conglomeratis.

7. *M. candicans* Crantz ex Fresenio l. c. Floribus in spicis longissimis e verticillis remotis densis; foliis ovato-oblongis utrinque incano-tomentosis argute serratis dentibus approximatis elongatis, bracteis verticillis multo brevioribus.

In sylvaticis siccis Aprutii: *Roccamorice, valle di S. Spirito.*

Obs. Caulis erectus, stamina exserta. Plantae partes fere omnes denso tomento obductae. Odor gratus sed non citratus. A praecedente differt foliis ovato-oblongis utrinque dense albo-tomentosis, dentibus productis approximatis, staminibus exsertis et odore.

8. *M. Rosani;* ramosissima diffusa, canescens; floribus in spicis longissimis e verticillis remotis laxiusculis conflatis; foliis ellipticis rotundatis pectinato-dentatis supra glabris laete viridibus subtus argenteis; staminibus exsertis, bracteis lanceolato-cuspidatis verticillis longioribus. Ten. Fl. nap. prod. app. V. p. 18. *Mentha sylvestris* B. Ten. Syll. p. 81. *col.* 2.

In Lucaniae humentibus: *Potenza* (Rosano) et in fossis viae Puteolanae; *prima de' Bagnuoli a destra nell' andare,* cum *M. serotina* ex Guss. Floret Julio ad August.

Obs. Ad *Mentham Lamarckii* Tenore potius quam ad *M. sylvestrem* referri potest. Sed in ea folia sunt ovata acuminata, spicae densae oblongae, et stamina corolla breviora. A *M. sylvestri* discedit inflorescentia, a praecedenti foliis supra glabriusculis, caule diffuso caeterisque notis.

9. *M. suavis* Guss. et Ten. Syll. loco citato. An *M. balsamea* Willd. Enum.?

10. *M. Lamiifolia.* Erecta, ramosa, hirsuta. Floribus in spicis elongatis e verticillis remotis conflatis, foliis petiolatis inferioribus oblongis, superioribus ovatis, bracteis lanceolato-cuspidatis, verticillis longioribus. Host. Fl. austr. 2. pag. 184.

Ad fossas Lucaniae: *Castelgrande* (Gasparr.).

Caules erecti pedales; folia mollia in petiolum angustata, supra medium serrata, superiora ovata, reliqua oblonga; bracteae lanceolatae. Caulis, petioli, folia, bracteae, calyces teguntur pilis longis mollibus. *Host.* loc. cit.

Obs. Menthae suavi Guss. affinis, a qua differt inprimis forma foliorum quae in illa sunt late-ovata, nec non spica intermedia caeteris breviori non longiori. A *M. Rosani,* cui magis affinis deprehenditur, distingui potest foliis petiolatis.

11. *M. Urticaefolia* Ten. Syll. loco citato.

Var. B. *M. origanoides* Lejeune, ex Fresenio Enum. menth. in Syll. ratisb. 2. p. 226. *Origanum vulgare* Flora Danica tab. 638.

In Lucania cum praecedentibus (*Rosano*).

12. *M. aquatica* Linn. Ten. cum varietate hirsuta, et Smith excl. var. *F. floribus omnibus verticillatis,* quae ad *M. pyramidalem.* Ten. pertinet.

In fossis obvia.

13. *M. pyramidalis* Ten. Syll. cum varietatibus et synonymis, quibus addantur sequentia: *M. hirsuta* F. Smith *M. verticillata* Lin. ex ejusdem Smithii sententia. *Mentha* Fuchs. hist. 288. fig. 6. et varietates sequentes.

— — Var. C. *Intermedia.* Floribus inferioribus verticillatis, terminalibus capitatis, foliis ovatis serratis pedicellis hirtis, staminibus inclusis. *M. intermedia* Host loc. cit. Planta obscure-virens nec laete-virens ut in speciei thypo: habitus paullisper diversus.

— — Var. D. *Purpurea.* Caule purpureo flexuoso simplici, floribus verticillatis, foliis oblongis conduplicatis purpureo-maculatis, staminibus inclusis. An *M. purpurea* vel *M. tomentosa* Host loco citato?

In fossis Lucaniae: C. *Castelgrande* (Gasp.) D. *Potenza* (Rosano).

14. *M. acutifolia* Smith. Floribus capitatis; foliis ovato-lanceolatis longe petiolatis utrinque acutis subhirtis apice et basi integerrimis; calycibus pedunculisque resinoso-hispidis; staminibus corolla brevioribus.

Caules deflexi ramique tortuosi purpureo-maculati, pilis retrosum hispidis. Folia 1 ½ pollicem longa, pollicem unum lata inaequaliter serrata utrinque subhispida. Flores in capitulis rarissime subverticillatis. Calyces purpureo-fusci punctis aureis resinosis pilisque brevibus rigidis undique sparsi. Corollae parvae purpureae extus hispidae. Odor plantae gratissimus ad thymum accedens.

An *M. tortuosa* Host ad nostram plantam referri possit non audeo adfirmare. *M. acutifoliae* Smithii notis certioribus convenit, attamen discrepat floribus minime verticillatis.

In fossis circa lacum *del Fusaro, al Fusarello.* Floret Septembri, Octobri.

Reliquae *Menthae* species maneant ut in Sylloge.

pag. 82. *col.* 2. Ad *Lamii garganici* loca natalia addatur: *Castelgrande* in Lucania (Gasparrini).

pag. 83. *col.* 2. Post *Betonicam strictam* inseratur:

5. *Betonica divulsa;* foliis late-cordatis crenatis, verticillis late-bracteatis per cauliculos subaphyllos longe dissitis, corollae galea exscisa, labiique lobo medio lateralibus duplo longiore. Ten.

In herbidis alpinis Aprutii. *Majella, Grotta caprara;* Floret Julio. Perennis.

Planta omnino *B. alopecuro* similis, et forsan ejusdem tantum hybrida proles, sed inflorescentia et corollae incisione omnino alia. Caules florentes nempe, 6-10 pollices longi, a basi ad apicem 4 vel 5 verticillis spatio nudo sensim decrescente interjectis, exornantur; inferiora prope radicem et in prima caulis parte abortientia, bracteis tantum cuneiformibus incisis constare conspiciuntur, superiora verticilla sensim approximantur nunquam vero nec spicam nec capitula efformant, sed semper inter se ab uno ad tres pollices sejuncta remanent. Bracteae in verticillis superioribus majores fere ut in *Ajuga pyramidali,* et obovato-cuneatae grandidentatae (dent. 3-5), in verticillis inferioribus ovatae integrae. Corollae tubus cylindricus exsertus, ut in *B. stricta,* galea emarginata hirta, labium inferius productum, lobo medio crenato lateralibus duplo longiore, intus pilis rigidis sparsum; stylus glaber. Caules et petioli pilis ad basim versis villosi; folia subvelutina laete-virentia. Habitu inter *Betonicam* et *Stachydem* ambigit, sed genere a Betonica divelli non potest.

In Horto regio culta non mutavit, sed semina non perfecit.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

pag. 85. *col.* 2. Ad *Thymi virgati* loca natalia addatur:
Ad rupes Calabriae ulterioris; *Bagnara* (Strangways).
pag. 86. *col.* 1. A *Scutellaria pallida* arceatur signum †; et locis natalibus addatur: *Taverna* in Ulteriori *Calabria* (Tarantino).
ibid. col. 2. Ad *Euphrasiae officinalis* loca natalia addatur: *Monte la Stanca* in extremo Aprutii confinio (Orsini).
pag. 87. *col.* 2. Ad *Linariae simplicis* loca natalia addatur:
In collibus circa Neapolim: *Belvedere al Vomero* (Strangways).
pag. 37. *col.* 1. Florae Neapolitanae *Pediculares* sic denuo exponantur.
1. *Pedicularis foliosa* W. et Ten. Syll.
In herbidis montosis: *Pizzo di Sivo* (Orsini), *M. S. Angelo di Castellammare presso la Cappella, Majella.*
2. *P. verticillata* W. et Ten. Syll.
In pascuis alpinis Aprutii: *Costone, Intermesole* (Guss.), *Pizzo di Sivo* (Orsini); *Monte Corno, Monte Grande, Velino.*
3. *P. rosea* W. *P. hirsuta* Allion. non Lin. *P. versicolor* Mayer plant. exsicc. ex alpibus Styriacis, non Wahlenb. *P. rosea. B.* Ten. Syll.
Var. B. Spica elongata, caule 8-10 pedali.
In pascuis montosis: Calabriae: *Pollino, al piano del trabucco. B* in Aprutio: *Velino.*
4. *P. tuberosa* Will. Ten. Syll. *P. tuberosa* Orsini: plant. exsiccatae ex *Pizzo di Sivo. P. ascendens et P. gyroflexa* Ten. pl. exsicc. ex Aprutio.
Var. B. Floribus flavis. *P. tuberosa.* B. W. sp. pl. 3. p. 217. *P. gyroflexa* Villars; delph. t. 2. pag. 427. et Guss. pl. exsicc. ex *Costone, Intermesole et Monte Corno.*
In pascuis alpinis Aprutii. A. *Pizzo di Sivo* (Ors.), *Monte Corno Monte Grande, Velino.* B *Costone, Intermesole* (Guss.), *Monte Corno.*
5. *P. gyroflexa* Will. et Hall. helv. n. 324. t. 11. *P. rosea.* Ten. pl. exsicc. ex *Velino* et *Majella: Cima della Valle di Fara,* non Will.
In alpinis editioribus: *Velino, Cima della Valle di Fara.*
6. *P. fasciculata* Will. et Bellardi.
Var. B. *Spica capitata P. rosea* A. Ten. Syll. non Will. P. *rostrata* Guss. pl. exsicc. ex *Monte Corno,* non Will. P. *rosea* Vest. plant. exsiccat. ex alpib. Carinth. non Will.
In pascuis montosis Aprutii: *Velino; Abruzzo Ultra, Majella;* in monte divi Angeli Stabiarum: *all' acqua de' porci,* semel legi.

Obs. In speciminibus *P. fasciculatae* a cl. Weldenio acceptis, et in *Cornu di Canzo* lectis, planta duplo major, flores majores et spicae oblongae deprehenduntur; caeterum nostrae omnino similis est.

7. P. *comosa* Will.
In pascuis montosis totius regni: *Pollino, Monte Vergine, Matese, Majella, Morrone, Posta di Macchia lunga, Rotella, Cepino, Monte S. Angelo di Castellammare* ec.
pag. 88. *col.* 1. Post *Digitalem micranthum* inseratur:
3. *Digitalis lutea* (vera).
In Aprutii meridionalis nemoribus: *Li pizzi presso Palena.*
ibid. col. 2. Post *Orobanchem caeruleam* inseratur.
13. *Orobanche crinita* Viviani.
In apricis siccis maritimis: *Posillipo, alla Gajola, alla Torre di Miseno.*

Classis tetradynamia.

pag. 89. *col.* 1. Ad *Raphanum fugacem* subscribatur diagnosis.
Fructibus longitudinaliter 1-locularibus subarticulatis obsolete striatis 2-6-spermis, articulis non secedentibus, stylo articulo ultimo longiore, calycibus glabriusculis, foliis simpliciter lyratis hispidis caulinis supremis lanceolatis. Presl. Fl. sic. 1. pag. 109. Guss. Fl. sic. prodr. 2. pag. 187.
pag. 91. *col.* 2. Post *Dentariam canescentem* subjungatur.

Obs. A *Dentaria polyphylla* differt canescentia, foliis alternis nec verticillatis, duplo angustioribus, dentibus obtusis divaricatis, nec acuminatis ad apicem versis

pag. 92. *col.* 2. Ad *Barbareae praecocis* loca natalia addatur: *Piano di Faito* in Monte Divi Angeli Stabiarum.
ibid. Matthiola rupestris non Preslio sed Candollio Prodr. 1. pag. 714. inscribere oportet.
ibid. Ad *Matthiolae coronopifoliae* loca natalia addatur:
Calabria: *Paola, Bagnara* (Strangways).

Classis Monadelphia.

pag. 95. *col.* 1. Ad *Erodii chii* loca natalia addatur:
Rocca di Cuma, cum *Asplenio obovato* et *Ornithogalo arabico.*
ibid. Ab *Erodio romano* arceatur signum †; et loci natalis indicatio ex Petagna Instit., cujus loco substituatur:
In Aprutii septentionalis montosis (Cecchetti; ex el. Mauri in literis).
pag. 96. *col.* 1. Ad *Geranii nemorosi* loca natalia addatur:
Balvano: in Lucania (Barbazita); et in diagnosi deleatur *petalis integerrimis,* et substituatur *petalis emarginatis.*
ibid. Geranium umbrosum Kit. et *G. pyrenaicum* Lin. in unam eamdemque speciem conjungantur.
ibid. Ad *Geranii villosi* loca natalia addatur:
Majella: Monte di Cirasuolo presso Lama: Monti di Palena etc.
ibid. Geranio pusillo B. subscribatur *G. rotundifolium* verum Lin. ex Fries novit. bot., cui, ex ejusdem auctoris sententia, in unam eamdemque speciem *G. pusillum* Lin. quoque jungendum est. Eodem etiam referri debet synonymon *G. pusillum* Fl. Dan. tab. 1994.
ibid. Loco *G. rotundifolii,* substituatur: *G. viscidulum* Fries loco citato.
ibid. col. 2. Sub *Malva vulgari* inseratur *var.* Flore albo. *M. albiflora* Presl. del. prag. pag. 29. *Su i bastioni di Gaeta rivolti al nord.*
pag. 97. *col.* 1. Post *Lavateram creticam* inseratur:
4. Lavatera agrigentina.
In collibus Calabriae Ulterioris: *Monteleone* (Strangways).
ibid. Ad *Hibisci trioni* loc. nat. addatur: in campis Venafrans (Guss.)

Classis Diadelphia.

pag. 97. *col.* 1. Ad *Polygalae majoris* varietatis *pubescentis* loca natalia addatur:
Morano in Citeriori Calabria (Strangways).
ibid. Ad *Polygalae comosae* loca natalia addatur:
Biccari in Daunia (Baselice).
pag. 98. *col.* 1. Ad *Polygalae amarae* var. *decipientis* loca natalia addatur:
In nemoribus Calabriae: *ne' boschi di Faggi presso Paola* (Strangways)
ibid. col. 2. Ad *Cytisi ramosissimi* loca natalia addatur:
In rupibus insulae Caprearum: *Salita di Anacapri;* et in Montibus Stabianis: *Monte S. Angelo sopra Faito.*
pag. 99. *col.* 1. Post *Cytisum nigricantem* inseratur.
17. *Cytisus capitatus* Lin.

© Orto Botanico di Napoli, Italy

In collibus Stabianis: *Pozzano* (Guss.)

pag. 100. *col.* 2. Ad *Lupinum angustifolium* subjungatur.

Obs. Lup. linifolius iterum a *L. angustifolio* distingui conatus est cl. Gussonius, in Fl. sic. prodr. 2. pag. 402. differentiae notam ex seminum forma quaerens, cl. Rothio duce, qui primus in *L. angustifolio* semina ovalia, et in *L. linifolio* rotunda observavit. An recte?

ibid. Post *Lupinum varium* inseratur.

